Sin omnino perseverare in morbo *tibi* decretum est, abi; eme libros, & domi conclusos tibi habe, & fruere gloria possessionis. Satis tibi hoc quoque. Sed noli unquam illos attingere, nec lege, nec linguae *isti tuae* veterum virorum orationes & poëmata subiicito, quae nihil tibi mali fecerint. Novi equidem, frustra me ista nugatum esse, meque Aethiopem, quod est in proverbio, lavare conatum esse. Etenim tu emes, & nihil uteris, & deridebere ab eruditis, quibus utilitatem percipere satis est, non e pulchritudine

πολυτελείας αὐτῶν, ἀλλ' ἐκ τῆς φωνῆς καὶ τῆς γνώμης
τῶν γεγραφότων. Σὺ δὲ οἴει θεραπεύσειν τὴν ἀπαιδευ- 29
σίαν, καὶ ἐπικαλύψειν τῇ δόξῃ ταύτῃ, καὶ ἐκπλήξειν τῷ
πλήθει τῶν βιβλίων, οὐκ εἰδὼς ὅτι καὶ οἱ ἀμαθέστατοι
τῶν ἰατρῶν τὸ αὐτό σοι ποιοῦσιν, ἐλεφαντίνους νάρθηκας,
καὶ σικυίας ἀργυρᾶς ποιούμενοι, καὶ σμίλας χρυσοκολ-
λήτους· ὁπόταν δὲ καὶ χρήσασθαι τούτοις δέῃ, οἱ μὲν οὐ-
δὲ ὅπως χρὴ μεταχειρίσασθαι αὐτὰ, ἴσασι. παρελθὼν
δέ τις εἰς τὸ μέσον τῶν μεμαθηκότων, φλεβότομον εὖ
μάλα ἠκονημένον ἔχων, ἰοῦ τἄλλα μεστὸν, ἀπήλλαξε
τῆς ὀδύνης τὸν νοσοῦντα. ἵνα δὲ καὶ γελοιοτέρῳ τινὶ τὰ σὰ
εἰκάσω, τοὺς κουρέας τούτους ἐπίσκεψαι, καὶ ὄψει τοὺς
μὲν τεχνίτας αὐτῶν, ξυρὸν καὶ μαχαιρίδας, καὶ κάτο-
πτρον σύμμετρον ἔχοντας· τοὺς δὲ ἀμαθεῖς καὶ ἰδιώτας
πλῆθος μαχαιριδίων προτιθέντας, καὶ κάτοπτρα μεγά-
λα, οὐ μὴν λήσειν γε διὰ ταῦτα οὐδὲν εἰδότας. ἀλλὰ τὸ

librorum, neque ex magno illorum pretio, ſed e ſermone & ſententia auctorum. Tu vero putas curari a te poſſe inſcitiam, tegique iſta opinione, percellique *poſſe homines* librorum multitudine; ignarus, idem, quod tu, facere etiam imperitiſſimos quoſque medicos, qui eburneas medicamentorum capſulas, & cucurbitas argenteas ſibi faciunt, & ſcalpra auro ferruminata: cum vero iis utendum eſt, illi, neque quomodo tractanda ſint, norunt. At progreſſus in medium aliquis eorum, qui didicere, ſcalpellum habens probe acutum, de cetero rubigine obſitum, dolore aegrum liberat. Ut vero ridiculae magis rei tuam rationem comparem, tonſores mihi iſtos conſidera, & videbis, eos, qui ſunt in illo genere artifices, novaculam, & cultellos, & ſpeculum modicum habere; imperitos autem atque indoctos multitudinem cultellorum exponere, & ſpecula magna: nec tamen propterea obſcurum eſſe, illos nihil ſcire.

γελοιότατον ἐκεῖνο πάσχουσιν, ὅτι κείρονται μὲν οἱ πολλοὶ παρὰ τοῖς γείτοσιν αὐτῶν, πρὸς δὲ τὰ ἐκείνων κάτο-
30 πτρα προσελθόντες, τὰς κόμας εὐθετίζουσι. Καὶ σὺ τοίνυν ἄλλῳ μὲν δεηθέντι χρήσειας ἂν τὰ βιβλία· χρήσασθαι δὲ αὐτὸς οὐκ ἂν δύναιο. καίτοι οὐδὲ ἔχρησας οὐδενὶ βιβλίον πώποτε, ἀλλὰ τὸ τῆς κυνὸς ποιεῖς, τῆς ἐν τῇ φάτνῃ κατακειμένης, ἣ οὔτε αὐτὴ τῶν κριθῶν ἐσθίει, οὔτε τῷ ἵππῳ δυναμένῳ φαγεῖν ἐπιτρέπει. ταῦτα, τόγε νῦν εἶναι, ὑπὲρ μόνων τῶν βιβλίων παῤῥησιάζομαι πρὸς σέ, περὶ δὲ τῶν ἄλλων ὅσα κατάπτυστα καὶ ἐπονείδιστα ποιεῖς, αὖθις ἀκούσῃ πολλάκις.

3 Καὶ σὺ τοίνυν ἄλλῳ μὲν δεηθέντι) Καλῶς ἂν εἶχε τῷ δυστυχεστάτῳ τούτῳ μειρακίῳ, μὴ καθ' ἓν τῶν βιβλίων, ἀλλὰ πᾶσαν τὴν βιβλιοθήκην προῖκα Λουκιανῷ τῷ παρόντι ἐπιδοῦναι, ἢ τοιαύτην σφηκίαν καθ' ἑαυτοῦ κινῆσαι ἑνὸς ἐγκρατῆσαι βιβλίου. V.

Sed illud ipsis usu venit, quod oppido ridiculum est, ut vulgo quidem homines apud vicinos illorum tondendos se curent, ad illorum vero specula accedentes, disponant comas. Quare tu quoque alii roganti commodare possis libros: ipse uti illis nequeas. Quamquam librum nemini unquam commodasti, sed facis, quod canis incumbens praesepio; quae nec ipsa edit de hordeo, neque equum edere, qui potest, patitur. Haec in praesens de solis libris libere apud te disputo: de aliis, quae despuenda & flagitiosa facis, saepe in posterum audies.

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ ΡΑΔΙΩΣ ΠΙΣΤΕΥΕΙΝ ΔΙΑΒΟΛΗ.

ΔΕΙΝΟΝ γε ἡ ἄγνοια, καὶ πολλῶν κακῶν ἀνθρώ- 1
ποις αἰτία, ὥσπερ ἀχλύν τινα καταχέουσα τῶν πραγ-
μάτων, καὶ τὴν ἀλήθειαν ἀμαυροῦσα, καὶ τὸν ἑκάστου
βίον ἐπισκιάζουσα. ἐν σκότῳ γοῦν πλανωμένοις πάντες
ἐοίκαμεν, μᾶλλον δὲ τυφλοῖς ὅμοια πεπόνθαμεν, τῷ
μὲν προσπταίοντες ἀλόγως, τὸ δὲ ὑπερβαίνοντες οὐδὲν
δέον, καὶ τὸ μὲν πλησίον καὶ παρὰ πόδας οὐχ ὁρῶντες,
τὸ δὲ πόῤῥω καὶ πάμπολυ διεστηκὸς, ὡς ἐνοχλοῦν δεδιό-
τες. καὶ ὅλως ἐφ' ἑκάστου τῶν πραττομένων οὐ διαλεί-
πομεν τὰ πολλὰ ὀλισθαίνοντες. τοιγάρτοι μυρίας ἤδη
τοῖς τραγῳδιοδιδασκάλοις ἀφορμὰς εἰς τὰ δράματα τὸ

6 Ἐπιλυγάζουσα) Ἀντὶ τοῦ ἐπισκιάζουσα καὶ ἐπικρύπτουσα καὶ ἐπισκοτίζουσα. ἐπλύγη γὰρ ἡ νὺξ λέγεται. V.

NON TEMERE CREDENDUM ESSE DELATIONI.

GRAVE ſane malum ignorantia, & incommodorum plurium cauſa hominibus, quae velut caliginem quandam rebus offundat, & obſcuret verum, & umbram vitae uniuſcuiuſque obiiciat. Per tenebras enim oberrantibus ſimiles ſumus omnes; potius autem caecorum more affecti partim offendimus praeter rationem, partim ultra, quam par eſt, progredimur, non videntes quod ante pedes eſt; quod vero procul eſt, & longe diſtat, tanquam moleſtum quiddam metuentes. Atque in univerſum, in unoquoque negotio labi multum non intermittimus; licet infinita iam tragoediarum ſcriptoribus ſcribendarum fabularum argumenta

τοιοῦτον παρέσχηται, τοὺς Λαβδακίδας, καὶ τοὺς Πελοπίδας, καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια. σχεδὸν γὰρ τὰ πλεῖστα τῶν ἐν τῇ σκηνῇ ἀναβαινόντων κακῶν εὕροι τις ἂν ὑπὸ τῆς ἀγνοίας, καθάπερ ὑπὸ τραγικοῦ δαίμονός τινος κεχορηγημένα. λέγω δὴ καὶ ἐς τὰ ἄλλα μὲν ἀποβλέπων, μάλιστα δὲ εἰς τὰς οὐκ ἀληθεῖς κατὰ τῶν συνήθων καὶ φίλων διαβολάς. ὑφ' ὧν ἤδη καὶ οἶκοι ἀνάστατοι γεγόνασι, καὶ πόλεις ἄρδην ἀπολώλασι, πατέρες τε κατὰ παίδων ἐξεμάνησαν, καὶ ἀδελφοὶ κατὰ τῶν ὁμογενῶν, καὶ παῖδες κατὰ τῶν γειναμένων, καὶ ἐρασταὶ κατὰ τῶν ἐρωμένων. πολλαὶ δὲ καὶ φιλίαι συνεκόπησαν, καὶ οἶκοι συνεχύθησαν ὑπὸ τῆς κατὰ τὰς
2 διαβολὰς πιθανότητος. Ἵν' οὖν ὡς ἥκιστα περιπίπτωμεν αὐταῖς, ὑποδεῖξαι βούλομαι τῷ λόγῳ, καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς, ὁποῖόν τί ἐστιν ἡ διαβολὴ, καὶ πόθεν ἄρχεται, καὶ ὁποῖα ἐξεργάζεται. μᾶλλον δὲ Ἀπελλῆς ὁ Ἐφέσιος πάλαι ταύτην προὔλαβε τὴν εἰκόνα. καὶ γὰρ

haec res praebuerit, Labdaci Pelopiſque progeniem, & horum ſimilia. Pleraque enim fere, quae in ſcenam aſcendunt, mala inveniat aliquis ab ignorantia, velut a tragico quodam daemone, ſubminiſtrata. Dico autem iſtuc cum ad alia reſpiciens, tum maxime ad alienas a vero contra familiares atque amicos delationes: quarum opera iam & everſae domus ſunt, & urbes vaſtatae funditus, patreſque in furorem acti contra liberos, & contra fratres germani, & liberi adverſus parentes, & contra amatores ſuos amaſii. Multae vero etiam amicitiae reſciſſae, & confuſae domus ſunt ab illa calumniarum probabili ſpecie. Ut igitur quam minime in illas incidamus, hoc libello, quaſi in tabula quadam, oſtendere volo, quale quid ſit delatio, unde incipiat, quid efficiat. Quin Apelles Epheſius olim imaginem illam occupavit. Nam ipſe quoque delatus fuerat

αὖ καὶ οὗτος διαβληθεὶς πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὡς μετεσχηκὼς Θεοδότᾳ τῆς συνωμοσίας ἐν Τύρῳ· ὁ δὲ Ἀπελλῆς οὐχ ἑωράκει ποτὲ τὴν Τύρον, οὐδὲ τὸν Θεοδότην, ὅστις ἦν, ἐγίγνωσκεν, ἢ καθόσον ἤκουε Πτολεμαίου τινὰ ὑπάρχον εἶναι, τὰ κατὰ τὴν Φοινίκην ἐπιτετραμμένον· ἀλλ' ὅμως τῶν ἀντιτέχνων τις Ἀντίφιλος τοὔνομα, ὑπὸ φθόνου τῆς παρὰ βασιλεῖ τιμῆς, καὶ τῆς κατὰ τὴν τέχνην ζηλοτυπίας, κατεῖπεν αὐτοῦ πρὸς τὸν Πτολεμαῖον, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς τῶν ὅλων, καὶ ὡς θεάσαιτό τις αὐτὸν ἐν Φοινίκῃ συνεστιώμενον Θεοδότᾳ, καὶ παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον πρὸς τὸ οὖς αὐτῷ κοινολογούμενον· καὶ τέλος ἀπέφηνε τὴν Τύρου ἀπόστασιν, καὶ τὴν Πηλουσίου κατάληψιν ἐκ τῆς Ἀπελλοῦ συμβουλῆς γεγονέναι. Ὁ 3
δὲ Πτολεμαῖος ὡς ἂν κάρτα, καὶ τἄλλ' οὐ πάνυ φρενήρης τις ὤν, ἀλλ' ἐν κολακείᾳ δεσποτικῇ τεθραμμένος,

5 Ἐπιτετραμμένος) Ἀντὶ τοῦ ἐπιτροπὴν τῶν κατὰ Φοινίκην σχῶν. V.

9 Τῶν ὅλων) Δηλονότι πραγμάτων τῆς ἐπαναστάσεως τῷ Θεοδότᾳ. V.

14 Κάρτα) Σημειοῦ πῶς τὸ κάρτα κεῖται. V. (Sed in V. altero: Κάρτα) λέγεται λίαν, μεγάλως.

ibid. Φρενήρης) Ὁ φρόνιμος. V.

apud Ptolemaeum, ut qui coniurationis illius, quam Tyri conflaverat Theodotas, ſocius fuiſſet. At neque Tyrum unquam viderat Apelles, neque, quis eſſet Theodotas, noverat, niſi quatenus audierat Ptolemaei quendam Legatum eſſe, cui Phoenice commiſſa eſſet. Interim tamen aemulorum aliquis, Antiphilus nomine, qui invideret illi honorem, quo apud regem erat, & artis obtrectatione, illum Ptolemaeo detulerat, quaſi omnium eſſet conſcius, &, eſſe qui illum viderit in Phoenice coenantem cum Theodota, & quam diu duraret convivium, caput cum ipſo conferentem. Breviter, defeciſſe Tyrum & Peluſium captam de Apellis conſilio, indicavit. Ptolemaeus, vir alioquin etiam non admodum prudens, ſed adulationi innutritus tyrannicae, adeo ad abſurdam calumniam exarſit

οὕτως ἐξεκαύθη καὶ συνεταράχθη πρὸς τῆς παραδόξου ταύτης διαβολῆς, ὥστε μηδὲν τῶν εἰκότων λογισάμενος, μηδ' ὅτι ἀντίτεχνος ἦν ὁ διαβάλλων, μηδ' ὅτι μικρότερος ἢ κατὰ τοιαύτην προδοσίαν ζωγράφος· καὶ ταῦτα, εὖ πεπονθὼς ὑπ' αὐτοῦ, καὶ παρ' ὀντινοῦν τῶν ὁμοτέχνων τετιμημένος, ἀλλ' οὐδὲ τὸ παράπαν, ὡς εἰ ἐξέπλευσεν Ἀπελλῆς εἰς Τύρον, ἐξετάσας, εὐθὺς ἔσδε μηνίειν, καὶ βοῆς ἐνεπίμπλα τὰ βασίλεια, τὸν ἀχάριστον κεκραγώς, καὶ τὸν ἐπίβουλον, καὶ συνωμότην. καὶ εἴγε μὴ τῶν συνειλημμένων τις, ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντιφίλου ἀναισχυντίᾳ, καὶ τὸν ἄθλιον Ἀπελλῆν κατελεήσας, ἔφη μηδενὸς αὐτοῖς κεκοινωνηκέναι τὸν ἄνθρωπον, ἀπετέτμητο ἂν τὴν κεφαλὴν, καὶ παραπολελαύκει τῶν ἐν
4 Τύρῳ κακῶν, οὐδὲν αὐτὸς αἴτιος γεγονώς. Ὁ μὲν οὖν Πτολεμαῖος οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, ὥστε τὸν μὲν Ἀπελλῆν ἑκατὸν ταλάντοις ἐδωρήσατο· τὸν δὲ Ἀντίφιλον δουλεύειν αὐτῷ παραδέδωκεν. ὁ

7 Ἔσδε) Ἀντὶ τοῦ ἤρεσκεν. V.

& perturbatus est, ut nihil eorum, quae in mentem venire debebant, reputans, neque, aemulum esse delatorem, neque, minorem esse pictorem, quam qui tantam proditionem sustinere posset, eum praesertim, qui beneficio illius affectus, & omnibus artis eiusdem hominibus praelatus esset; quin neque explorato ante, navigassetne omnino Tyrum Apelles? furere statim vellet, & clamore impleret regiam, ingratum clamans, & insidiatorem, & coniuratum. Et nisi comprehensorum aliquis, indigne ferens illam Antiphili impudentiam, & miseri Apellis misericordia motus, dixisset, nihil quidquam causae ipsi secum fuisse, capite plexus Tyriorum mala ipse luisset innocens. Ptolemaeus itaque adeo dicitur actorum poenitentia tactus esse, ut centum talentis donaret Apellem, & in servitutem illi Antiphilum traderet. Apelles autem periculi sui

δὲ Ἀπελλῆς, ὧν παρεκινδύνευσε μεμνημένος, τοιᾷδέ τινι εἰκόνι ἠμύνατο τὴν διαβολήν. Ἐν δεξιᾷ τις ἀνὴρ κάθηται, τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων, μικροῦ δεῖν τοῖς τοῦ Μίδου προσεοικότα, τὴν χεῖρα προτείνων πόρρωθεν ἔτι προσιούσῃ τῇ Διαβολῇ. περὶ δὲ αὐτὸν ἑστᾶσι δύο γυναῖκες, Ἄγνοιά μοι δοκεῖ, καὶ Ὑπόληψις· ἑτέρωθεν δὲ προσέρχεται ἡ Διαβολή, γύναιον ἐς ὑπερβολὴν πάγκαλον, ὑπόθερμον δὲ καὶ παρακεκινημένον, οἷον δὴ τὴν λύτταν, καὶ τὴν ὀργὴν δεικνύουσα, τῇ μὲν ἀριστερᾷ δᾷδα καιομένην ἔχουσα, τῇ ἑτέρᾳ δὲ νεανίαν τινὰ τῶν τριχῶν σύρουσα, τὰς χεῖρας ὀρέγοντα εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεούς. ἡγεῖται δὲ ἀνὴρ ὠχρὸς, καὶ ἄμορφος, ὀξὺ δεδορκὼς, καὶ ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι. τοῦτον γοῦν εἶναι τὸν Φθόνον ἄν τις εἰκάσειε. καὶ μὴν καὶ ἄλλαι τινὲς

2 Ἀνὴρ κάθηται τὰ ὦτα παμμεγέθη ἔχων) Περιεργότερον τοῦ Μίδου τῇ ἀρχῇ κεχρημένου, καὶ ὑπὲρ τοῦ πάντα μαθάνειν πευθῆνας ἔχοντος κατὰ πάσης τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ, ἠμυθολόγησάν τινες τῶν ἀρχομένων, ὡς ὄνου ἔχει ὁ Μίδας ὦτα· ἢ ὅτι μακρὰ ὦτα ἔχει. Διὸ καὶ τὰ μήκιστα γινόμενα ἀκούει. ἢ ὅτι καὶ ὁ ὄνος τὸ ζῶον οὕτως εὐήκοον, ὡς καὶ τῶν λαν-θανόντων ψόφων αἰσθάνεσθαι. V.

3 Τὰ ὦτα -- τοῦ Μίδου) Midas aures habuisse aselli dicitur, quod ut longas manus reges habere dicuntur, sic & longas aures. Vel quod &c. Ita habent C. & G. Multas aures oculosque regibus tribuit *Xenoph.* Cyr. VIII, p. 144 ed. *Bas.* *Reitz.*

memor tali pictura delationem illam ultus est. Ad dextram vir sedet, ingentes aures habens, parum abest, quin Midae auriculis similes, protendens manum e longinquo adhuc accedenti Delationi. Circa illum vero stant mulieres duae, Ignorantia, ut mihi videtur, & Suspicio. Accedit ab altera parte Delatio, pulcherrima ultra fidem muliercula, sed calidiuscula, & emota, ut quae furorem atque iram ostendat, sinistra manu accensam facem gestans, altera iuvenem quendam trahens capillis, manus coelo tendentem, testantemque Deos. Praecedit vir pallidus & deformis, acutum cernens, similis eis, qui a magno morbo exaruerunt. Hunc Livorem esse, facile aliquis coniecerit. Verum aliae quo-

δύο παρομαρτοῦσι, προτρέπουσαι, καὶ περιστέλλουσαι καὶ κατακοσμοῦσαι τὴν Διαβολήν. ὡς δέ μοι καὶ ταύτας ἐμήνυσεν ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος, ἡ μὲν Ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δὲ Ἀπάτη· κατόπιν δὲ ἠκολούθει πάνυ πενθικῶς τις ἐσκευασμένη, μελανείμων, καὶ κατεσπαραγμένη, Μετάνοια δὲ καὶ αὕτη ἐλέγετο. ἐπεστρέφετο γοῦν ἐς τοὐπίσω δακρύουσα, καὶ μετ' αἰδοῦς πάνυ τὴν Ἀλήθειαν προσιοῦσαν ὑπέβλεπεν. οὕτω μὲν οὖν Ἀπελλῆς τὸν ἑαυ-
6 τοῦ κίνδυνον ἐπὶ τῆς γραφῆς ἐμιμήσατο. Φέρε δὲ καὶ ἡμεῖς, εἰ δοκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Ἐφεσίου ζωγράφου τέχνην, διέλθωμεν τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ, πρότερόν γε ὅρῳ τινὶ περιγράψαντες αὐτήν. οὕτω γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γενήσεται. Ἔστι τοίνυν διαβολὴ κατηγορία τις, ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τὸν κατηγορούμενον λεληθυῖα, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως πεπιστευμένη. τοιαύτη μὲν ἡ ὑπόθεσις τοῦ λόγου. τριῶν δ' ὄντων προσώπων, καθάπερ

1 Δύο μαρτυροῦσαι) Γράφεται ὁμαρτοῦσαι. V.

3 Ὁ περιηγητὴς) Ἀντὶ τοῦ ὁ ἑρμηνεύς. V.

5 Μελανείμων) Ἡ μετάνοια μελανείμων. V.

que duae sequuntur hortantes, & componentes, ornantesque Delationem. Ut vero mihi illas quoque indicavit Mystagogus *atque interpres* imaginis, altera quidem Insidiarum quaedam erat, altera Fallacia. A tergo sequebatur lugubri quaedam habitu, pullata, lacera: Poenitentia haec dicebatur. Respiciebat enim retrorsum lacrimans, & cum pudore omnino intuebatur accedentem Veritatem. Atque ita suum periculum pictura expressit Apelles. Age vero nos etiam, si videtur, secundum Ephesii pictoris artem ea, quae insunt delationi, persequamur, cum fine quodam illam ante descripserimus. Est ergo delatio accusatio quaedam, absente altera parte facta, ignota accusato, uni parti, nemine contradicente, credita. Hoc argumentum erit nostrae disputationis. Cum vero tres sint, velut in comoe-

ἐν ταῖς κωμῳδίαις, τοῦ διαβάλλοντος, καὶ τοῦ διαβαλλομένου, καὶ τοῦ πρὸς ὃν ἡ διαβολὴ γίγνεται, καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἐπισκοπήσωμεν, οἷα εἰκὸς εἶναι τὰ γιγνόμενα. Πρῶτον μὲν δή, εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν τὸν πρωτ- 7
αγωνιστὴν τοῦ δράματος, λέγω δὲ τὸν ποιητὴν τῆς διαβολῆς. οὗτος δὲ δή, ὡς μὲν οὐκ ἀγαθὸς ἄνθρωπός ἐστι, πᾶσιν, οἶμαι, γνώριμον. οὐδεὶς γὰρ, ὢν ἀγαθὸς, κακῶν αἴτιος γένοιτο τῷ πλησίον. ἀλλ' ἔστιν ἀγαθῶν ἀνδρῶν, ἀφ' ὧν εὖ ποιοῦσιν αὐτοὶ τοὺς φίλους, οὐκ ἀφ' ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντες αἰτιῶνται, καὶ μισεῖσθαι παρασκευάζουσιν, εὐδοκιμεῖν, δόξαν εὐνοίας προσλαβόντες.
Ἔπειτα δὲ ὡς ἄδικος ὁ τοιοῦτος, καὶ παράνομός ἐστι, 8
καὶ ἀσεβὴς, καὶ τοῖς χρωμένοις ἐπιζήμιος, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τὴν μὲν ἰσότητα ἐν ἅπαντι, καὶ τὸ μηδὲν πλέον, δικαιοσύνης ἔργα εἶναι· τὸ δὲ ἄνισόν τε καὶ πλεονεκτικὸν, ἀδικίας; ὁ δὲ τῇ διαβολῇ

diis, personae, delatoris, eius, quem defert, & illius, apud quem delatio instituitur; singulatim eas inspiciamus, qualia ab iis fieri verisimile sit. Ac primo quidem, si videtur, inducamus primarum partium actorem, ipsum dico auctorem calumniae. Hunc sane virum bonum non esse, omnibus puto, manifestum est. Neque enim bonus quisquam malorum auctor alteri fuerit. At est bonorum virorum, suis in amicos benefactis, non accusandis aliorum iniuriis, conciliandaque illis invidia, bene audire, & benevolentiae sibi parare opinionem. Tum vero quam iniustus sit talis homo, & iniquus, & impius, & noxius illis, qui se utuntur, discere facile est. Quis enim eat infitias, aequalitatem in unaquaque re, & nihil plus *sibi arrogandi moderationem*, iustitiae munera esse; sed inaequalitatem, & plus *sibi sumendi audaciam* iniustitiae? At qui delatione clanculum

κατὰ τῶν ἀπόντων λάθρα χρώμενος, πῶς οὐ πλεονέκτης ἐστὶν ὅλον τὸν ἀκροατὴν σφετεριζόμενος, καὶ προκαταλαμβάνων αὐτοῦ τὰ ὦτα, καὶ ἀποφράττων, καὶ τῷ δευτέρῳ λόγῳ παντελῶς ἄβατα κατασκευάζων αὐτὰ, ὑπὸ τῆς διαβολῆς προεμπεπλησμένα; ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαίεν ἂν καὶ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων, καὶ ὁ Δράκων, ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, ἄχρις ἂν ὁ τοῦ δευτέρου λόγος παρατεθεὶς, θατέρου χείρων ἢ ἀμείνων φανῇ. πρὶν δέ γε ἀντεξετάσαι τὴν ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβῆ καὶ ἀνόσιον ἡγήσαντο ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. καὶ γὰρ ἂν καὶ αὐτοὺς ἀγανακτῆσαι τοὺς θεοὺς εἴποιμεν, εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ μετ' ἀδείας ἃ θέλει λέγειν ἐπιτρέποιμεν, ἀποφράξαντες δὲ τῷ κατηγορουμένῳ τὰ ὦτα, ἢ τῷ στόματι σιωπῶντες, καταψηφιζοίμεθα τῷ προτέρῳ λόγῳ κεχειρωμένοι. ὥστε οὐ κατὰ τὸ δί-

utitur contra absentes, quomodo non plus iusto, totum nempe auditorem, sibi vindicat, cuius aures occupet, atque obturet, & alteri orationi plane reddat impervias, quippe ante iam a delatione oppletas? Extremae id quidem iniuriae, ut optimi etiam legislatorum dixerint, uti Solon & Dracon, qui iuris iurandi religione obstrinxerint iudices, ad similiter utrosque audiendos, aequalemque his, qui iudicantur, tribuendam benevolentiam, donec comparata alterius causa, vel deterior altera vel melior appareat. Ante vero quam comparata esset crimini defensio, impium plane & profanum fore iudicium arbitrati sunt. Etenim ipsos quoque indignari Deos dixerimus, si accusatori sine metu dicere permittamus, quae velit, obturatis vero defendenti auribus, vel ipso oris silentio calculum contra alterum, priore oratione subacti, feramus. Igitur

καιον, καὶ τὸ νόμιμον, καὶ τὸν ὅρκον τὸν δικαστικὸν, φαίη τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται, παραινοῦντες οὕτω δικαίας καὶ ἀμερεῖς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον ἐπαγαγεῖν τῷ λόγῳ, εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον δὲ νομοθετήσαντα. Φησὶ δὲ, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. ἠπίστατο γὰρ, οἶμαι, καὶ οὗτος, ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων, οὐδὲν ἄν τις εὕροι χεῖρον οὐδὲ ἀδικώτερον, ἢ ἀκρίτους τινὰς, καὶ ἀμοίρους λόγων καταδεδικάσθαι· ὅπερ ἐξ ἅπαντος ὁ διαβάλλων ἐπιχειρεῖ ποιεῖν,

3 Δικαίας καὶ ἀμερεῖς) Ἀντὶ τοῦ μηδὲν μέρος κατειληφυίας. V. Ἤτοι μὴ ἑτεροῤῥεπεῖς. G.

6 Φησὶ δὲ) Φωκυλίδης. V. Τὸν Φωκυλίδην ποιητήν μοι δοκεῖ. C.

7 Ἀμφω μῦθον ἀκούσῃς) Ἀττικὸς σολοικισμός. V.

Πλούταρχος ἐν τῷ περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων (p. m. 1901.) πρὸς τὸν εἰπόντα, μηδενὶ (*Plut.* μηδὲ) δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, ἀντέλεγεν ὁ Ζήνων (*Plut.* τοιούτῳ inserit) τινὶ λόγῳ χρώμενος. εἴτε ἀπέδειξεν ὁ πρότερος εἰπὼν, οὐκ ἀκουστέον τοῦ δευτέρου λέγοντος· πέρας γὰρ ἔχει τὸ ζητούμενον. εἴτ' οὐκ ἀπέδειξεν, ὅμοιον γὰρ ὡς [εἰ] μηδὲ ὑπήκουσε κληθεὶς, ἢ ὑπακούσας ἑτερέτισεν. ἤτοι (δὲ *Plut.*) ἀπέδειξεν ἢ οὔ. (*Plut.* οὐκ ἀπέδειξεν.) οὐκ ἀκουστέον ἄρα τοῦ δευτέρου λέγοντος. Τοῦτον δὲ τὸν λόγον ἐρωτήσας αὐτὸς ἀντέγραφε (*Pl.* ἀντέγραψε) μὲν πρὸς τὴν Πλάτωνος πολιτείαν. ἔλυε δὲ σοφίσματα, καὶ τὴν διαλεκτικὴν, ὡς τοῦτο ποιεῖν δυναμένην, ἐκέλευε παραλαμβάνειν τοὺς μαθητάς. καίτοι ἀπέδειξε (*Pl.* ἢ ἀπέδειξε Πλάτων) ἢ οὐκ ἀπέδειξε τὰ ἐν τῇ πολιτείᾳ. κατ' οὐδέτερον ἦν ἀναγκαῖον ἀντιγράφειν, ἀλλὰ πάντως περιττὴ καὶ μάταιον. G.

non ex iusto, neque ex lege, neque ex iudicialis iurisiurandi religione, delationes fieri aliquis dixerit. Si cui vero non satis digni fide videantur legislatores, cum iubent sic iusta & in neutram partem propensa iudicia facere; poëta optimus inducendus orationi videtur, qui praeclare de his pronuntiavit, vel legem tulit potius. Ait autem, *Iudicium cave ferre, prius quam dixit uterque.* Noverat enim, puto, ille etiam, cum multa sint iniusta in vita facinora, nullum inveniri posse deterius nec iniustius, quam si sine iudicio, & indicta causa quidam damnentur: quod omni studio delator conatur efficere, indemnatum

ἄκριτον ὑπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ τοῦ ἀκούοντος ὀργῇ, καὶ τὴν ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας
9 παραιρούμενος. Καὶ γὰρ ἀπαρρησίαστος καὶ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος, οὐδὲν ἐς τὸ ἐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες, ἐξ ἀφανοῦς πόθεν τοξεύων, ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι δυνατὸν εἶναι, μηδὲ ἀνταγωνίσασθαι, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ πολέμου διαφθείρεσθαι. ὃ μέγιστόν ἐστι σημεῖον, τοῦ μηδὲν ὑγιὲς τοὺς διαβάλλοντας λέγειν. ἐπεὶ εἴ τις γε τἀληθῆ κατηγοροῦντι ἑαυτῷ συνεπίσταται, οὗτος, οἶμαι, καὶ εἰς τὸ φανερὸν διελέγχει, καὶ διευθύνει, καὶ ἀντεξετάζει τῷ λόγῳ· ὥσπερ οὐδεὶς ἂν ἐκ τοῦ προφανοῦς νικᾶν δυνάμενος, ἐνέδρᾳ ποτὲ καὶ ἀπάτῃ χρήσαιτο κατὰ τῶν πολε-
10 μίων. Ἴδοι δ' ἄν τις τοὺς τοιούτους μάλιστα ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀρχόντων καὶ δυναστευόν-

1 Ὑπάγων) Ὑποφέρων. G. *ibid.* Τῇ τοῦ ἀκούοντος ὀργῇ) Αὐτό που τὸ ὂν φάσκεις, Λουκιανέ. V.

obiiciens eum, quem petit calumnia, irae audientis, & clandestina accusatione causae dicendae facultatem illi intercipiens. Etenim fiduciae in dicendo expers & meticulosus unusquisque huius farinae homo nihil aperte molitur, sed, instar collocatorum in insidiis, ex obscuro alicunde iaculatur, ut neque contra consistendi in acie facultas sit, neque repugnandi; sed inopia consilii & belli ignorantia pereundum: quod quidem maximo est indicio, sani nihil a delatoribus proferri. Si quis enim, vera a se accusari, sibi conscius sit, ille, puto, etiam aperte convincit, & ad rationem dicendam vocat, & oratione contra contendit: quemadmodum nemo, qui aperto Marte se vincere posse speret, insidiis unquam & fraude contra hostes temere utatur. Videas vero tales maxime in regum aulis, & principum atque potentium virorum amicitiis florere, ubi in-

τῶν Φιλίας εὐδοκιμοῦντας, ἔνθα πολὺς μὲν ὁ Φθόνος, μυρίαι δὲ ὑπόνοιαι, πάμπολλαι δὲ κολακειῶν καὶ διαβολῶν ὑποθέσεις. ὅπου γὰρ ἀεὶ μείζους ἐλπίδες, ἐνταῦθα καὶ οἱ Φθόνοι χαλεπώτεροι, καὶ τὰ μίση ἐπισφαλέστερα, καὶ ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι. πάντες οὖν ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι, καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες ἐπιτηροῦσιν, εἴ που τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαιντο τοῦ σώματος. καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος, παρωθεῖται, καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον, καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ, καὶ ὑποσκελίζει. ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς ἀτεχνῶς εὐθὺς ἀνατέτραπται, καὶ παρασέσυρται, καὶ τὸ τελευταῖον ἀτίμως ἐξέωσται. ὁ δὲ κολακευτικώτερος, καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας κακοηθείας πιθανώτερος, εὐδοκιμεῖ. καὶ ὅλως ὁ φθάσας κρατεῖ. τὰ γὰρ τοῦ Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι

Ξυνὸς ἐνυάλιος, καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα.

τοιγαροῦν ὡς οὐ περὶ μικρῶν τοῦ ἀγῶνος ὄντος, ποικίλας

10 Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς) Οἷον τοῦτο εἶπας ἀληθέστατον. V.

vidia multa, ſuſpiciones ſexcentae, adulationumque & delationum argumenta quam plurima. Ubi enim ſpes ſemper maiores, ibi etiam graviores invidiae, & odia periculoſiora, & maleficentiores obtrectationes. Quare intentis ſe invicem ſpeculantur oculis, & tanquam gladiatores obſervant, ſi quam nudam corporis partem conſpiciant, dumque unuſquiſque primus eſſe cupit, detrudit, & cubito dimovet alterum, eumque, qui ante ſe eſt, ſi poſſit, detrahit & ſupplantat. Hic vir bonus ſtatim videlicet everſus trahitur, expelliturque tandem cum ignominia: floret contra ea, qui plus adulando valet, & ad malas id genus artes eſt probabilior. In univerſum vincit, qui alterum occupat, veraque deprehenduntur Homerica illa:

Nam communis amat caedentem caedere Mavors.

Igitur cum de rebus non parvis certamen ſit, varia com-

κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν, ὧν ταχίστη καὶ ἐπισφαλεστάτη ἐστὶν ἡ τῆς διαβολῆς· τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ φθόνου ἡμισευέλπιδος λαμβάνουσα· οἰκτρότερα δὲ, καὶ τραγικὰ ἐπάγουσα τὰ τέλη, καὶ πολλῶν συμφορῶν
11 ἀνάπλεα. Οὐ μέντοι μικρὸν, οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον. οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἔβλαπτεν ἡ διαβολὴ, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον ἐγίγνετο. οὐδ' ἂν κατίσχυσε τὴν πάντων ἰσχυροτέραν ἀλήθειαν, εἰ μὴ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν, καὶ πιθανὸν, καὶ μυρία ἄλλα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν
12 ἀκουόντων. Διαβάλλεται μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ μάλιστα ὁ τιμώμενος, καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτοῦ ἐπίφθονος· ἅπαντες γὰρ τῷ δ' ἐπιτοξάζονται, καθάπερ τι κώλυμα καὶ ἐμπόδιον προορώμενοι. καὶ ἕκαστος οἴεται πρῶτος αὐτὸς ἔσεσθαι, τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον ἐκπο-

9 Κατίσχυε) Κατεδυνάστευε. G.

minifcuntur contra fe invicem compendia, quorum celerrimum & periculofiffimum eft delatio, quae initium fumit ab invidia bonae aliquid fpei reliquum habente, fed miferiores longe tragicofque exitus, & multis refertos calamitatibus, inferens. Verum enimvero non parvum, neque fimplex quiddam hoc eft, ut fufpicetur aliquis, fed arte multa, nec ingenio pauco, exquifitaque cura indigens. Neque enim tantum noceret delatio, nifi probabili quadam ratione fieret: neque valeret aliquid, contra valentiorem omnibus veritatem, nifi allectamenti plurimum, & probabilitatis, & fexcenta alia ad audientes machinaretur. Defertur ergo ut plurimum ille, qui maximo in honore eft, atque ob id ipfum eorum, quos poft fe reliquit, invidiae expofitus. In hunc enim tela omnes dirigunt, tanquam obftaculum quoddam atque impedimentum ipfum intuentes, dum putat unufquifque, primum fefe futurum, expugna-

λιορκήσας, καὶ τῆς φιλίας ἀποσπευσάμενος. οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ὑπὸ τῶν δρομέων γίγνεται. κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς, τῆς ὑσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης, μόναν τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, καὶ τὴν διάνοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα, κἀν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων, τῷ πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ, οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ. ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος, καὶ ἄναβλος ἀνταγωνιστὴς, ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τοῦ τάχους ἐλπίδα, ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτράπετο· καὶ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν τρέχοντα ἐπισχὼν, ἢ ἐμποδίσας, ἐπιστομιεῖ, ὡς, εἰ τούτου διαμάρτοι, οὐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος. ὁμοίως δὲ τούτοις, κἀν ταῖς φιλίαις τῶν εὐδαιμόνων γίγνεται· ὁ γὰρ προέχων, αὐτίκα ἐπιβουλεύεται· καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ ληφθεὶς τῶν δυσμενῶν, ἀνηρπάσθη· οἱ δὲ ἀγαπῶνται, καὶ φίλοι δοκοῦσιν, ἐξ ὧν ἄλλους βλάπτειν ἔδοξαν. Τό, τε 13

3 Τῆς ὑσπληγγος) Καὶ ὁ τόπος καὶ ὁ σ. ο. ε. ν. λ. φ. ἐνταῦθα μὲν τὴν ἀφετηρίαν σημαίνει. σημαίνει δὲ καὶ φραγέλλιον, καὶ βούκεντρον, καὶ μύωπα. G.

to illo principe, & de amicitia regis amoto. Quale quid in gymnico etiam certamine fit in curſoribus. Nam ibi quoque bonus curſor, ubi primum decidit repagulum, ſolum anteriora petens, & ad metam intendens animum, ſuiſque in pedibus ſpem victoriae reponens, nihil mali infert alii, neque quidquam adverſus certatores machinatur. At ille malus, abiecta ſpe celeritatis, ad malas artes converſus, illud ſolum omnino ſpectat, quomodo retentum impeditumque illum curſorem ſufflaminet, ut qui, ſi hoc non ſuccedat, vincere nunquam poſſit. Simile quid hiſce in amicitiis beatorum ſolet evenire. Qui enim primas tenet, inſidiantibus ſtatim expoſitus eſt, & ſi incautus deprehendatur inter medios inimicos, abripitur. At iſti amantur & videntur amici ob id ipſum, quod laedere viſi ſunt

ἀξιόπιστον τῆς διαβολῆς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπινοοῦσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐστιν ἔργον, δεδοικότι τι προσάψαι ἀπῳδὸν, ἢ καὶ ἀλλότριον. ὡς γοῦν ἐπὶ πολὺ τὰ προσόντα τῷ διαβαλλομένῳ πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες, οὐκ ἀπιθάνους ποιοῦνται τὰς κατηγορίας, οἷον τὸν μὲν ἰατρὸν διαβάλλουσιν ὡς φαρμακέα, τὸν πλούσιον δὲ ὡς τύραννον, τὸν τυραννικὸν δὲ ὡς προδοτικόν.

14 Ἐνίοτε μέντοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τῆς διαβολῆς τὰς διαφοράς. καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου τρόπον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἁρμοζόμενοι, εὐστοχοῦσιν. ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδωσι, Διένευσέ, φασι, τῇ γυναικί σου παρὰ τὸ δεῖπνον, καὶ ἀπιδὼν ἐς αὐτὴν, ἀπεστέναξε. καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτική· καί τινες καὶ μοιχικαὶ πρὸς αὐτὸν αἱ

13 Καὶ Στρατονίκη) Τὴν Σελεύκου Στρατονίκην λέγει, ἧς ὁ υἱὸς Σελεύκου Ἀντίοχος ἐρασθεὶς πείθει τὸν πατέρα ταύτης παραχωρῆσαι τῷ υἱῷ· πείθει δὲ νόσῳ ἄλλους καὶ εἰς αὐτὸ γεγονὼς τὸ θανεῖν διὰ τὸν εἰς τὴν Στρατονίκην ἔρωτα. ἐν ἀμηχανίᾳ γὰρ τοῦ πατρὸς γεγονότος Σελεύκου, διὰ τὸν υἱὸν Ἀντίοχον, εἶτα σοφία Ἐρασιστράτου τοῦ ἰατροῦ γνωσθέντος τοῦ παραιτίου τῆς νόσου τοῦ ἔρωτος, ὑπεξέστη ταύτης ὁ πατὴρ τῷ υἱῷ. V.

alios. Fidem autem delationi non temere excogitant, sed in eo omni elaborant studio, veriti, ne quid absonum affingant aut alienum. Quare plerumque iis, quae insunt huic, quem calumniari volunt, in peiorem partem detortis, crimina faciunt non improbabilia: medicum, ut hoc utar, calumniantur veneficum, divitem vero tanquam dominationis appetentem; ministrum denique dominationis *suspectum* proditionis *faciunt*. Interdum vero ipse, qui audit, diversam calumniandi rationem subiicit, ut maligni, ad ipsius se mores dum componunt, scopum feriant. Si enim zelotypum esse videant, *In coena*, inquiunt, *innuit uxori tuae, & intuitus eam ingemuit: vicissim ad illum Stratonice respexit non sane iniucunde, & vultu omnino amatorio.* Et *praesto sunt* quaedam etiam aliae de ipsius adulteriis ca-

διαβολαί. ἢν δὲ ποιητικὸς ᾖ, καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, μὰ Δί', ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη, καὶ διέσυρε, καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ, καὶ κακοσύνθετα. πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ, καὶ Φιλόθεον, ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ Φίλος διαβάλλεται, καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος, καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος. ὁ δὲ ἀκούσας, εὐθὺς μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπεὶς, διακέκαυται ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ ἀπέστραπται τὸν Φίλον, οὐ περιμείνας τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον. Ὁλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπιτροῦσι καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν ἐς ὀργὴν δυνάμενα προκαλέσασθαι τὸν ἀκροώμενον· καὶ ἔνθα τρωτός ἐστιν ἕκαστος ἐπιστάμενοι, ἐπ' ἐκεῖνο τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἐς αὐτό, ὥστε τῇ παραυτίκα ὀργῇ τεταραγμένον, μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως, ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον. Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶ- 15 16

16 Ἀνυσιμώτατον) Δυνάμενον ἀνῦσαι G.

lumniae. Si vero valeat poëtica facultate, eaque in re sibi placeat, *Per Iovem*, ait, *risit versus tuos Philoxenus, & tradixit, & immodulatos esse dixit, & male compositos.* Apud religiosum autem atque pium, pro atheo & profano amicus defertur, qui Deum respuat, & neget providentiam. Alter autem audiens, oestro statim in aure percussus, incenditur, ut facile est ad intelligendum, & aversatur amicum, non exspectata accurata demonstratione. Talia enim omnino excogitantque & dicunt, quibus maxime norunt ad iram provocari audientem. Cumque sciant, ubi quisque vulneri maxime sit opportunus, eo collineant, & feriunt: adeo ut praesenti ira turbatus, non amplius veritati inquirendae vacet; sed etiamsi causam dicere velit aliquis, non admittat, qui nec opinata auditione, tanquam vera, iam ante occupatus sit. Efficacissimum enim profe-

δος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπεναντίον τῆς τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις, ὃς διέβαλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει, καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις. καὶ εἴ γε μὴ κληθεὶς ἕωθεν ἔπινέ τε πάντων ὁρώντων, καὶ λαβὼν ταραντινίδιον, ἐκυμβάλισέ τε καὶ προσωρχήσατο, ἀπολώλει ἂν, ὡς οὐχ ἡδόμενος τῷ βίῳ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἀντισοφιστὴς ὢν, καὶ ἀντίτεχνος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς.

17 Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ, μεγίστη τότε ἂν ἁπασῶν διαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἔλοιτό τις μὴ σέβειν, μηδὲ προσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα. ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ, καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. εὐθὺς οὖν νεώς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις, καὶ τεμένη καθιδρύετο, καὶ βωμοὶ, καὶ θυσίαι, καὶ ἑορταὶ

6 Ταραντινίδιον) Θέριστρον λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον οὐ πάντας πορφυροῦν. V.

&to genus calumniae, quod contrarium est audientis cupiditati: cum etiam apud Ptolemaeum illum, qui Dionysus appellatus est, fuerit, qui deferret Platonicum Demetrium, quod aquam biberet, & solus muliebrem vestem non indueret Dionysiis. Et nisi ille vocatus postridie bibisset in conspectu omnium, & Tarentiniula indutus saltasset cum cymbalis; perierat homo, qui non delectaretur vita regis, sed aemulatione quadam ductus, sententiis, vitae, luxuriae, Ptolemaei contradiceret. Apud Alexandrum vero maximum omnium crimen dictum esset, si quis neque colendum sibi neque adorandum sumsisset Hephaestionem. Cum enim decessisset Hephaestion, prae amore illius Alexander reliquae suae hoc etiam adstruere magnificentiae voluit, & Deum suo suffragio facere defunctum. Statim ergo & templa excitare urbes, & loca consecrari & arae,

τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν, Ἡφαιστίων. εἰ δέ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα, ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν, προσεξέκαιον εὐθὺς, καὶ ἀνεζωπύρουν, ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ἡφαιστίωνος, ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ, καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες. καὶ τέλος ἔθυον παρέδρῳ, καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἥδετό τε ἀκούων, καὶ τὰ τελευταῖα ἐπίστευε, καὶ μέγα ἐφρόνει, ὡσανεὶ οὐ θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. πόσους τοίνυν οἰόμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θειότητος; διαβληθέντας, ὡς οὐ τιμῶσι τὸν κοι-

4 Ὑπολαμβάνοντες) Ἀντὶ τοῦ προλαμβάνοντες. V.

5 Τὴν Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν προσεξέκαιον) Ὡς ὁ Μάγιστρος Συλοκάκας λέγεται Λέοντα τὸν βασιλέα ὅτι ἐξεβάκχευε περὶ Θεοφάνους πολλὰ καὶ τερατώδη διεξιὼν ἐνύπνια, ἅτε καὶ ἄκη, ἵνα μόνον εὐδοκιμοῖν ψευδόμενος. V.

atque sacrificia, festique dies novo Deo parari, sanctissimumque omnibus iusiurandum esse Hephaestion. Si quis vero subrideret ad ista, aut non satis religiosus esse videretur; mortis illi poena erat proposita. Excipientes porro puerilem hanc Alexandri cupiditatem adulatores, magis statim eam incenderunt, excitaruntque, qui immissa sibi ab Hephaestione insomnia narrarent, praesentiamque sibi illius oblatam, & sanationes quasdam illi tribuerent, vulgarentque edita ab illo oracula. Tandem sacrificarunt velut Assessori Depulsorique malorum Deo. His audiendis delectari Alexander, ac tandem credere, & placere sibi, qui non Dei modo filius esset, sed facere etiam posset Deos. Quot ergo amicis Alexandri putamus eo tempore, male expetiisse Hephaestionis divinitatem? cum deferrentur, ut

νὸν ἁπάντων θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας, καὶ τῆς
18 τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας. Τότε καὶ Ἀγαθο-
κλῆς ὁ Σάμιος τάξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ, καὶ τιμώ-
μενος παρ' αὐτοῦ, μικροῦ δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι,
διαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε παριὼν τὸν Ἡφαιστίωνος τά-
φον. ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν λέγεται βοηθῆσαι Περδίκκας, ἐπο-
μοσάμενος κατὰ πάντων τῶν θεῶν, καὶ κατὰ Ἡφαι-
στίωνος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντι οἱ, φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν
ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ, φείσασθαι Ἀγαθο-
κλέους. οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα, οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δα-
19 κρύσαι, ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας μνημονεύοντα. Ἡ
γοῦν κολακεία καὶ ἡ διαβολὴ τότε μάλιστα χώραν
ἔσχε πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συντιθεμένη. καθάπερ
γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ, καὶ ἀπόκρημνα,
καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ'
ἐν ᾗ ἀφύλακτόν τι μέρος ἢ σαθρὸν αἴσθωνται, ἢ ταπει-

qui non colerent communem omnium Deum, eiiciendi ea causa, atque benevolentia regis excidentes. Tum etiam Agathocles Samius, qui ordines duxerat apud Alexandrum, & in honore fuerat, parum abfuit, quin cum leone concluderetur, delatus nempe, ut qui sepulcrum Hephaestionis praeteriens flevisset. Verum succurrisse illi dicitur Perdiccas, deierans per omnes Deos, ipsumque adeo Hephaestionem, venanti sibi apparuisse manifestum Deum, ac iussisse dicere Alexandro, parceret Agathocli; neque enim quod fidem non haberet, vel tanquam de mortuo, sed veteris consuetudinis memoria, flevisse. Adulatio igitur atque calumnia tum maxime locum invenere apud Alexandrum, cum ad illius se affectionem animi componerent. Quemadmodum enim in obsidione non ad excelsa, & praerupta, & tuta murorum accedunt hostes, sed si qua incustoditam partem aliquam corruptamve animadvertunt,

νὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν, ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι· οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες, ὅ, τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς, καὶ ὑπόσαθρον, καὶ εὐεπίβατον, τούτῳ προσβάλλουσι, καὶ προσάγουσι τὰς μηχανάς· καὶ τέλος ἐκπολιορκοῦσι, μηδενὸς ἀντιτασσομένου, μηδὲ τὴν ἔφοδον αἰσθομένου. εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται, πυρπολοῦσι πάντα, καὶ καίουσι, καὶ σφάττουσι, καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς, καὶ ἐξηνδραποδισμένης ἔργα εἶναι. Μηχανήματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ ἀπόντος ἥτε ἀπάτη, καὶ τὸ ψεῦδος, καὶ ἡ ἐπιορκία, καὶ προσλιπάρησις, καὶ ἀναισχυντία, καὶ ἄλλα μυρία ῥαδιουργήματα· ἡ δὲ μεγίστη πασῶν ἡ κολακεία ἐστὶ, συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς διαβολῆς. οὐδεὶς γοῦν οὕτω γεννάδας ἐστὶ, καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος, ὃς οὐκ ἂν ἐνδοίη πρὸς τὰς τῆς κολακείας διαβολάς· καὶ ταῦτα ὑπορυττούσης, καὶ τοὺς θεμελίους 20

aut humilem; hanc viribus omnibus invadunt, ubi nempe facillime subire, & capere urbem possint: sic delatores, quamcunque imbecillam viderint animi, vitiosamque partem, & superatu facilem, hanc oppugnant, huic machinas adhibent, & expugnant denique, cum obiiciat se nemo, quin oppugnationem neque sentiat. Deinde cum semel sunt intra moenia, igne vastant omnia, urunt, caeduntque, & abigunt, qualia nempe victo animo, & in servitutem redacto, fieri probabile est. Machinae autem illis contra absentem fraus, & mendacium, & periurium, & improba assiduitas, & impudentia, & sexcenta alia maleficia. Maxima autem omnium adulatio est, cognata vel soror potius delationis. Nemo enim tam generosus est, & adamantino muro sic munitum pectus habet, quin concedat adulationis calumniis: cum praesertim velut cuniculis

21 ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς. Καὶ τὰ μὲν ἐκτὸς ταῦτα. ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται, τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι, καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι, καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τοῦ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι. πρῶτον μὲν τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ τὸ ἀψίκορον. ἔπειτα δὲ τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἑπόμενον. οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας ἀκούοντες. οἶδα γοῦν τινας οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν, ὥσπερ τοὺς πτε-
22 ρεῖς κνωμένους. Ἐπειδὰν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, κατὰ κράτος αἱροῦσιν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ δυσχερὴς ἡ νίκη γένοιτο, μηδενὸς ἀντιπαραττομένου, μηδὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολάς· ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀκούοντος ἑκόντος ἑαυτὸν ἐνδιδόντος· τοῦ διαβαλ-

6 Τὸ ἀψίκορον) Παρὰ ἅψ, ὃ σημαίνει τὸ εὐθέως, καὶ τὸ κόρος, ὁ τύθέως κόρον λαμβάνων, καὶ ταχέως πληρούμενος. καινοπρεπὲς τὸ σχῆμα· οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως τὸ κοινὸν καὶ καθαμιλημένον. V.

7 Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως) Καινοπρεπὲς τὸ σχῆμα. οὐκ οἶδα γὰρ ὅπως τὸ κοινὸν καὶ καθαμιλημένον. V. alter. (In ed. ad Λαθρηδὰ relatum, & post σχῆμα omnia omissa.)

quibusdam fundamenta subruat delatio. Et extra quidem sunt ista. Intus vero proditiones multae *hostem* adiuvant, quae manum praebent, & portas aperiunt, & omni modo expugnationi audientis favent. Primo quidem novitatis amor, qui natura inest omnibus hominibus; & illud celere eorum, quae vix attigimus, fastidium; tum quod mirabiles auditiones sectamur. Gaudemus enim, nescio quomodo, universi audire, quae clanculum atque ad aurem dicuntur, & plena sunt suspicionum. Novi enim quosdam, quorum aures non minus suaviter titillantur a calumniis, quam si plumis tangerentur. Cum igitur tantis undique auxiliis mixi ingruunt, vi vincunt, puto, nec difficilis victoria fuerit, cum nemo stet in contraria acie, nec impetum repellat; sed ille, qui audit, sua se sponte dedat; qui vero peti-

λομένου δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος. ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλούσης, καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται. Καὶ τὸ πάντων οἰκτιστον, ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γε- 23
γενημένα, προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρὸς, ἅτε μηδὲν φαῦλον ἑαυτῷ συνεπιστάμενος, καὶ τὰ συνήθη λέγει, καὶ ποιεῖ, παντὶ τρόπῳ ὁ ἄθλιος ἐνηδρευμένος. ὁ δὲ, ἢν μὲν ἔχῃ τι γενναῖον, καὶ ἐλεύθερον, καὶ παῤῥησιαστικὸν, εὐθὺς ἐξέῤῥηξε τὴν ὀργὴν, καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε, καὶ τέλος, τὴν ἀπολογίαν προαισθόμενος, ἔγνω μάτην κατὰ τοῦ φίλου παρωξυμένος. Ἢν δὲ ἀγεννέστερος καὶ ταπει- 24
νότερος, προσίεται μὲν καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ, καὶ λάθρα τοὺς ὀδόντας διαπρίει, καὶ, ὡς ὁ ποιητὴς φησι, βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν. οὔ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον, οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέθειν τὴν χολὴν, καὶ τὸ μῖσος ἐν αὐτῷ κατάκλειστον αὔξειν, ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐνὶ φρεσὶν,

5 Τὰ συνήθη) Πέπονθα τοῦτο ἐγὼ, ὦ θεία δίκη, καὶ πάντα, εἰ καὶ μὴ, πρὸς βραχὺ, νικῶσα Ἀλήθεια. G.

tur, ignoret insidias. Velut enim capta noctu urbe, dormientes caeduntur, quos petit delatio. Et quod omnium miserrimum est, hic quidem, rerum omnium ignarus, accedit ad amicum hilaris, ut qui nullius mali sibi sit conscius, & consueta loquiturque ac facit, undique insidiis circumventus miser. Alter vero, si quid generosi pectoris habeat, ac liberalitatis, & fiduciae, statim erumpit iram, & impetum animi effundit, tandemque admissa defensione intelligit, se frustra contra amicum incitatum fuisse. Si vero minus generosus sit atque humilior, admittit ille quidem, & summis labris arridet; sed idem odit, & clanculum frendit dentibus, &, ut ait poëta, iram tenet alta mente repostam. Qua sane re nihil equidem iniustius esse arbitror, aut servilius, commorso labio, clanculum alere bilem, & conclusum intra se augere odium, aliud sub pe-

ἄλλα δὲ λέγοντα, καὶ ὑποκρινόμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ προσώπῳ, μάλα περιπαθῆ τινα καὶ πένθους γέμουσαν τραγῳδίαν. μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὰν πάλαι φίλος ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ ἐνδιαβαλλομένῳ, ποιῆται ὁμοίως. τότε γὰρ οὔτε φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλουσι τῶν διαβαλλομένων, ἢ τῶν ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προειληφότες· οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους παραπίπτουσιν αἰτίαι, τοὺς ἄλλους λανθάνουσαι. καὶ ἐνίοτε οἷς αὐτός τις ἔνοχός ἐστι, ταυτὶ φθάσας κατηγόρησε τοῦ πλησίον, ἐκφυγεῖν οὕτω πειρώμενος τὴν διαβολήν. καὶ ὅλως, ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβάλλειν· ἄπιστος γὰρ αὐτόθι ἡ κατηγορία, πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς

8 Ὅτι πολλάκις) Οἷον ἡδὺ πτεῖς, Λουκιανὲ, κατὰ τῆς καρδίας, ὥσπερ ἀσταρτίας καὶ μύρου παρὰ πᾶσαν ὑπόνοιαν νῦν ἀληθεύων. V.

10 Οἷς αὐτὸς) Εἰς τὸν Ἰωσὴφ αἰνίττεσθαί μοι δοκεῖ. V. Οὐ κακῶς σοι δοκεῖ, ὦ ἑρμηνεῦ· οὐ γὰρ εἰς Ἰωσὴφ ὁ λόγος αἰνίττεται, ἀλλ' εἰς Βελλεροφόντην, ὃς καὶ αὐτὸς παρόμοιον αὐτοῦ πέπονθεν εἰς τὴν τοῦ Προίτου γυναῖκα Ἀντείαν. ὅς φησιν Ὅμηρος ἐν Ζ, καὶ τὴν χίμαιραν ἀντιγράφει αὐτός. οὐ πολὺ δὲ τὸ ἐν μέσῳ διάφορον. V.

ctore tectum habere, aliud vero dicere, atque simulare, sub hilari & comica persona, tristem plenamque luctus tragoediam. Maxime vero ita afficiuntur, cum delator, qui olim amicus videtur fuisse eius, quem defert, tamen hoc facit. Tum enim neque vocem audire amplius volunt eorum, quos calumnia petiit, dum causam dicunt: quod fide dignam accusationem ex longa, quam putant, amicitia praesumunt, neque hoc cogitant, multas saepe inter amicissimos causas odii incidere, quae fugiant alios. Nonnunquam etiam, quorum aliquis ipse reus est, eorum accusare occupat alium, effugere ita criminationem tentans. Atque in universum inimicum criminari nemo ausit. Fidem enim statim amittit delatio, quae causam manifestam habeat. Sed illos aggrediuntur, qui maxime videntur ami-

δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι, τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν ἐμφῆναι προαιρούμενοι, ὅτι ἐπὶ τῷ ἐκείνων συμφέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέσχοντο. Εἰσὶ δέ τινες, οἳ κἂν μάθωσιν ὕστερον ἀδίκως διαβεβλη- 25
μένους παρ' αὐτοῖς τοὺς φίλους, ὅμως ὑπ' αἰσχύνης, ὧν ἐπίστευσαν, οὐδ' ἔτι προσίεσθαι, οὐδὲ προσβλέπειν τολμῶσιν αὐτοὺς, ὥσπερ ἠδικημένοι, ὅτι μηδὲν ἀδικοῦν-
τας ἐπέγνωσαν. Τοιγαροῦν πολλῶν κακῶν ὁ βίος ἐπλή- 26
σθη ὑπὸ τῶν οὕτω ῥαδίως καὶ ἀνεξετάστως πεπιστευ-
μένων διαβολῶν. ἡ μὲν γὰρ Ἀντεια,

Τεθναίης, φησὶν, ὦ Προῖτε, ἢ κάκτανε Βελλερο-
φόντην,

Ὃς μ' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ·

αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρήσασα, καὶ ὑπεροφθεῖσα. καὶ μικροῦ ὁ νεανίας ἐν τῇ πρὸς Χίμαιραν συμπλοκῇ διεφθάρη, ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχὼν, καὶ τῆς πρὸς τὸν ξένον αἰδοῦς ὑπὸ μάχλου γυναικὸς ἐπιβεβουλευμέ-

11 Κάτθανε) Γραι. κάκτανε. G.

ci, qua re ſuam adverſus audientes benevolentiam oſtentatum eunt, qui ipſorum utilitatis cauſa ne familiariſſimis quidem parcant. Sunt vero, qui etiam, cum deinde didicerunt, iniuria delatos apud ſe amicos, tamen verecundia quadam fidei temere habitae, neque admittere quidquam *excuſationis*, nec adſpicere illos audent, tanquam iniuria affecti *eo ipſo*, quod nihil iniuſte egiſſe illos deprehenderunt. Itaque malis multis impleta eſt vita, a creditis ita temere & ſine examine delationibus. Antia enim,

Aut morere, inquit, *o Proete, aut interfice Bellerophontem,*
Qui noſtrum invitae voluit conſcendere lectum:

cum tamen ipſa prius pudore illius tentato repulſam tuliſſet. Et parum abfuit, quin in certamine cum chimaera periret iuvenis, qui hanc mercedem retulit ſuae temperantiae, & pudoris adverſus hoſpitem, ut libidinoſae mulie-

νος. ἡ δὲ Φαῖδρα, καὶκείνη τὰ ὅμοια κατειποῦσα τοῦ
προγόνου, ἐπάρατον ἐποίησε τὸν Ἱππόλυτον γενέσθαι,
ὑπὸ τοῦ πατρὸς, οὐδὲν, ὦ θεοὶ, οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμέ-
27 νον. Ναὶ, Φήσει τις. ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ δια-
βάλλων ἀνὴρ, τότε ἄλλα δίκαιος, καὶ συνετὸς εἶναι
δοκῶν, καὶ ἐχθῆν προσέχειν αὐτῷ, ὅτε μηδὲν ἂν τοιοῦτο
κακουργήσαντι. ἆρ' οὖν τοῦ Ἀριστείδου ἔστι τις δικαιό-
τερος; ἀλλ' ὅμως καὶκεῖνος συνέστη ἐπὶ τὸν Θεμιστο-
κλέα, καὶ συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, ἧς φησιν ἐκεῖνος
πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκινισμένος. δίκαιος μὲν γὰρ
ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ αὐ-
τὸς ἦν, καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινὰς, καὶ ἐμίσει.
28 Καὶ εἴγε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος,
ὁ συνετώτατος τῶν Ἀχαιῶν, κἀν τοῖς ἄλλοις ἄριστος,
τὴν ἐπιβουλὴν καὶ ἐνέδραν ὑπὸ φθόνου φαίνεται συντε-

10 Φιλοτιμίας ὑποκεκινισμένος) Τὸ λόγιον τοῦτο ταύτην ὑποκεκινισμένος ἀντὶ τοῦ διὰ ταύτην διαφθονούμενος αὐτῷ. ἐχθρὸς δὲ ἦν ἀεὶ Θεμιστοκλέους Ἀριστείδης. διὸ καὶ σὺν αὐτῷ πρεσβευτὴς πεμφθεὶς Ἀριστείδης, βούλει, φησὶ, ἐπὶ τῶν ὁρέων, Θεμιστόκλεις, τὴν ἐχθραν ἀπολίπωμεν, ἂν γὰρ δοκῇ, πάλιν αὐτὴν ἐπανιόντες ἀναλαβόμεθα. V.

ris insidiis peteretur. Phaedra autem, ipsa quoque similia cum detulisset contra suum privignum, effecit, ut exsecrabilis fieret patri, nihil, Dii boni! nihil nefandum cum patrasset. *Sane quam!* dicet aliquis. *Sed fide dignus nonnunquam est delator, qui iustus cetera & prudens esse videatur: & oportebat rationem illius habere, qui nunquam tale maleficium commiseris.* Numquid ergo est aliquis Aristide iustior? Sed tamen ille etiam coivit contra Themistoclem, & concitavit una populum, eodem *nempe*, aiunt, quo iste, civilis ambitionis pruritu sollicitatus. Scilicet iustus, si cum aliis comparetur, Aristides: at homo erat ipse quoque, & bilem habebat, & amabat quosdam atque oderat. Et, si vera est illa de Palamede narratio, Graecorum ille prudentissimus, & aliis rebus optimus, machinationem illam atque

θεικὼς κατὰ ἀνδρὸς ὁμαίμου, καὶ φίλου, καὶ ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον ἐκπεπλευκότος· οὕτως ἔμφυτον ἅπασιν ἀνθρώποις ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία. Τί γὰρ ἄν τις ἢ τὸν 29
Σωκράτην λέγοι, τὸν ἀδίκως πρὸς τοὺς Ἀθηναίους διαβεβλημένον ὡς ἀσεβῆ καὶ ἐπίβουλον; ἢ τὸν Θεμιστοκλέα, ἢ τὸν Μιλτιάδην, τοὺς μετὰ τηλικαύτας νίκας ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Ἑλλάδος ὑπόπτους γενομένους; μυρία γὰρ τὰ παραδείγματα, καὶ σχεδὸν τὰ πλεῖστα ἤδη γνώριμα. Τί οὖν χρῆναι ποιεῖν τόν γε νοῦν ἔχοντα, ἢ ἀρετῆς, 30
ἢ ἀληθείας ἀμφισβητοῦντα; ὅπερ, οἶμαι, καὶ Ὅμηρος ἐν τῷ περὶ Σειρήνων μύθῳ ἠνίξατο, παραπλέειν κελεύσας τὰς ὀλεθρίους ταύτας τῶν ἀκουσμάτων ἡδονὰς, καὶ ἀποφράττειν τὰ ὦτα, καὶ μὴ ἀνέδην αὐτὰ ἀναπετανύειν τοῖς πάθει προειλημμένοις, ἀλλ' ἐπιστήσαντα ἀκριβῆ θυρωρὸν τὸν λογισμὸν ἅπασι τοῖς λεγομένοις, τὰ

11 Ἐν τῷ περὶ Σειρήνων μύθῳ ἠνίξατο) Οὐκοῦν τὸ τοῦ Ὀδυσσέως περὶ Σειρήνας ἀλληγορικῶς λέγεται, οὐ μὴν αἰσθητῶς, ὡς φησιν Ὅμηρος. V. (v. Odyss. M.)

insidias invidia compofuiſſe deprehenditur contra virum conſanguineum, & amicum, & qui ad eiuſdem ſocietatem periculi una navigaverat. Adeo inſitum eſt hominibus omnibus in tali re peccare. Quid enim de Socrate dicamus, iniuſte delato apud Atheniense ſes pro impio atque inſidiatore? vel de Themiſtocle, aut Miltiade, poſt tantas victorias proditionis Graeciae ſuſpectos? Infinita enim numero ſunt exempla, & pleraque fere iam cognita. Quid ergo facere par eſt prudentem, cum de *alicuius* virtute aut veritate diſceptat? Quod, puto, Homerus etiam fabula de Sirenibus obſcure ſignificavit, praeternavigare iubens perniciosas illas auditionum voluptates, & obturare aures, nec ita temere illas pandere iis, qui perturbatione quadam ſunt occupati: ſed apponere curioſi ianitoris inſtar rectam rationem his, quae dicuntur, omnibus, quae admittat digna

μὲν ἄξια προσίεσθαι καὶ παραβάλλεσθαι, τὰ φαῦλα δὲ ἀποκλείειν καὶ ἀπωθεῖν. καὶ γὰρ ἂν εἴη γελοῖον, τῆς μὲν οἰκίας θυρωροὺς καθιστάναι, τὰ ὦτα δὲ καὶ τὴν διά-
31 νοιαν ἀνεῳγμένα ἐᾶν. Ἐπειδὰν τοίνυν τοιαῦτα προσίῃ τις λέγων, αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν· μήτε ἡλικίαν τοῦ λέγοντος ὁρῶντα, μήτε τὸν ἄλλον βίον, μήτε τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἀγχίνοιαν. ὅσῳ γάρ τις πιθανώτερος, τοσούτῳ ἐπιμελεστέρας δεῖται τῆς ἐξετάσεως. οὐ δεῖ τοίνυν πιστεύειν ἀλλοτρίᾳ κρίσει, μᾶλλον δὲ μίσει τοῦ κατηγοροῦντος, ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν ἐξέτασιν φυλακτέον, τῆς ἀληθείας ἀποδόντα καὶ τῷ διαβάλλοντι τὸν φθόνον, καὶ ἐν φανερῷ ποιησάμενον τὸν ἔλεγχον τῆς ἑκατέρου διανοίας, καὶ μισεῖν οὕτω, καὶ ἀγαπᾶν τὸν δεδοκιμασμένον. πρὶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἐκ τῆς πρώτης διαβολῆς κεκινημένον, Ἡράκλεις, ὡς μειρακιῶδες, καὶ ταπεινὸν, καὶ
32 πάντων οὐχ ἥκιστα ἄδικον. Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων αἱ-

admissione, atque assumat, mala autem excludat repellatque. Ridiculum enim fuerit, domus quidem ianitores constituere, aures autem ac mentem aperras sinere. Cum igitur dicens talia aliquis accesserit, ipsum per se explorare negotium oportet, neque aetate considerata dicentis, neque vita alia, neque ea, quae in sermonibus illius forte inest, sollertia. Quo enim quis probabilior est, eo curiosiore exploratione opus habet. Non oportet igitur credere alieno iudicio, vel odio potius accusantis, sed examen veritatis sibi servare, suamque sibi invidiam delatori reddere, &, qua quisque mente sit, in claram lucem protrahere, ac sic demum vel amare vel odisse, prout quemque probaveris. Prius autem hoc facere prima permotum delatione, quam puerile est, bone Hercules! & humile, & non minime inter omnia inhonestum. At harum rerum

5 Ἐκχύνας) Καὶ ἀδιόρθωτον· χύνα (sic scriptum erat) γὰρ οὐκ ἐπίσταται ἡ Ἑλληνικὴ χρῆσις· χύνω δὲ οὐδέπω ἐγκέκριται τῇ Ἑλλάδι γλώσσῃ. G.

7 Ἀδράστεια) Δαίμονα εἶναι λέγουσι ταύτην τοῖς πάνυ μεγάλα ἐγκαυχωμένοις ὑπενεμεῖσαν. V.

ἄτερον *pauperum* [alterum, τὸν ἕτερον]. Ridentibus autem, ut facile est ad credendum, qui aderant, emendaturus peccatum tuum, & repositurus, in quo peccatum erat, *Non ita volebam*, dicebas, *sed interfecit* ἄτερον. Omitto antiqua illa τριῶν μηνοῖν, [*trium duorum mensium*] & ἀνηνεμία, [*pro* ἠνεμία, tranquillitas a ventis] & illud πέταμαι, [*volo*] & ἐκχύνειν, [*effundere*] & quae alia pulchra tuis in orationibus efflorescunt. Quae enim paupertate stimulante facis, illa ego, o fave Adrastea! nemini exprobraverim. Ignoscendum enim, si quis fame subactus depositum a cive acceptum, deinde periurio interposito abneget; aut si quis

μὴν μὴ παρειληφέναι· ἢ εἴ τις ἀναισχύντως αἰτεῖ, μᾶλλον δὲ προσαιτεῖ, καὶ λωποδυτεῖ, καὶ τελωνεῖ. οὐ δὴ λέγω ταῦτα. φθόνος γὰρ οὐδεὶς ἐξ ἅπαντος ἀμύνασθαι τὴν ἀπορίαν· ἐκεῖνο δὲ οὐκέτι φορητὸν, πένητά σε ὄντα, ἐς μόνας τὰς τοιαύτας ἡδονὰς ἐκχεῖν τὰ ἐκ τῆς ἀναισχυντίας περιγιγνόμενα. πλὴν εἴ γέ τι καὶ ἐπαινέσαι μοι δώσεις πάνυ ἀστείως ὑπὸ σοῦ πεπραγμένον, ὁπότε τοῦ Τισίου τὴν τέχνην οἶσθα, ὡς τὸ δισκόρακος ἔργον αὐτὸς ἐποίησας, ἐξαρπάσας τοῦ ἀνοήτου ἐκείνου πρεσβύτου χρυσοῦς τριάκοντα· ὁ δὲ διὰ τὸν Τισίαν, ἀντὶ τοῦ βιβλίου, πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε, κατασοφισθείς. Πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν, τὰ μὲν ἄλλα ἑκὼν ἀφίημί σοι. ἐκεῖνο δὲ μόνον προσλέγω, πράττε μὲν ταῦτα, ὅπως σοι φίλον, καὶ μὴ παύσαιο τὰ τοιαῦτα ἐς ἑαυτὸν παροινῶν, ἐκεῖνο δὲ μηκέτι, ἄπαγε. οὐ γὰρ ὅσιον ἐπὶ

31

2 Προσαιτεῖ) Πολλὰ αἰτεῖ. G.

8 Τισίου) Τισίου λέγει τοῦ Κόρακος τοῦ Σικελοῦ μαθητοῦ. τάχα γάρ τι τοιοῦτον καὶ αὐτὸς κατασοφισάμενός τινα πρεσβύτην εἰργάσατο. V. Eadem habet V. alter, nisi quod pro λέγει τοῦ Κόρακος, scribat: Τούτου λέγει τοῦ Κορ. &c. & pro τάχα, τάχει, (sed cui bono, corrupta repetere?)

impudenter roget, vel mendicet potius, & spoliet alios vestibus, & telonium *humile* exerceat. Non dico sane talia. Nulla est invidia paupertatem omni ope depellere. At illud iam ferri non potest, pauperem te hominem in solas id genus libidines effundere impudentiae tuae lucra. Verum si quid etiam laudare mihi permittis, illud urbane admodum a te factum est, cum Tisiae artem, nosti quomodo, bis Coracis [*corvi*] opus ipse fecisti, triginta aureis illum imprudentem senem emungens: at ille propter Tisiam pro libro quinquaginta & septingentas *drachmas* astu circumventus exsolvit. Multa cum dicenda adhuc habeam, reliqua tibi remitto lubens. Illud vero solum adiicio. Age istaec, ut lubitum fuerit, nec desine ebrios in te ipsum furores exercere. At illud, *quod dicere nolo*, ne amplius. Apage.

τὴν αὐτὴν ἑστίαν τοὺς ταῦτα διατιθέντας καλεῖν, καὶ φιλοτησίας προπίνειν, καὶ ὄψων τῶν αὐτῶν ἅπτεσθαι. ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνο ἔστω τὸ ἐπὶ τοῖς λόγοις, φιλήματα· καὶ ταῦτα πρὸς τοὺς οὐ πρὸ πολλοῦ ἀποφράδα σοι ἐργασαμένους τὸ στόμα. κἀπειδήπερ ἅπαξ φιλικῆς παρραινέσεως ἠρξάμην, κἀκεῖνα, εἰ δοκεῖ, ἄφελε, τὸ μύρῳ χρίεσθαι τὰς πολιὰς, καὶ τὸ πιττοῦσθαι μόνα ἐκεῖνα. εἰ μὲν γὰρ νόσος τις ἐπείγει, ἅπαν τὸ σῶμα θεραπευτέον· εἰ δὲ μηδὲν νοσεῖς τοιοῦτον, τί σοι βούλεται καθαρὰ, καὶ λεῖα, καὶ ὀλισθηρὰ ἐργάζεσθαι, ἃ μηδὲ ὁρᾶσθαι θέμις; ἐκεῖνό σοι μόνον σοφὸν, αἱ πολιαὶ, καὶ τὸ μηκέτι μελαίνεσθαι, ὡς προκάλυμμα εἶεν τῆς βδελυρίας. φείδου δὴ αὐτῶν πρὸς Διὸς, κἂν τούτῳ, καὶ μάλιστα τοῦ πώγωνος αὐτοῦ, μηδὲ μιάνῃς ἔτι, μηδὲ ὑβρίσῃς· εἰ δὲ μὴ, ἐν νυκτί γε, καὶ σὺν σκότῳ. τὸ δὲ μεθ' ἡμέραν, ἄπαγε, κομιδῇ ἄγριον καὶ θηριῶδες. Ὁρᾷς, 32

Neque enim fas eſt ad eandem menſam vocare, qui ita ſe inſtituunt, & amicitiae illis poculum propinare, & eoſdem attingere cibos. Verum nec illud fiat, *quod* poſt ſermones *ſolet*, oſcula: eaque apud illos, qui paulo ante ipſum tibi os ut *Apophras* [*obſcoenum*, *deteſtabile*] fieret, effecere. Et quando ſemel amice te cohortari coepi, etiam illa, ſi videtur, aufer, ut unguento ungas canos, ac vellas iſta ſola. Si quis enim morbus urget, totum corpus curandum eſt: ſin tale nihil aegrotas, quid ſibi vult, quod pura, & levia, & lubrica facis, quae nec videri fas eſt? Illud ſolum in te ſapiens, cani, & quod non amplius niger es. Itaque velum ſit *patere* tuae impuritatis. Parce ſane illis, per Iovem, vel hactenus, & inprimis barbae ipſi, nec amplius illam pollue, vel contumelioſe tracta. Si vero minus *hoc potes*, certe noctu & in tenebris *fac*, *quae facis*: interdiu enim, apage, nimis ferum & belluinum eſt. Vides,

ὡς ἄμεινον ἦν σοι ἀκίνητον τὴν Καμαρίναν ἐᾶν, μηδὲ καταγελᾶν τῆς ἀποφράδος, ἥ σοι ἀποφράδα τὸν βίον ὅλον ἐργάσεται; ἢ ἔτι προσδεῖ τινος; ὡς τό γε ἐμὸν οὔποτ' ἐλλείψει. οὐδέπω γοῦν οἶσθα ὡς ὅλην τὴν ἅμαξαν ἐπεσπάσω, δέον, ὦ παιπάλημα, καὶ κίναιδος, ὑποπτήσσειν εἴ τις ἀνὴρ δασὺς, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἀρχαῖον, μελάμπυγος, δριμὺ μόνον εἰς σὲ ἀποβλέψειεν. ἴσως ἤδη καὶ ταῦτα γελάσῃ, τὸ παιπάλημα, καὶ τὸ κίναιδος, ὥσπερ τινὰ αἰνίγματα, καὶ γρίφους ἀκούσας. ἄγνωστα γάρ σοι τῶν σῶν ἔργων τὰ ὀνόματα. ὥστε ὥρα ἤδη καὶ ταῦτα συκοφαντεῖν, εἰ μὴ τριπλῇ καὶ τετραπλῇ σοι ἡ ἀποφρὰς ἐκτέτικεν. αἰτιῶ δ' οὖν σεαυτὸν ἐπὶ πᾶσιν. ὡς γὰρ

1 Τὴν Καμαρίναν) Λίμνην φασὶ τὴν Καμαρίνην πόλει περικειμένην, ὁμώνυμον αὐτῇ· ἣν βουλομένοις Καμαριναίοις μετοχετεῦσαι, ἐχρησεν ὁ Θεὸς, μὴ κινεῖ Καμαρίναν. Οἱ δὲ τοῦ Θεοῦ παρακούσαντες ἐβλάβησαν, ὅθεν ἡ παροιμία εἴρηται ἐπὶ τῶν καθ' ἑαυτῶν βλαβερῶς τι ποιεῖν μελλόντων. τινὲς δέ φασι φυτὸν δυσῶδες εἶναι τὴν Καμάρην, οὗ τοὺς κλάδους διασειομένους ἀηδέστερον ὄζειν, V.

5 Παιπάλημα) Πηιπάλημα ὁ παντοῦργος ἄνθρωπος κυρίως. ὁ ὥσπερεὶ ἄλευρον τοῖς κακοῖς συναλλεσμένος, καὶ συντετριμμένος. νῦν δὲ οὐ τοῦτο βούλεται δηλοῦν, ἀλλὰ τὸν ὑπὸ ἀνανδρίου μισητίας ὥσπερ ἄλευρον διατετριμμένον. Κίναιδος δὲ ὁ τε ποιῶν, ὁ τε πάσχων, παρὰ τὸ τὴν σίδα κινεῖν, V. (Eadem in *V.* altero; sed ante βούλεται inferit τῷ γλωσσαλγεῖ, & pro πάσχων habet παθών. At πάσχειν etiam in G. V. & M.)

quanto melius tibi fuisset non movisse Camarinam, nec derisisse *Apophrada*, quae tibi, *apophrada*, *detestabilemque* totam vitam reddet? Aut deest forte adhuc *ad eam rem* aliquid? Quantum in me est, nunquam deficiet. Nondum enim scis, quam totum in te plaustrum attraxeris, qui deberes, o pollen, o vulpes, metu trepidare, si quis vir hirsutus, &, ut veteres dicebant, nigro podice, vel torvum te intueretur? Forte iam haec etiam ridebis, cum illud *pollen* & illud *vulpes* tanquam aenigmata quaedam & griphos audieris. Incognita enim tibi sunt operum tuorum nomina. Itaque haec etiam licet calumnieris, nisi iam tripli aut quadrupli poenas tibi dedit Apophras. Tibi nimirum impu-

ὁ καλὸς Εὐριπίδης λέγειν εἴωθεν, Ἀχαλίνων στομάτων, καὶ ἀφροσύνης, καὶ ἀνομίας τὸ τέλος δυστυχία γίγνεται.

tabis omnia. Ut enim praeclarus Euripides dicere solet, *Effrenis oris, & stuporis impii solet esse finis infortunium.*

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ.

1 ΕΙΤΑ Ἀλέξανδρος μὲν ἐπεθύμησεν ἐν τῷ Κύδνῳ λούσασθαι, καλόν τε καὶ διαυγῆ τὸν ποταμὸν ἰδὼν, καὶ ἀσφαλῶς βαθὺν, καὶ προσηνῶς ὀξὺν, καὶ νήξασθαι ἡδὺν, καὶ θέρους ὥρᾳ ψυχρὸν, ὥστε καὶ ἐπὶ προδήλῳ τῇ νόσῳ, ἣν ἐνόσησεν ἀπ' αὐτοῦ, δοκεῖ μοι οὐκ ἂν τοῦ λουτροῦ ἀποσχέσθαι· οἶκον δέ τις ἰδὼν μεγέθει μέγιστον, καὶ κάλλει κάλλιστον, καὶ φωτὶ φαιδρότατον, καὶ χρυσῷ στιλπνότατον, καὶ γραφαῖς ἀνθηρότατον, οὐκ ἂν ἐπιθυμήσειε λόγους ἐν αὐτῷ διαθέσθαι, εἰ τύχοι περὶ τούτους διατρίβων, καὶ ἐνευδοκιμῆσαι, καὶ ἐλλαμπρύνασθαι, καὶ βοῆς ἐμπλῆσαι, καὶ ὡς ἔνι μάλιστα καὶ

1 Ἀλέξανδρος μὲν ἐπεθύμησεν) Ὅτι Ἀλέξανδρος ἐν τῷ Κύδνῳ λουσάμενος, οὐ μικρῶς ἠρρώστησεν, ὡς φησιν Ἀδριανός. Στράβων δὲ ὁ γεωγράφος ἱστορεῖ περὶ τοῦ ποταμοῦ Κύδνου, ὅτι διὰ ψυχρότητα τὰ πλατυνευροῦντα τῶν ζώων ἰᾶται ἐμβαίνοντα τῷ ῥείθρῳ τούτου καὶ ἐγχρονίζοντα. V. (Sed & tu lege Q. *Curtium* ſuper hoc. *C.*)

DE OECO.

ERGO Alexander lavare in Cydno cupiit, cum pulchrum videret & pellucidum amnem, & ſine periculo profundum, & blande celerem, & ad natandum iucundum, & frigidum aeſtate; adeo ut videatur mihi ne praeſenti quidem morbi, quem inde nactus eſt, periculo a lavandi voluptate revocari potuiſſe: oecum autem aliquis conſpicatus magnitudine ingentem, & ſpecie pulcherrimum, & luce multa hilarem, & fulgentem ab auro, & picturis floridum, non concupiſcat orationem (ſi haec forte illius ſit profeſſio) in eo habere, & in illo probari, & claritatem ſibi in eo parare, & clamoribus eum implere, &

αὐτὸς μέρος τοῦ κάλλους αὐτοῦ γενέσθαι, ἀλλὰ περισκοπήσας ἀκριβῶς, καὶ θαυμάσας μόνον, ἄπεισι, κωφὸν αὐτὸν καὶ ἄλογον καταλιπὼν, μήτε προσειπὼν, μήτε προσομιλήσας, ὥσπέρ τις ἄναυδος, ἢ φθόνῳ σιωπᾶν ἐγνωκώς; Ἡράκλεις, οὐ φιλοκάλου τινὸς, οὐδὲ 2
περὶ τὰ εὐμορφότατα ἐρωτικοῦ τὸ ἔργον, ἀγροικία δὲ πολλὴ, καὶ ἀπειροκαλία, καὶ προσέτι γε ἀμουσία, τῶν ἡδίστων αὐτὸν ἀπαξιοῦν, καὶ τῶν καλλίστων ἀποξενοῦν, καὶ μὴ συνιέναι ὡς οὐχ ὁ αὐτὸς περὶ τὰ θεάματα νόμος ἰδιώταις τε καὶ πεπαιδευμένοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἀπόχρη τὸ κοινὸν τοῦτο ἰδεῖν μόνον, καὶ περιβλέψαι, καὶ τῷ ὀφθαλμῷ περιενεγκεῖν, καὶ πρὸς τὴν ὀροφὴν ἀνακύψαι, καὶ τὴν χεῖρα ἐπισεῖσαι, καὶ καθ' ἡσυχίαν ἡσθῆναι, δέει τοῦ μὴ ἂν δυνηθῆναι ἄξιόν τι τῶν βλεπομένων εἰπεῖν· ὅστις δὲ μετὰ παιδείας ὁρᾷ τὰ καλὰ, οὐκ ἂν, οἶμαι, ἀγαπήσειεν, ὄψει μόνῃ καρπωσά-

quantum licet, & ipſe pars illius pulchritudinis fieri? ſed perſpectis cum cura omnibus, & admiratus ſolum, abeat, ſurdum relinquens & orationis *ſuae* expertem, nec allocutus eum, neque ſermone cum illo habito, ut mutus aliquis, aut qui invidia tacere decreverit? Non elegantis iſtuc, Hercules, neque amore pulcherrimorum capti fuerit, ſed ruſticitas multa, & ſtupor quidam circa pulchra, ipſaſque inſuper Muſas, rebus iucundiſſimis ſe indignum iudicare, & alienum oſtendere a rebus pulcherrimis, nec intelligere, non eandem circa ſpectacula legem eſſe imperitis literarum, atque eruditis hominibus: cum illis ſufficiat commune illud, videre ſolum, & circumſpicere, & circumferre oculos, & ad lacunar ſuſpicere, & movere *ab admiratione* manum, & tacite oblectari prae metu, ut quidquam dignum iis, quae ſpectantur, proferre poſſint. Qui vero eruditus pulchrarum rerum ſpectator eſt, non, pu-

μενος τὸ τερπνὸν, οὐδ' ἂν ὑπομεῖναι ἄφωνος θεατὴς τοῦ κάλλους γενέσθαι· πειράσεται δὲ, ὡς οἷόν τε, καὶ ἐν-
3 διατρίψαι, καὶ λόγῳ ἀμείψασθαι τὴν θέαν. Ἡ δὲ ἀμοιβὴ, οὐκ ἔπαινος τοῦ οἴκου μόνον, (τοῦτο μὲν γὰρ ἴσως ἐκείνῳ τῷ νησιώτῃ μειρακίῳ ἔπρεπε, τὴν Μενέλεω οἰκίαν ὑπερεκπεπλῆχθαι, καὶ πρὸς τὰ ἐν οὐρανῷ καλὰ, τὸν ἐλέφαντα καὶ τὸν χρυσὸν αὐτῆς ἀπεικάζειν, ἅτε μηδὲν ἐν γῇ καλόν τι ἄλλο ἑωρακότι) ἀλλὰ καὶ τὸ εἰπεῖν ἐν αὐτῷ, καὶ τοὺς βελτίστους συγκαλέσαντα λόγων ἐπίδειξιν ποιήσασθαι, μέρος τοῦ ἐπαίνου καὶ τοῦτο γένοιτο ἄν. καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερήδιστον, οἶμαι, οἴκων ὁ κάλλιστος ἐς ὑποδοχὴν λόγων ἀναπεπταμένος, καὶ ἐπαίνου καὶ εὐφημίας μεστὸς ὤν, ἠρέμα καὶ αὐτὸς ὥσπερ τὰ ἄντρα συνεπηχῶν, καὶ τοῖς λεγομένοις παρακολουθῶν, καὶ παρατείνων τὰ τελευταῖα τῆς φωνῆς, καὶ τοῖς ὑστάτοις τῶν λόγων ἐμβραδύνων, μᾶλλον δὲ ὡς ἄν

to, satis habeat oculis tantum fructum illius iucunditatis percipere, neque sustineat mutus pulchri spectator esse; sed tentabit, quantum potest, immorari spectaculo, & oratione illud *quasi* pensare. Pretium vero illud non laus modo conclavis. Hoc forte insularum illum adolescentulum decuerit, ut admiratione domus Menelai percellatur, & cum coelestium rerum pulchritudine ebur atque aurum illius comparet, ut qui nihil in terra pulchrum aliud viderit. Sed ipsum illud dicere in eo, &, convocatis praestantissimis hominibus, orationis facultatem ostendere, id ipsum, inquam, pars forte laudis fuerit. Ac res meo iudicio iucundissima, pulcherrimus oecus ad accipiendam orationem apertus, laude & faventium vocibus plenus, placide & ipse antrorum instar resonans, & subsequens quae dicuntur, & ultima vocis protendens, extremisque orationis immorans,

τις εὐμαθὴς ἀκροατὴς διαμνημονεύων τὰ εἰρημένα, καὶ τὸν λέγοντα ἐπαινῶν, καὶ ἀντίδοσιν οὐκ ἄμουσον ποιούμενος πρὸς αὐτά· οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τὰ αὐλήματα τῶν ποιμένων αἱ σκοπιαὶ ἐπαυλοῦσαι, τῆς Φωνῆς ἐπανιούσης κατὰ τὸ ἀντίτυπον, καὶ πρὸς αὐτὴν ἀναστρεφούσης· οἱ δὲ ἰδιῶται νομίζουσι παρθένον τινὰ εἶναι τὴν ἀμειβομένην τοὺς ᾄδοντας, ἢ βοῶντας, ἐν μέσοις που τοῖς κρημνοῖς κατοικοῦσαν, καὶ λαλοῦσαν ἐκ τῶν πετρῶν ἔνδοθεν. Ἔμοι γοῦν δοκεῖ καὶ συνεξαίρεσθαι οἴκου πολυ- 4
τελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη, καὶ πρὸς τοὺς λόγους ἐπεγείρεσθαι, καθάπερ τι καὶ ὑποβαλλούσης τῆς θέας. σχεδὸν γὰρ εἰσρεῖ τι διὰ τῶν ὀφθαλμῶν ἐπὶ τὴν ψυχὴν καλόν. εἶτα πρὸς αὐτὸ κοσμῆσαν ἐκπέμπει τοὺς λόγους. ἢ τῷ μὲν Ἀχιλλεῖ πιστεύομεν, τὴν ὄψιν τῶν ὅπλων ἐπιτεῖναι κατὰ τῶν Φρυγῶν τὴν ὁρμήν· καὶ ἐπειδὴ ἐνέδυ αὐτὰ πειρώμενος, ἐπαρθῆναι καὶ πτερωθῆναι πρὸς τὴν

vel potius ut docilis auditor memorans, quae dicta ſunt, laudanſque dicentem, & aliquid non alienum a Muſis reddens. Quale quiddam excelſis rupibus accidit, quae tibiarum paſtoriciarum cantum reſonant, redeunte per repercuſſionem voce, & in ſe ipſam revertente. Imperiti autem putant, virginem quandam eſſe, quae canentibus reſpondeat clamantibuſve, in mediis alicubi praeruptis habitantem, & intus loquentem e rupibus. Videtur enim mihi, cum pretioſo conclavi efferri etiam animus dicentis, & ad orandum excitari, quaſi ſubiiciente aliquid ſpectaculo. Fere enim per oculos pulchrum quiddam in ipſum etiam animum influit, quod exornatam ad illud *exemplum* orationem deinde emittit. Niſi credimus, Achilli ab ipſo conſpectu armorum auctum eſſe impetum contra Phryges, & cum tentandi cauſa illa induiſſet, elatum eſſe & quaſi alatum ad

τοῦ πολέμου ἐπιθυμίαν· λόγου δὲ σπουδὴν μὴ ἐπιτείνεσθαι πρὸς κάλλη χωρίων; καίτοι Σωκράτει μὲν ἀπέχρησε πλάτανος εὐφυὴς, καὶ πόα εὐθαλὴς, καὶ πηγὴ διαυγὴς, μικρὸν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ· κἀνταῦθα καθεζόμενος, Φαίδρου τε τοῦ Μυρρινουσίου κατειρωνεύετο, καὶ τὸν Λυσίου τοῦ Κεφάλου λόγον διήλεγχε, καὶ τὰς Μούσας ἐκάλει, καὶ ἐπίστευεν ἥξειν αὐτὰς ἐπὶ τὴν ἐρημίαν, συμπεριληψομένας τῶν περὶ τοῦ ἔρωτος λόγων. καὶ οὐκ ἠσχύνετο γέρων ἄνθρωπος, παρακαλῶν παρθένους, συνεσομένας τὰ παιδεραστικά. ἐς δὲ οὕτω καλὸν χωρίον, οὐκ
5 ἂν οἰώμεθα καὶ ἀκλήτους αὐτὰς ἐλθεῖν; Καὶ μὴν οὐ κατά γε σκιὰν μόνην, οὐδὲ κατὰ πλατάνου κάλλος, ἢ ὑποδοχὴ, οὐδ' ἂν τὴν ἐπὶ τῷ Ἰλισσῷ καταλιπὼν, τὴν βασιλέως λέγης τὴν χρυσῆν. ἐκείνης μὲν γὰρ ἐν τῇ πολυτελείᾳ μόνῃ τὸ θαῦμα· τέχνη δὲ, ἢ κάλλος, ἢ τέρψις, ἢ τὸ σύμμετρον, ἢ τὸ εὔρυθμον, οὐ συνείργαστο, οὐδὲ

belli cupiditatem; dicendi autem ſtudium non intendi ad pulchritudines locorum? Verum Socrati ſatis ad hoc erat platanus bene nata, & herba florida, & fons pellucidus parum *diſtans* ab Iliſſo: atque ibi aſſidens Phaedrum Myrrhinuſium diſſimulatae ſermonibus ſapientiae luſit, & Lyſiae, Cephali filii, orationem redarguit, & Muſas vocavit, ratus, in illud deſertum venturas, adiuturaſque illam de amore diſputationem. Nec puduit hominem ſenem vocare virgines, audituras de puerorum amore ſermones: in locum autem adeo pulchrum non putemus etiam non vocatas illas venire? Atqui non umbram modo habet, aut platani pulchritudinem, hoc diverſorium, etiamſi relicta iſta ad Iliſſum, illam Regis auream dicas. Iſtius enim in ſolo pretio inerat miraculum: ars vero, aut pulchritudo, aut delectatio, aut commenſurata proportio, non una

κατεμέμικτο τῷ χρυσῷ, ἀλλ' ἦν βαρβαρικὸν τὸ θέαμα, πλοῦτος μόνον, καὶ φθόνος τῶν ἰδόντων, καὶ εὐδαιμονισμὸς τῶν ἐχόντων. ἔπαινος δὲ οὐδαμοῦ προσῆν· οὐδὲ γὰρ ἔμελε τοῖς Ἀρσακίδαις τῶν καλῶν, οὐδὲ πρὸς τὸ τερπνὸν ἐποιοῦντο τὰς ἐπιδείξεις, οὐδὲ ἐφρόντιζον, εἰ ἐπαινέσονται οἱ θεαταὶ, ἀλλ' ὅπως ἐκπλαγήσονται. οὐ φιλόκαλοι γὰρ, ἀλλὰ φιλόπλουτοί εἰσιν οἱ βάρβαροι. Τούτου 6
δὲ τοῦ οἴκου τὸ κάλλος, οὐ κατὰ βαρβαρικούς τινας ὀφθαλμοὺς, οὐδὲ κατὰ Περσικὴν ἀλαζονίαν, ἢ βασιλικὴν μεγαλαυχίαν, οὐδὲ πένητος μόνον, ἀλλὰ εὐφυοῦς θεατοῦ θεόμενον, καὶ ὅτῳ μὴ ἐν τῇ ὄψει ἡ κρίσις, ἀλλά τις καὶ λογισμὸς ἐπακολουθεῖ τοῖς λεγομένοις. τὸ γὰρ τῆς τε ἡμέρας πρὸς τὸ κάλλιστον ἀποβλέπειν, (κάλλιστον δὲ αὐτῆς καὶ ποθεινότατον ἡ ἀρχὴ) καὶ τὸν ἥλιον ὑπερκύψαντα εὐθὺς ὑποδέχεσθαι, καὶ τοῦ φωτὸς ἐμπίπλασθαι ἐς κόρον, ἀναπεπταμένων τῶν θυρῶν, καὶ

4 Τοῖς Ἀρσακίδαις) Ἀρσακίδας τοὺς τῶν Περσῶν φησι βασιλεῖς, ἀπὸ Ἀρσάκου τοῦ παλαιοτάτου τὰς γονὰς ἕλκοντας. V.

elaborata aut permixta auro erat: ſed barbaricum ſpectaculum, divitiae ſolum, quibus inviderent ſpectantes, beati poſſidentes iudicarentur. Laus autem inerat nuſquam. Neque enim pulchra curabant Arſacidae, neque ad delectationem hominum viſui exponere ſua ſolebant, neque curabant, laudaturine eſſent ſpectatores; ſed id ſolum, ut percellerentur. Neque enim elegantiarum, ſed divitiarum ſtudioſi ſunt barbari. Huius autem pulchritudo oeci non ad barbaricos oculos *exacta eſt*, neque ad Perſicam ſuperbiam, aut iactationem regiam, neque pauperem ſolum, ſed ingenioſum ſpectatorem poſtulat, cui non in ſolis oculis ſit iudicium, ſed ratiocinatio etiam dicta conſequatur. Quod enim pulcherrimam diei partem ſpectat, (eſt autem pulcherrima, & amabiliſſima pars principium) & tollentem ſtatim caput ſolem excipit; quod valvis apertis luce ad ſa-

ὃ τὰ ἱερὰ βλέποντα ἐποίουν οἱ παλαιοὶ, καὶ τὸ τοῦ μήκους πρὸς τὸ πλάτος, καὶ ἀμφοῖν πρὸς τὸ ὕψος εὔρυθμον, καὶ τῶν φωταγωγῶν τὸ ἐλεύθερον, καὶ πρὸς ὥραν ἑκάστην εὔστοχον, πῶς οὐχ ἡδέα ταῦτα πάντα, καὶ ἐπαί-
7 νων ἄξια; Ἔτι δὲ θαυμάσειεν ἄν τις καὶ τῆς ὀροφῆς ἐν τῷ εὐμόρφῳ τὸ ἀπέριττον, καὶ τῷ εὐκόσμῳ τὸ ἀνεπίληπτον, καὶ τὸ τοῦ χρυσοῦ ἐς τὸ εὐπρεπὲς σύμμετρον, ἀλλὰ μὴ περὶ τὰς χρείας ἐπίφθονον, ἀλλ' ὁπόσον ἂν καὶ γυναικὶ σώφρονι καὶ καλῇ ἀρκέσῃ ἐπισημότερον ἐργάσασθαι τὸ κάλλος, ἢ περὶ τῇ δειρῇ λεπτός τις ὅρμος, ἢ περὶ τῷ δακτύλῳ σφενδόνη εὔφορος, ἢ ἐν τοῖν ὤτοιν ἐλλάβια, ἢ πόρπη τις, ἢ ταινία τὸ ἄφετον τῆς κόμης συνδέουσα, τοσοῦτον τῇ εὐμορφίᾳ προστιθεῖσα, ὅσον τῇ ἐσθῆτι ἡ πορφύρα· αἱ δέ γε ἑταῖραι, καὶ μάλιστα αἱ ἀμορφότεραι αὐτῶν, καὶ τὴν ἐσθῆτα ὅλην πορφυρᾶν, καὶ τὴν δειρὴν χρυσῆν πεποίηνται, τῷ πολυτελεῖ θηρώ-

tietatem repletur; quo positu templa faciebant antiqui: quod longitudo latitudini, & utrisque altitudo decora proportione respondet; quod fenestrae sunt liberae, & ad unamquamque partem anni recte dispositae: quî non iucunda haec omnia & digna laudibus? Insuper admiretur aliquis, quod in formoso lacunari nihil superfluum, in ornato nihil, quod reprehendi possit, illa auri decora & commensurata distinctio, nihil habens in usu invidiosum; sed quantum etiam in muliere pudica & pulchra ad formam insigniorem reddendam sufficiat, aut tenue circa collum monile, aut in digito anulus habilis, aut inaures in auribus, aut fibula quaedam, aut cohibens comam fluctuantem taenia, quae tantum addat formae, quantum vesti purpura. At meretrices, praesertim si qua est deformior, & vestem totam purpuream, & collum sibi faciunt aureum,

μεναι τὸ ἐπαγωγὸν, καὶ τὸ ἐνδέον τῷ καλῷ, προσθέσει τοῦ ἔξωθεν τερπνοῦ παραμυθούμεναι. ἡγοῦνται γὰρ καὶ τὴν ὠλένην αὐτῶν στιλπνοτέραν φαίνεσθαι, συναπολάμπουσαν τῷ χρυσῷ, καὶ τοῦ ποδὸς τὸ μὴ εὐπερίγραφον, λήσειν ὑπὸ χρυσῷ σανδάλῳ, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτὸ ἐρασμιώτερον γενήσεσθαι, τῷ φαεινοτάτῳ συνορώμενον. ἀλλ' ἐκεῖναι μὲν οὕτως. ἡ δέ γε σώφρων γυνὴ χρυσῷ μὲν τὰ ἀρκοῦντα, καὶ μόνον τὰ ἀναγκαῖα προσχρῆται, τὸ δ' αὐτῆς κάλλος, οὐκ ἂν αἰσχύνοιτο, οἶμαι, καὶ γυμνὸν δεικνύουσα. Καὶ τοίνυν ἡ τοῦδε τοῦ οἴ- 8
κου ὀροφὴ, μᾶλλον δὲ κεφαλὴ, εὐπρόσωπος μὲν καὶ καθ' ἑαυτὴν, τῷ χρυσῷ δὲ ἐς τοσοῦτον κεκόσμηται, ἐς ὅσον καὶ οὐρανὸς ἐν νυκτὶ ὑπὸ τῶν ἀστέρων ἐκ διαστήματος περιλαμπόμενος, καὶ ἐκ διαλείμματος ἀνθῶν τῷ πυρί. εἰ δέ γε πῦρ ἦν τὸ πᾶν, οὐ καλὸς ἂν, ἀλλὰ φοβερὸς ἡμῖν ἔδοξεν. ἴδοι δ' ἄν τις οὐδ' ἀργὸν ἐνταῦθα τὸν

2 Ἡγοῦν γὰρ καὶ τὴν ὠλένην αὐταῖς στιλπνοτέραν ἔσεσθαι σ. τ. χ. G.

ipso pretio venantes illecebras, & quod pulchritudini deest, extra apponendis, quae aliquam suavitatem habent, solantes. Putant enim, & brachium sibi candidius visum iri, aurum si una refulgeat; & pes quod minus circumscripte formosus est, illud occultatum iri sub aureo sandalio; ipsam faciem visum iri amabiliorem, si una cum eo, quod splendidissimum est, adspiciatur. Atque istae quidem hoc modo. Verum modesta mulier auro, quantum satis est, & ad necessaria tantum utitur: suam vero pulchritudinem neque nudam ostendere erubescat. Igitur lacunar oeci huius, vel caput potius, formosum quidem per se quoque, auro eatenus ornatum est, quatenus etiam coelum noctu a stellis per intervalla collustratum, & ignibus per interstitia quaedam a se remotis floret. Si vero totum esset ignis, non pulchrum nobis, sed terribile videatur. Videat autem hic

χρυσὸν, οὐδὲ μόνου τοῦ τέρποντος εἵνεκα τῷ λοιπῷ κόσμῳ συνεσπαρμένον, ἀλλὰ καὶ αὐγήν τινα ἡδεῖαν ἀπολάμπει, καὶ τὸν οἶκον ὅλον ἐπιχρώννυσι τῷ ἐρυθήματι. ὁπόταν γὰρ τὸ φῶς προσπεσὸν ἐφάψηται, καὶ ἀναμιχθῇ τῷ χρυσῷ, κοινόν τι ἀπαστράπτουσι, καὶ διπλασίαν
9 τοῦ ἐρυθήματος ἐκφαίνουσι τὴν αἰθρίαν. Τὰ μὲν δὴ ὑψηλὰ καὶ κορυφαῖα τοῦ οἴκου τοιάδε, Ὁμήρου τινὸς δεόμενα ἐπαινέτου, ἵνα αὐτὸν ἢ ὑψόροφον, ὡς τὸν Ἑλένης θάλαμον, ἢ αἰγλήεντα, ὡς τὸν Ὄλυμπον, εἴποι. τὸν δὲ ἄλλον κόσμον, καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμματα, καὶ τῶν χρωμάτων τὰ κάλλη, καὶ τὸ ἐναργὲς ἑκάστου, καὶ τὸ ἀκριβὲς, καὶ τὸ ἀληθὲς, ἔαρος ὄψει καὶ λειμῶνι δὲ εὐανθεῖ καλῶς ἂν ἔχοι παραβαλεῖν· πλὴν παρ' ὅσον ἐκεῖνα μὲν ἀπανθεῖ, καὶ μαραίνεται, καὶ ἀλλάττεται, καὶ ἀποβάλλει τὸ κάλλος, τουτὶ δὲ τὸ ἔαρ ἀΐδιον, καὶ ὁ λειμὼν ἀμάραντος, καὶ τὸ ἄνθος ἀθάνατον, ἅτε μόνης τῆς

10 Καὶ τὰ τῶν τοίχων γράμ.) Τὰς γραφάς φησιν, ἤτοι τὰς ζωγραφίας, ὑφ' αἷς ἀνθέων καὶ φυτῶν μιμήματα εἴργασται, καὶ εἴ τι τοιοῦτο ἄλλο. V.

aliquis neque otiosum aurum, neque solius delectationis causa reliquo ornatui adspersum; verum splendore etiam quodam iucundo relucet, totique domui rutilum quendam colorem adiicit. Cum enim incidens lumen attigit aurum, permixtumque illi est, commune quiddam refulgent, ac duplicem ruboris serenitatem reddunt. Excelsa ergo oeci & fastigio proxima talia sunt, Homero quodam laudatore indigentia, qui illam aut alte-fastigiatam, ut Helenae thalamum, aut splendidam, ut Olympum, forte dicturus esset. Ornatum vero reliquum, & picturas parietum, & colorum pulchritudinem, & evidentiam uniuscuiusque, accurationemque, & veritatem, adspectui veris, & prato florido comparare rectum fuerit: nisi quod ista deflorent, marcescuntque, & mutantur, ac pulchritudinem amittunt; hoc vero perpetuum ver, & nunquam marcescens pra-

ὄψεως ἐφαπτομένης, καὶ δρεπομένης τὸ ἡδὺ τῶν δρεπομένων. Τὰ δὴ τοσαῦτα καὶ τοιαῦτα, τίς οὐκ ἂν ἡσθείη 10
βλέπων, ἢ τίς οὐκ ἂν προθυμηθείη καὶ παρὰ τὴν δύναμιν ἐν αὐτοῖς λέγειν, εἰδὼς αἴσχιστον ὂν ἀπολειφθῆναι τῶν ὁρωμένων; ἐπαγωγότατον γάρ τι ἡ ὄψις τῶν καλῶν, οὐκ ἐπ' ἀνθρώπων μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵππος ἥδιον ἂν, οἶμαι, δράμοι κατὰ πρανοῦς πεδίου, καὶ μαλακοῦ, προσηνῶς δεχομένου τὴν βάσιν, καὶ ἠρέμα ὑπείκοντος τῷ ποδὶ, καὶ μὴ ἀντιτυποῦντος τῇ ὁπλῇ. ἅπαντι γοῦν τότε χρῆται τῷ δρόμῳ· καὶ ὅλον ἐπιδοὺς ἑαυτὸν τῷ τάχει, ἁμιλλᾶται καὶ πρὸς τοῦ πεδίου τὸ κάλλος. Ὁ δὲ ταὼς, 11
ἦρος ἀρχομένου, πρὸς λειμῶνά τινα ἐλθὼν, ὁπότε καὶ τὰ ἄνθη πρόεισιν, οὐ ποθεινότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀνθηρότερα, καὶ τὰς βαφὰς καθαρώτερα, τότε καὶ οὗτος ἐκπετάσας τὰ πτερὰ, καὶ ἀναδείξας τῷ ἡλίῳ, καὶ τὴν οὐρὰν ἐπάρας, καὶ πάντοθεν αὐτῷ περιστήσας,

10 Καὶ ὀργίλον ἐπιδοὺς ἑαυτ.) Γραι. καὶ ὀλίγον. G.

tum, & flos aeternus, quem solus attingat visus, & spectaculi illam suavitatem demetat. Haec igitur tanta ac talia quis non cum voluptate videat? aut quis non cupiat, etiam praeter vires, inter haec verba facere? qui sciat, turpissimum esse non paria facere his, quae videmus. Est enim res illecebrarum plena pulchrarum rerum adspectus, non in hominibus modo, sed equus etiam lubentius, puto, decurrat per pronum campum ac mollem, placide accipientem gressus, & molliter pedi cedentem, nec repellentem ungulas. Omnibus enim tum utitur viribus ad currendum, totumque se celeritati impendit, eaque cum campi pulchritudine certat. Ac pavo sub veris initia in campum veniens, cum flores etiam prodeunt non desiderabiliores tantum, verum etiam, ut dicat aliquis, floridiores, coloribusque purioribus; ipse quoque passis pennis ac soli ostensis, elata cauda & in orbem circa se erecta, suos itidem

ἐπιδείκνυται τὰ ἄνθη τὰ αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔαρ τῶν πτερῶν, ὥσπερ αὐτὸν προκαλοῦντος τοῦ λειμῶνος ἐς τὴν ἅμιλλαν. ἐπιστρέφει γοῦν ἑαυτὸν, καὶ περιάγει, καὶ ἐκπομπεύει τῷ κάλλει. ὅτε δὴ καὶ θαυμασιώτερος φαίνεται πρὸς τὴν αὐγὴν, ἀλλαττομένων αὐτῷ τῶν χρωμάτων, καὶ μεταβαινόντων ἠρέμα, καὶ πρὸς ἕτερον εὐμορφίας εἶδος τρεπομένων. πάσχει δὲ αὐτὸ μάλιστα ἐπὶ τῶν κύκλων, οὓς ἐπ' ἄκροις ἔχει τοῖς πτεροῖς, ἴριδός τινος ἕκαστον περιθεούσης. ὃ γὰρ τέως χαλκὸς ἦν, τοῦτο ἐγκλίναντος ὀλίγον, χρυσὸς ὤφθη, καὶ τὸ ὑπὸ τῷ ἡλίῳ κυαναυγὲς, εἰ σκιασθείη, χλοαυγές ἐστιν· οὕτω μετακοσ-
12 μεῖται πρὸς τὸ φῶς ἡ πτέρωσις. Ὅτι μὲν γὰρ καὶ ἡ θάλαττα ἱκανὴ προσκαλέσασθαι, καὶ εἰς ἐπιθυμίαν ἐπισπάσασθαι ἐν γαλήνῃ φανεῖσα, ἴστε, κἂν μὴ εἴπω· ὥστε, εἰ καὶ παντάπασιν ἠπειρώτης καὶ ἀπειρόπλους τις εἴη, πάντως ἂν ἐθελήσειε καὶ αὐτὸς ἐμβῆναι,

flores exponit, ſuarumque ver pennarum, prato velut ad certamen ipſum provocante. Convertit ſe itaque & circumagit, & pulchritudinis ſuae quandam velut pompam agit: ubi ſane admirabilior etiam videtur, mutantibus ſubinde ad lucem coloribus, & ſenſim *in alios* tranſeuntibus, atque in aliam ſe pulchritudinis ſpeciem vertentibus. Maxime hoc illi accidit in illis orbibus, quos in extremis habet pennis, quorum unumquemque velut iris quaedam circuit. Quod enim modo aes erat, hoc, modice illo inclinante, aurum videtur: atque ille caeruleus ad ſolem ſplendor ſi inumbretur, viridem lucem ſpargit: ita alium atque alium ornatum pennae illius ad lucem induunt. Quin ipſum etiam mare habere, quo nos alliciat, & cupidine quadam, cum tranquillum eſt, ad ſe trahat, vel me tacente noſtis; cum etiamſi aliquis plane mediterraneus ſit & navigandi imperitus, tamen & ipſe conſcendere navim velit, & cir-

καὶ περιπλεῦσαι, καὶ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσαι, καὶ μάλιστα εἰ βλέπει τὴν μὲν αὔραν κούφως ἐπουριάζουσαν τὴν ὀθόνην, τὴν δὲ ναῦν προσηνῶς τε καὶ λείως ἐπ' ἄκρων ἠρέμα διολισθαίνουσαν τῶν κυμάτων. Καὶ τοί- 13
νυν καὶ τοῦδε τοῦ οἴκου τὸ κάλλος ἱκανὸν καὶ παρορμῆσαι ἐς λόγους, καὶ λέγοντα ἐπεγεῖραι, καὶ πάντα τρόπον εὐδοκιμῆσαι παρασκευάσαι. ἐγὼ μὲν δὴ τούτοις πείθομαι, καὶ ἤδη πέπεισμαι, καὶ ἐς τὸν οἶκον ἐπὶ λόγοις παρεληλύθα, ὥσπερ ἀπὸ ἴυγγος ἢ Σειρῆνος τῷ κάλλει ἑλκόμενος, ἐλπίδα οὐ μικρὰν ἔχων, εἰ καὶ τέως ἡμῖν ἄμορφοι ἦσαν οἱ λόγοι, καλοὺς αὐτοὺς φανεῖσθαι καθάπερ ἐσθῆτι καλῇ κεκοσμημένους. Ἕτερος δέ τις οὐκ 14
ἀγεννὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναῖος, ὥς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρουε, καὶ διακόπτειν ἐπειρᾶτο τὴν ῥῆσιν. καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιτη-

4 Διολισθάνουσαν τῶν κυμάτων) Ὡς καιναί σου αἱ παραδείξεις, Λουκιανέ; V.

9 Ἀπὸ ἴυγγος) Ex Theocrito: ἴυγξ ἕλκε τὺ τῆνον ἐμὸν ποτὶ δῶμα τὸν ἄνδρα. G.

cumnavigare, & multum discedere de terra, idque inprimis si videat ab aura secunda leniter inflari vela, navim autem blando levique motu per summos labi fluctus. Itaque huius etiam pulchritudo oeci apta est, quae impellat ad dicendum, & dicentem excitet, & plausum illi omni ratione paret. Equidem his ipsis moveor, & iam sum motus, & in oecum dicendi causa ingressus sum, tanquam ab iynge quadam aut Sirene tractus a pulchritudine; spe non parva fretus, etiamsi ad hunc diem informis nostra fuit oratio, pulchram visum iri, velut veste honesta ornatam. Verum enimvero etiam alia non ignava oratio, sed generosa, ut videri vult, cum inter dicendum me interpellavit, & abrumpere dictionem conata est, tum postquam desii, non vera, ait, me dixisse, sed mirari se, si aptiorem

δειότερον εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἴκου κάλλος, γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον. αὐτὸ γάρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. μᾶλλον δέ, εἰ δοκεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ, καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν, εἰπάτω, ὅπῃ λυσιτελέστερον ἡγεῖται τῷ λέγοντι εὐτέλειαν οἴκου, καὶ ἀμορφίαν. ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν. ὁ δὲ παρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι, καὶ πρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεταστήσομαι. Ἄνδρες τοίνυν δικασταὶ, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν προειπὼν ῥήτωρ, πολλὰ καὶ μεγάλα τόνδε τὸν οἶκον ἐπῄνεσε, καὶ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἐκόσμησεν· ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ψόγον αὐτοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ. ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ὑπεναντίως τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δειχθήσεται. καὶ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναικῶν, καὶ κόσμου, καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε,

esse ad edenda eloquentiae specimina dicam pulchritudinem oeci pictura & auro ornatam. Contrarium enim quodammodo evenire. Quin, si videtur, ipsa in medium progressa oratio pro se apud vos, tanquam iudices, dicat, quare commodiorem esse putet dicenti vilitatem loci atque deformitatem. Me quidem orantem iam audistis: ergo non opus est, me bis de eadem re verba facere. Ista vero iam progressa in medium dicat: tacebo interim ego, & paululum illi decedam. Sic igitur oratio: *Qui modo dixit orator, Iudices, multis & magno opere laudavit hunc oecum, suaque illum oratione ornavit. Ego vero tantum abest, ut reprehensionem illius velim dicere, ut etiam praetermissa ab illo additurus mihi videar. Quo enim ille vobis pulchrior videbitur, tanto magis contrarius dicentis usui ostendetur. Ac primum, quandoquidem mulierum, & mundi, & auri mentionem iste fecit, etiam mihi, ut*

καὶ μοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι. Φημὶ γὰρ οὖν καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ, καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγεὶς, ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ χρόαν, ἢ βλέμμα, ἢ δειρὴν, ἢ πῆχυν, ἢ δάκτυλον. ὁ δὲ ταῦτ' ἀφεὶς, ἐς τὴν σαρδὼ, ἢ τὸν σμάραγδον, ἢ τὸν ὅρμον, ἢ τὸ ψέλλιον ἀποβλέπει, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παρορωμένη, διὰ τὸν κόσμον, οὐκ ἀγόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτὴν τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν. Ὅπερ ἀνάγκη, 16
οἶμαι, παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα. λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν, καὶ ἀμαυροῦται, καὶ συναρπάζεται, καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλοι, ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δεικνύοι. τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. καὶ προσέτι γε μὴν καὶ τὴν φω-

ea similitudine utar, permittite. Aio enim ego, pulchris etiam mulieribus non modo nihil ad hoc, ut formosiores videantur, conferre, sed contrarium etiam esse mundum copiosum, cum videntium unusquisque ab auro & lapidibus pretiosis perculsus, pro eo, quod laudare debebat aut colorem, aut oculorum coniectum, aut collum, aut brachium, aut digitum; relictis hisce ad Sardam aut Smaragdum, aut monile, aut armillam respicit; adeo ut illa habeat, quod indigne ferat, se propter mundum praetervideri, non habentibus otium ad eam laudandam spectatoribus, sed obiter tantum ad ipsam respicientibus. Quod quidem necessario etiam accidere arbitror illi, qui inter opera adeo pulchra dicendi facultatem velit ostendere. Delitescit enim, quidquid dicitur in magna vi rerum pulchrarum, & obscuratur, atque una abripitur, quasi lucernam quis magnum in incendium iniiciat, aut formicam in elephanto vel camelo ostendat. Hoc ergo cavendum dicenti. Ad

νὴν αὐτὴν ἐπιταράττεται, ἐν οὕτως εὐφώνῳ καὶ ἠχήεντι οἴκῳ λέγων. ἀντιφθέγγεται γὰρ, καὶ ἀντιφωνεῖ, καὶ ἀντιλέγει, μᾶλλον δὲ ἐπικαλύπτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ δρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοὺς κελευστὰς ἡ θάλατται, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπᾴδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν. ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία, 17 καὶ καταστιωπᾷ τὸ ἧττον. Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα, καὶ προθυμότερον παρασκευάζει ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖ. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει, καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ἐστὶν αἴσχιστον ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φανερώτατος, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδὺς, ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος, εὐμορφίας ἐλάχιστον φρον-

16 Καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος) Εἰς Πάριν Ἀλέξανδρον, ὅς φησιν Ὅμηρος, Ἀλέξανδρον θεοειδῆ, ὁ λόγος φησί. V.

haec vox etiam ipsa confunditur, in vocali adeo & sonoro oeco dicentis. Resonat enim, & reclamat, & contra dicit, aut potius occultat clamorem, quale quid etiam tuba facit tibiae, si una canant, aut celeusma canentibus mare, si per fluctus illum sonum accinere remigio velint. Vincit nimirum sonus magnus, & ad silentium illum, qui minor est, redigit. Quin illud ipsum, quod dicebat adversarius, excitari a pulchro oeco dicentem, & alacriorem reddi, illius, mea quidem sententia, fit contrarium. Percellit enim ac terret, & cogitationem perturbat, facitque timidiorem, dum cogitat, omnium turpissimum esse, si in loco formoso habita non similis ei videatur oratio. Sic enim manifestissime aliquis deprehendatur. Velut si quis armis indutus pulcherrimis deinde fugiat ante alios, cuius nempe ignavia ipsis ab armis fiat apertior. Hoc ipsum perpendens Homericus ille orator videtur minimam curam

τίσαι, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀϊδρεῖ φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῶν παραδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος, ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. ἄλλως τε ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν θέαν, καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν, τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης, καὶ πρὸς αὐτὴν καλούσης, καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτὸν, τῆς ψυχῆς διατριβούσης περὶ τὸν τῶν ὁρωμένων ἔπαινον; Ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ, καὶ πρὸς 18
τὴν ἀκρόασιν παρεληλυθότες, ἐπειδὰν εἰς τὸν τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται. καὶ οὐχ οὕτω Δημοδόκος, ἢ Φήμιος, ἢ Θάμυρις, ἢ Ἀμφίων, ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστὶν, ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας. ἀλλ' οὖν ἕκαστος, ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδὸν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθεὶς, λόγων μὲν ἐκείνων, ἢ ἀκροάσεως, ἀλλ' οὐδὲ τὴν

13 Δημοδόκος, καὶ Φήμ.) Ὀτόματα μουσικῶν τε καὶ μελῳδῶν. G.

habuisse pulchritudinis; potius imperito omnium homini se assimilasse, ut ipsius pulchritudo orationis tanto admirabilior ex ipsa ad illam deformitatem comparatione appareret. Alioqui necesse est, ipsum dicentis animum occupari in spectaculo, & exquisitam illam curam remittere, cum vincat illa species, & ad se vocet, atque attendere ad orationem non patiatur. Quomodo ergo fieri potest, ut non omnino dicat deterius, occupato circa laudem eorum, quae videntur, animo? Omitto dicere, quod ipsi etiam praesentes & ad audiendum assumti, cum intrant in talem oecum, spectatores fiunt pro auditoribus. Neque quisquam ita vel Demodocus est, vel Phemius in dicendo, vel Thamyris, vel Amphion, vel Orpheus adeo, qui abstrahere mentem illorum a spectaculo possit: verum unusquisque transmisso solum limine, conferta illa pulchritudine circumfusus, orationem illam, sive auditionem, nec omni-

ἀρχὴν ἀΐοντι ἔοικεν· ὅλος δὲ πρὸς τοῖς ὁρωμένοις ἐστὶν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὢν, ἢ ἐν νυκτὶ, ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν.

19 Ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι, καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρατεθεὶς, τῷ περὶ τῶν Γοργόνων διδάξειεν ἄν· ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἐκήλουν τοὺς παραπλέοντας, μελῳδοῦσαι, καὶ κολακεύουσαι τοῖς ᾄσμασι, καὶ καταπλεύσαντας ἐπιπολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τινος διατριβῆς· καί που τὶς αὐτὰς καὶ παρέπλευσε, καὶ τοῦ μέλους παρήκουσε. τὸ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος, ἅτε βιαιότατόν τε ὂν, καὶ τοῖς καιριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν, εὐθὺς ἐξίστη τοὺς ἰδόντας, καὶ ἀφώνους ἐποίει· ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται, καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ τοῦ θαύματος. ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ταὼ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω. καὶ γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. καὶ εἴ γέ τις

11 Τῶν Γοργῶν κάλλος) Ὅτι αἱ Γοργόναι κάλλει καὶ εὐμορφίᾳ ἐξιστῶσαι οἱονεὶ ἀπελίθουν τοὺς ἀνθρώπους. V.

no audire videtur; sed totus est in his, quae videntur, nisi quis forte plane caecus sit, aut noctu, ut illud Areopagitarum consilium, audiat: Neque enim satis valere vim verborum, quoties cum visu pugnandum est, Sirenum etiam fabula, cum altera Gorgonum composita, doceat. Nam illae quidem praeternavigantes mulcebant, canendo & adulando carminibus, detinebantque appulsos, & mora omnino quadam opus illarum indigebat. Et aliquando aliquis praeternavigavit, & inaudita praetermisit illorum carmina. At Gorgonum pulchritudo, quae esset violentissima, & ad principes animae partes pertineret, statim videntes extra se rapiebat, faciebatque mutos: ut vero vult fabula, ac dicitur, lapidei prae admiratione facti sunt. Igitur & quae de pavone paulo ante ad vos iste dixit, ea pro me dicta arbitror. Etenim illius quoque quod delectat, in specie inest, non in voce. Et si quis iux-

παραστησάμενος τὴν ἀηδόνα ἢ τὸν κύκνον, ἄδειν κελεύοι, μεταξὺ δὲ ἀδόντων παραδείξειε τὸν ταὼ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ, μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ἄσμασιν. οὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή. Καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, 20 μάρτυρα ὑμῖν παραστήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει, ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ ὁρώμενα. καί μοι σὺ ἤδη, ὁ κήρυξ, προσκάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον τοῦ Λύξου Ἁλικαρνασσόθεν· κἀπειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε, μαρτυρείτω παρελθών. ἀναδέξασθε δὲ αὐτὸν, Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα, ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. Ἀληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν, ἄνδρες δικασταὶ, μυθέεται, καί οἱ πείθεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι, ὄψιν ἀκοῆς προτιμέων. ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. ἀκούετε τοῦ μάρτυρος, ἅ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. τὰ μὲν γὰρ ἔπεα πτερόεντά ἐστι, καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν

ta collocatos hinc luſciniam & cygnum canere iubeat, hinc inter ipſum cantum tacentem oſtendat pavonem; novi ego, tranſituram ad hunc mentem, longum valere iuſſis illorum cantibus: adeo invictum quid eſſe videtur ea, quae per viſum voluptas contingit. Et ego, ſi vultis, teſtem ad vos allegabo virum ſapientem, qui ſtatim teſtimonium mihi perhibebit, multo, quae videntur, his, quae auditu percipiuntur, eſſe validiora. Et mihi tu iam, praeco, huc voca ipſum Herodotum, Lyxi filium, Halicarnaſſo. Et quando, praeclare ille quidem, obſecutus eſt, in medium progreſſus iam dicat teſtimonium. Patiemini autem illum Ionice vobiſcum pro more ſuo loqui: Vera iſta haec oratio apud vos, iudices, loquitur, & credite illi, quae in hanc ſententiam dixerit, viſum eſſe praeferendum auditui: aures enim oculis fere ſunt infideliores. *Auditis teſtem, quae dicat, ut primas tribuat viſui. Merito ſane. Verba enim alata ſunt, & abeunt, & ſimul,*

ἀποπτάμενα· ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις, ἀεὶ παρεστῶσα, καὶ παραμένουσα, πάντως τὸν θεατὴν ὑπάγεται.

21 Πῶς οὖν οὐ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς, οἶκος οὕτω καλὸς, καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ, καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε, πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε· συγγνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε, καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. τῆς γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς, καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ ὠφέλιμον, ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς, καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε, ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε, ὡς οἷόν τε γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ. ἡσθήσεσθε γὰρ, οἶμαι, ἀκούοντες, ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε, καὶ τοῦ ἀντιδίκου προτιμήσαιτε, ὡς καὶ αὐτὸν ἐπιδείξαντα, καὶ διπλασιάσαντα ὑμῖν

dum prodeunt, avolant. Verum delectatio ex his, quae videntur, adstans semper ac manens, subit omnino spectatorem. Qui igitur non validus dicenti adversarius sit oecus adeo pulcher, adeo spectabilis? Quin, quod maximum est, nondum dico. Vos enim ipsi, iudices, dum nos dicimus, lacunar respiciebatis, muros admirabamini, picturas examinabatis, conversi ad singulas. Nec est, quod vos pudeat. Ignoscendum enim, si quid humani vobis acciderit: praesertim in argumentis ita pulchris, ita variis. Ars enim exquisita, & historiae cum antiquitate utilitas, illecebras habent vere, & eruditis spectatoribus indigent. Et ne omnino relictis nobis eo respiciatis, age, quantum eius fieri potest, verbis illa vobis depingam. Delectabimini enim, puto, iis audiendis, quae spectantibus admirationi sunt. Ac forte illo ipso nomine me laudabitis, & adversario praeponetis, ut qui & ipse ostendam oecum, & vo-

τὴν ἡδονήν. τὸ χαλεπὸν δὲ τοῦ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων, καὶ σχημάτων, καὶ τόπου, συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι, Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικὸν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει, καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετὰ μικρὸν γαμήσει, καὶ ἄπεισιν, αὐτὴν ἄγων· πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως· ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου, καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ τὴν μάχην ἄνωθεν ἐκ πέτρας, καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν, καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον· καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις, καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσματι· καὶ ὁ Περσεὺς δὲ τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα· τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει. καὶ τὸ μὲν ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστί· τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται. Ἑξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα, ἕτερον γράμμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους 22 23

luptatem vobis geminem. Difficultatem autem incepti mei videte; qui audeam sine coloribus, & figuris, & loco, tot imagines constituere. Tenuis nempe est verborum pictura. Igitur ad dextram intranti Argolicae fabulae Aethiopicus affectus permixtus est. Perseus cetum interficit, & liberat Andromedan, uxorem paulo post sibi habiturus, abiique illam ducens. Agit hoc obiter in suo ad Gorgonas volatu. In brevi autem tabella multa expressit artifex: pudorem virginis ac metum; inspicit enim pugnam desuper e scopulo: & ausum iuvenis amatorium, & difficilem oppugnatu speciem belluae. Atque haec quidem irruit spinis horrens, ac terribilis rictu: Perseus autem laeva Gorgonem obiicit, dextra ferit gladio; & qua parte vidit Medusam cetus, iam lapis est; qua adhuc vivit, falce caeditur. Deinde post hanc imaginem, alia tabula picta est plena iustitiae, cuius animale exemplum ab Euri-

δοκεῖ μοι λαβεῖν. ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἔγραψαν τὴν εἰκόνα, τὼ νεανία τὼ ἑταίρω, Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης, δοκοῦντε ἤδη τεθνάναι, λαβόντε τὰ βασίλεια, καὶ παρελθόντε, φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον. ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται, καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πρόκειται, καὶ θεραπεία πᾶσα, ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον, οἱ μὲν ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες, ὅπῃ φύγωσι, περιβλέπουσι. σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε, τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον, καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμὼν, ἐμβραδύνοντας δὲ τοὺς νεανίσκους ἐργασάμενος τῷ τοῦ μοιχοῦ
24 φόνῳ. Μετὰ δὲ τοῦτο θεός ἐστιν εὔμορφος, καὶ μειράκιον ὡραῖον, ἐρωτική τις παιδιά· ὁ Βράγχος ἐπὶ πέτρας καθήμενος, ἀνέχει λαγὼν, καὶ προσπαίζει τὰν κύνα. ὁ δὲ πηδησομένῳ ἔοικεν ἐπ' αὐτὸν εἰς τὸ ὕψος· καὶ Ἀπόλλων παρεστὼς μειδιᾷ, τερπόμενος ἀμφοῖν, καὶ τῷ παι-
25 δὶ παίζοντι, καὶ πειρωμένῳ τῷ κυνί. Ἐπὶ δὲ τούτοις ὁ

pide vel Sophocle sumsisse pictor videtur, qui similem & ipsi pinxerunt imaginem: Iuvenes duo sodales, Pylades Phocensis atque Orestes, qui iam putabantur esse mortui, atque sic latentes, in regiam intrant, interficiuntque ambo Aegisthum. Clytaemnestra vero iam occisa in cubili quodam seminuda iacet, ac ministerium omne circumstat, consternati facinore, alii clamant, alii quorsum fugiant, circumspiciunt. Speciose illud commentus est pictor, cum, impium quod fuit in hoc facinore, ostendit modo, & tanquam perpetratum iam praetercucurrit: sed immorantes pinxit iuvenes in caede adulteri. Post haec vero formosus Deus est, & adolescentulus pulcher, lusus quidam amatorius. Branchus in petra sedens, leporem retinet, & alludit cani: hic vero assilientis ad ipsum in altum speciem habet. Atque adstans Apollo subridet, delectatus utroque, & puero ludente, & tentante capturam cane. Post ista

Περσεὺς πάλιν τὰ πρὸ τοῦ κήτους ἐκεῖνα τολμῶν, καὶ
ἡ Μέδουσα τεμνομένη τὴν κεφαλὴν, καὶ Ἀθηνᾶ σκέ-
πουσα τὸν Περσέα· ὁ δὲ τὴν μὲν τόλμαν εἴργασται, τὸ
δὲ ἔργον οὐχ ἑώρακέ πω, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ἀσπίδος, τῆς
Γοργόνος τὴν εἰκόνα, οἶδε γὰρ τὸ πρόστιμον τῆς ἀληθοῦς
ὄψεως. Κατὰ δὲ τὸν μέσον τοῖχον, ἄνω τῆς ἀντίθυρος, 26
Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται, ἡ θεὸς λίθου λευκοῦ, τὸ σχῆ-
μα οὐ πολεμιστήριον, ἀλλ' οἷον ἂν γένοιτο εἰρήνην ἀγού-
σης θεοῦ πολεμικῆς. Εἶτα μετὰ ταύτην ἄλλη Ἀθηνᾶ, 27
οὐ λίθος αὕτη γε, ἀλλὰ γραφὴ πάλιν. Ἥφαιστος αὐ-
τὴν διώκει ἐρῶν, ἡ δὲ φεύγει· κἀκ τῆς διώξεως Ἐριχθό-
νιος γίγνεται. Ταύτῃ ἕπεται παλαιά τις ἄλλη γραφή. 28
Ὠρίων φέρει τὸν Κηδαλίωνα, τυφλὸς ὤν. ὁ δ' αὐτῷ
σημαίνει τὴν πρὸς τὸ φῶς ὁδὸν, ἐποχούμενος. Καὶ ὁ 29
Ἥλιος φανεὶς, ἰᾶται τὴν πήρωσιν, καὶ ὁ Ἥφαιστος
Λημνόθεν ἐπισκοπεῖ τὸ ἔργον. Ὀδυσσεὺς τὸ μετὰ τοῦ- 30
το, δῆθεν μεμηνὼς, ὅτε συστρατεύειν τοῖς Ἀτρείδαις μὴ

6 Τῆς ἀντίθυρος) Ὡς ἀπὸ τῆς εὐθείας ἡ ἀντίθυρ. V.

iterum Perseus, ausus illa, quae ante cetum gesta sunt, & Medusa, cui caput praeciditur, tegensque Perseum Minerva. At ille peregit facinus, ut opus ipse suum non videret, praeterquam Gorgonis in clypeo suo imaginem: noverat nimirum, quanti constaret directo visu illam adspexisse. In medio pariete, superne, e regione ianuae aedicula Minervae facta est. Dea e candido marmore: habitus non bellicus; sed qualis fuerit pacem agente Dea bellica. Tum post hanc Minerva alia, non marmor illa quidem, sed pictura rursus. Persequitur illam Vulcanus amator: illa se subducit, atque ex illa persecutione nascitur Erichthonius. Hanc sequitur vetus quaedam alia pictura. Caecus Orion fert Cedalionem: hic vero insidens illi viam ad lucem monstrat. Oriensque Sol caecitati illius medetur. Ac Vulcanus e Lemno rem inspicit. Ulysses post ista, nempe furens, ut qui expeditionem suscipere

θέλων· πάρεισι δὲ οἱ πρέσβεις ἤδη καλοῦντες. καὶ τὰ μὲν τῆς ὑποκρίσεως, πιθανὰ πάντα, ἡ ἀπήνη, τὸ τῶν ὑπεζευγμένων ἀσύμφωνον, ἄγνοια τῶν δρωμένων· ἐλέγχεται δὲ ὅμως τῷ βρέφει. Παλαμήδης γὰρ ὁ τοῦ Ναυπλίου, συνεὶς τὸ γιγνόμενον, ἁρπάσας τὸν Τηλέμαχον, ἀπειλεῖ φονεύσειν, πρόκωπον ἔχων τὸ ξίφος, καὶ πρὸς τὴν τῆς μανίας ὑπόκρισιν, ὀργὴν καὶ οὗτος ἀνθυποκρίνεται. ὁ δὲ Ὀδυσσεὺς πρὸς τὸν φόβον τοῦτον σωφρονεῖ,
31 καὶ πατὴρ γίγνεται, καὶ λύει τὴν ὑπόκρισιν. Ὑστάτη δὲ ἡ Μήδεια γέγραπται, τῷ ζήλῳ διακαής, τὼ παῖδε ὑποβλέπουσα, καί τι δεινὸν ἐννοοῦσα· ἔχει γοῦν ἤδη τὸ ξίφος, τὼ δ' ἀθλίω καθήστον γελῶντε, μηδὲν τῶν μελλόντων εἰδότε· καὶ ταῦτα ὁρῶντε τὸ ξίφος ἐν ταῖν
32 χεροῖν. Ταῦτα πάντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐχ ὁρᾶτε ὅπως ἀπάγει μὲν τὸν ἀκροατὴν, καὶ πρὸς τὴν θέαν ἀποστρέφει, μόνον δὲ καταλείπει τὸν λέγοντα; καὶ ἔγωγε διεξῆλθον αὐτὰ, οὐχ ἵνα τὸν ἀντίδικον τολμηρὸν ὑπολα-

cum Atridis nolit. Adsunt autem legati iam vocantes. Et simulatio ipsius satis illa quidem probabilis: currus, discrepantia iumentorum, eorum, quae agerentur, ignorantia. At deprehenditur tamen in puero. Palamedes enim, Nauplii filius, intelligens quid ageretur, raptum Telemachum interfecturum se minatur, stricto iam gladio, & adversus furoris simulationem iram & ipse vicissim simulat. At Ulysses ab hoc metu resipiscit, & fit pater, & simulationem solvit. Ultima Medea picta est zelotypia inflammata, pueros duos torvum adspiciens, & dirum quiddam animo agitans. Iam enim habet gladium. At miselli sedent ridentes, futurorum ignari, idque cum in manu videant gladium. Haec omnia, iudices, nonne, ut abducant auditorem, videtis, & ad spectaculum avertant, solumque eum, qui dicit, relinquant? Atque ego ista persecutus sum, non ut adversarium meum, audacem rati ac teme-

βόντες, καὶ θρασὺν, εἰ τοῖς οὕτω δυσκόλοις ἑαυτὸν εἰκὼν φέρων ἐπέβαλε, καταγνῶτε, καὶ μισήσητε, καὶ ἐπὶ τῶν λόγων ἐγκαταλίπητε, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον αὐτῷ συναγωνίσησθε, καὶ ὡς οἷόν τε καταμύοντες, ἀκούητε τῶν λεγομένων, λογιζόμενοι τοῦ πράγματος τὴν δυσχέρειαν. μόλις γὰρ ἂν οὕτω δυνηθείη οὐ δικαστῶν, ἀλλὰ συναγωνιστῶν ὑμῖν χρησάμενος, μὴ παντάπασιν ἀνάξιος τῆς τοῦ οἴκου πολυτελείας νομισθῆναι. εἰ δὲ ὑπὲρ ἀντιδίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὸν οἶκον φιλεῖν, καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

rarium, qui difficilibus adeo rebus volens ipse se ingesserit, damnatum habeatis odio, atque in ipsa oratione destituatis; sed uti potius adiuvetis ipsi certamen, & conniventes, quantum eius fieri potest, verba illius audiatis, perpensa nimirum operis difficultate. Vix enim vel sic potuerit, etiamsi non iudicibus vobis, sed sociis, utatur, non usquequaque indignus magnifico isto oeco putari. Quod vero pro adversario ista peto, nolite mirari: ob amorem enim huius oeci, quisquis est, qui in eo dicit, velim probari.

ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ

1 ΟΝΑΡ τι τοῦτο, λαμπρότατε Κυϊντίλλε, κελευσθεὶς προσφέρω σοι δῶρον, τοὺς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν, καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα· συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων, τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι, σέ τε αὐτὸν, καὶ παῖδας τοὺς σούς· τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ, καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς. καὶ γὰρ καμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ
2 θεός. Σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν, εἰς σύννοιαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τοὺς θεοὺς, ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα προστάσσοντας, κελεύειν τι προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς

5 Συμβαλεῖν) Διακρίναι, νοῆσαι. V.

LONGAEVI.

SOMNIO monitus hoc facere, o Quintille clariſſime, munus ad te defero Longaevos: *ſomnio*, *inquam*, quod olim vidi, cum nomen poneres filio tuo ſecundo, ac narravi amicis. Sed quod coniicere non poſſem, quoſnam Longaevos tibi offerri Deus iuberet: tum quidem vota Diis nuncupavi, ut quam longiſſime & tu vivas, & tui filii; utile id eſſe ratus cum univerſo hominum generi, tum praeter ceteros & ipſi mihi & meis omnibus: etenim mihi quoque bonum quiddam praeſignificare videbatur Deus. Re autem mecum conſiderata, in cogitationem veni, vero eſſe ſimile, Deos, cum viro doctrinae ſtudiis operato haec imperent, iubere, de arte tibi *mea* aliquid ut offe-

τέχνης. ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τήν γε τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν, δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ, καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτο τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διπλοῦν. τὸ μὲν εὐθυμία τις, καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ, καὶ αὐτὸν ἐπιμηκιστον δύνασθαι βιῶναι. τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα, καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι δὲ εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον, σὺν ὑγείᾳ παντελεῖ. Νέστορα 3
μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν συνίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄριστα καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρις ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. πιθανὸν δ' ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον, καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν, ἐπὶ μήκιστον βιῶναι. Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστορεῖται διὰ 4

ram. Hunc igitur auſpicatiſſimum ratus natalitiorum tuorum diem, dono tibi eos, qui ad longam ſenectutem perveniſſe, cum ſana mente & corpore integro, memorantur. Etenim duplex quaedam tibi utilitas ex hoc libello naſcatur: hinc animus alacris, & bona ſpes, fieri poſſe, ut ipſe quoque vivas quam diutiſſime; hinc quaedam *petita* ab exemplis diſciplina, ſi cognoſcas, ut quiſque maxime & corporis ſui & animi curam geſſerit, ita ad longiſſimam ſenectutem, cum valetudine integra, perveniſſe. Itaque Neſtorem, Achivorum ſapientiſſimum, ad tria ſecula extendiſſe *aetatem*, Homerus narrat, quem proponit nobis corpore pariter atque animo exercitatum optime: Tireſiam vero vatem ad ſex uſque ſecula produxiſſe *vitam*, ait Tragoedia. Probabile autem fuerit, virum Diis dicatum, & puriore uſum victu, Tireſiam, vixiſſe longiſſime. Com-

τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων· Ἰνδῶν δὲ, οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν, καὶ θεοῖς ἀνακείμενον, παρά τε Πέρσαις, καὶ Πάρθοις, καὶ Βάκτροις, καὶ Χωρασμίοις, καὶ Ἀρείοις, καὶ Σάκαις, καὶ Μήδοις, καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι, καὶ πολυχρόνιοι, διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον. Ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν, οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ. ὑδροποτεῖν γὰρ φασι τὸ ἔθνος τοῦτο σύμπαν. καὶ Ἀθῶτας δὲ μέχρι τριάκοντα καὶ ἑκατὸν ἐτῶν βιοῦν ἱστόρηται· καὶ τοὺς Χαλδαίους ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιοῦν λόγος. τούτους μὲν καὶ κριθίνῳ

memorantur autem genera quoque hominum integra longaeva propter victus rationem fuisse, ut Aegyptiorum, qui sacri scribae vocantur; Assyriorum autem & Arabum, qui interpretes fabularum; Indorumque, qui vocantur Brachmanes, viri in solidum vacantes philosophiae; & qui dicuntur magi, genus hominum fatidicum & dicatum Diis, apud Persas, & Parthos, & Bactros, Chorasmiosque, & Arios, atque Sacas, & Medos, Barbaros denique multos alios, valentes sunt ac longaevi, cum ob magiae exercitium exquisitiore vivendi ratione ipsi quoque utantur. Iam vero gentes etiam totae diutissime vivunt, ut Seres referunt ad trecentos usque annos vitam proferre, cuius longae senectutis causam alii aëri, terrae alii imputant, alii vero etiam rationi victus: aquam enim bibere universam gentem, aiunt. Athotes etiam ad triginta & centum annos vivere, literis proditum est; & Chaldaeos supra centum an-

ἄρτῳ χρωμένους, ὡς ὀξυδορκίας τοῦτο φάρμακον· οἷς γε φασὶ διὰ τὴν τοιαύτην δίαιταν, καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις ὑπὲρ τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ἐρρωμένας εἶναι. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν περί τε τῶν μακροβίων γενῶν, καὶ τῶν ἐθνῶν, ἃ τινά φασιν ὡς ἐπὶ πλεῖστον διαγίγνεσθαι χρόνον· οἱ μὲν διὰ τὴν γῆν, καὶ τὸν ἀέρα, οἱ δὲ διὰ τὴν δίαιταν, οἱ δὲ καὶ δι' ἄμφω. ἐγὼ δ' ἄν σοι δικαίως τὴν ἐλπίδα ῥαδίως παράσχοιμι, ἱστορήσας ὅτι καὶ κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ κατὰ πάντα ἀέρα, μακρόβιοι γεγόνασιν ἄνδρες, οἱ γυμνασίοις τοῖς καθήκουσι, καὶ διαίτῃ τῇ ἐπιτηδειοτάτῃ πρὸς ὑγίειαν χρώμενοι. Διαιρέσιν δὲ τοῦ λόγου ποιήσομαι τὴν πρώτην κατά γε τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ἀνδρῶν· καὶ πρῶτον γέ σοι τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας ἱστορήσω, ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτῃ μεγάλου θειοτάτου αὐτοκράτορος τύχη εἰς τὴν τελεωτάτην ἀγαγοῦσα τάξιν, εὐηργέτηκε τὰ μέγιστα τὴν οἰκουμένην τὴν ἑαυτοῦ· οὕτω γὰρ ἂν ἀπιδὼν καὶ σὺ,

6

7

nos fertur vivere, hos etiam pane hordeaceo uti, acuti visus remedio: quibus nempe dicant ob talem victum reliquos etiam sensus supra reliquos homines vigere. Sed haec de longaevis & generibus hominum & gentibus, quos longissimo durare tempore aiunt, partim propter terram & aërem, partim propter rationem victus, partim propter utrumque. Aequum autem est, ut facilem tibi spem iniiciam, narrando, in omni solo, in aëre omni, longaevos fuisse viros, exercitationibus convenientibus, & aptissima ad sanitatem victus ratione usos. Distribuam vero orationem primo pro vitae generibus virorum, & initio quidem regii fastigii viros, aut exercituum duces, commemorabo; (quorum uno etiam pia magni augustique Imperatoris nostri Fortuna in supremum ordinem evecto, maximum beneficium suo terrarum orbi tribuit.) Sic enim respiciens tu

τῶν μακροβίων ἀνδρῶν πρὸς τὸ ὅμοιον τῆς ἕξεως καὶ τῆς τύχης, ἑτοιμότερον ἐλπίσειας γῆρας ὑγιεινὸν, καὶ μακρὸν, καὶ ἅμα ζηλώσας, ἐργάσαιο σεαυτῷ τῇ διαίτῃ
8 μέγιστόν τε ἅμα καὶ ὑγιεινότατον βίον. Πομπίλιος Νουμᾶς ὁ εὐδαιμονέστατος τῶν Ῥωμαίων βασιλέων, καὶ μάλιστα περὶ τὴν θεραπείαν τῶν θεῶν ἀσχοληθεὶς, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη βεβιωκέναι ἱστορεῖται. Σέρβιος δὲ Τούλλιος Ῥωμαίων καὶ αὐτὸς βασιλεὺς, ὑπὲρ τὰ ὀγδοήκοντα ἔτη καὶ αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται. Ταρκύνιος δὲ ὁ τελευταῖος Ῥωμαίων βασιλεὺς, φυγαδευθεὶς, καὶ ἐπὶ Κύμης διατρίβων, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται
9 ἀτρρότατα βιῶσαι. Οὗτοι μὲν οὖν Ῥωμαίων βασιλεῖς, οἷς συνάψω καὶ τοὺς λοιποὺς βασιλέας, τοὺς εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικομένους, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα ἑκάστου. ἐπὶ τέλει δέ σοι καὶ τοὺς λοιποὺς Ῥωμαίων, τοὺς εἰς μήκιστον γῆρας ἀφικομένους προσαναγράψω, προσθεὶς ἅμα καὶ τοὺς κατὰ τὴν λοιπὴν Ἰταλίαν ἐπὶ πλεῖ-

9 Αὐτὸς βιώσας ἱστορεῖται) Ἀντὶ τοῦ βιῶσαι. Participium pro infinitivo. *G.*

quoque ad longaevorum similes habitus ac fortunas; senectutem sanam longamque speraveris facilius; simulque aemulatus eos, longissimam pariter atque saluberrimam tibi vitam *eadem servata* victus ratione paraveris. Pompilius Numa, felicissimus Romanorum regum, & maxime circa Deorum cultum occupatus, supra octoginta annos vixisse memoratur. Servius Tullius, rex & ipse Romanorum, supra octoginta itidem vixisse refertur. Tarquinius vero, ultimus Romanorum rex, exsul Cumis cum ageret, ultra nonagesimum annum firmissima valetudine dicitur pervenisse. Hi Romanorum reges, quibus adiungam reliquos etiam reges, longam senectutem adeptos, & uniuscuiusque studia. In fine autem Romanos adscribam reliquos, qui ad longissimam senectutem pervenere, additis etiam

στον βιώσαντας. ἀξιόλογος γὰρ ἔλεγχος ἡ ἱστορία τῶν διαβάλλειν πειρωμένων τὸν ἐνταῦθα ἀέρα, ὥστε καὶ ἡμᾶς χρηστοτέρας ἔχειν τὰς ἐλπίδας, τελείους ἡμῖν τὰς εὐχὰς ἔσεσθαι πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε καὶ λιπαρὸν, τὸν πάσης γῆς καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα. Ἀργανθώνιος μὲν οὖν Ταρτησσίων βασιλεὺς, πεν- 10
τήκοντα καὶ ἑκατὸν ἔτη βιῶναι λέγεται, ὡς Ἡρόδοτος ὁ λογοποιὸς, καὶ ὁ μελοποιὸς Ἀνακρέων· ἀλλὰ τοῦτο μὲν μῦθος τισὶ δοκεῖ. Ἀγαθοκλῆς δὲ ὁ Σικελίας τύραννος, ἐτῶν ἐνενηκοντα πέντε τελευτᾷ, καθάπερ Δημοχάρης καὶ Τίμαιος ἱστοροῦσιν· Ἱέρων δὲ ὁ Συρακουσίων τύραννος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ἐτελεύτα νοσῶν, βασιλεύσας ἑβδομήκοντα ἔτη, ὥσπερ Δημήτριός τε ὁ Καλατιανὸς, καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀντέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς, μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον πο-

qui in reliqua Italia diutissime vixerunt. Digna enim literis ratio refutandi eos, qui istum aërem criminantur, historia. Quo meliorem nos quoque spem habemus, rata futura vota nostra, ut in longissimam & pinguem senectutem perveniat terrae totius atque maris dominus, qui iam senex suum terrarum orbem regit. Arganthonius ergo, Tartessiorum rex, quinquaginta & centum annos vixisse dicitur, ut volunt Herodotus historicus, & poëta Anacreon. Verum ista quibusdam videtur fabula. Agathocles autem, Siciliae tyrannus, *cum esset* annorum quinque & nonaginta, mortuus est, sicut Demochares ac Timaeus tradunt. Hiero, Syracusanorum tyrannus, duo & nonaginta annos natus morbo finiit vitam, cum septuaginta annos regnasset, ut Calatianus Demetrius & alii perhibent. Anteas, Scytharum rex, pugnans contra Philippum circa

ταμὸν, ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς, ἐφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ, εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι
11 Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος, βασιλεύων Μακεδόνων, περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ, τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν, ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ, ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ, υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. ὁμοίως δὲ καὶ Ἀν-

9 Ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη) Τελεῖ εἰς τοὺς Ἕλληνας, ἀντὶ τοῦ Ἕλλην ἐστί. τελεῖ εἰς τοὺς ἄνδρας, ἀντὶ τοῦ ἀνήρ ἐστι. τελεῖ δὲ εἰς ἐνενήκοντα ἔτη, ἀντὶ τοῦ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐστι. οὕτως γάρ φασιν οἱ Ἀττικοί. V.

Istrum flumen cecidit, supra nonaginta annos natus. Bardylis, rex Illyriorum, ex equo dicitur pugnasse in bello contra Philippum, annos natus nonaginta. Teres, Odrysarum rex, ut refert Theopompus, duorum & nonaginta annorum *cum esset*, obiit. Antigonus, Philippi filius, Cocles, rex Macedonum, in Phrygia pugnans cum Seleuco & Lysimacho, vulneribus multis confectus cecidit, annorum cum esset unius & octoginta, ut narrat, qui expeditionis illius socius fuit, Hieronymus. Etiam Lysimachus, Macedonum rex, in proelio contra Seleucum periit, annum agens octogesimum, ut idem ait Hieronymus. Antigonus, filius Demetrii, Antigoni Cocitis nepos, quatuor & quadraginta annos imperavit Macedonibus, vixit autem octoginta, ut Medius refert, & scriptores alii. Sic etiam Antipater, Io-

πάτρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς, καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας, ὑπὲρ ὀγδοήκοντα ἔτη οὗτος ζήσας, ἐτελεύτα τὸν βίον. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου, ὁ τῶν καθ' ἑαυτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων, Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δυοῖν ἐτοῖν τῆς τελευτῆς τῷ Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν. ἀδελφῶν δὲ Φιλέταιρος, πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν, καὶ κατέσχεν, εὐνοῦχος ὤν. κατέστρεψε δὲ τὸν βίον, ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκηπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον. Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντου βασιλεὺς, ὁ προσαγορευθεὶς Κτίστης, Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη τέσσαρα καὶ ὀγδοήκον- 12 13

10 Κατέστρεψε) Ἐτελεύτησε. V.

lai filius, potentissimus vir, aliquot Macedoniae regum tutor, cum supra octoginta annos vixisset, vitam finiit. Ptolemaeus Lagi, regum suae aetatis feliciffimus, Aegypti regnum tenuit ad quartum & octogesimum vitae annum: idque duobus ante mortem annis tradidit Ptolemaeo filio, qui Philadelphi cognomen habuit, qui *solus* fratrum in paterno regno successit. Philetaerus, eunuchus, primus Pergami imperium peperit pariter ac tenuit, annos natus octoginta vitam cum morte commutavit. Attalus is, qui Philadelphi cognomen habuit, Pergamenorum & ipse rex, ad quem etiam Scipio ille dux Romanus venit, annorum octoginta duorum cum esset, e vita discessit. Mithridates, Ponti rex, cognomine Conditor, Antigonum Coclitem fugiens in Ponto mortuus est, cum vixisset quatuor & octo-

τα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ, καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς, δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περ-
14 δίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς, ἀνεσκολοπίσθη. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς, ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὄροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας, συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων· μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι, ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασά-
15 μενος, ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον. Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις ἐτελεύτησε νοσῶν, ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος· ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, τεσσάρων

ginta annos, ut refert Hieronymus, & ſcriptores alii. Ariarathes, Cappadocum rex, duo & octoginta vixit annos, ut narrat Hieronymus. Poterat forte diutius ſuperſtes eſſe: ſed captus in proelio contra Perdiccam, & in crucem actus eſt. Cyrus, Perſarum rex, antiquus ille, ut indicant Perſarum atque Aſſyriorum cippi, quibus etiam Oneſicritus, vitae Alexandri ſcriptor, conſentire videtur, centum annorum cum eſſet, amicorum unumquemque requiſivit. Comperto autem, pleroſque interfectos a Cambyſe filio ſuo, qui ipſius ſe imperio feciſſe diceret, contriſtatus partim, quod male audiret propter crudelitatem filii, partim, quod facinora ipſius coarguiſſet, vitam finiit. Artaxerxes, Memorioſi cognomine notus, contra quem Cyrus frater expeditionem moverat, regnans in Perſis, morbo finiit annos natus ſex & octoginta: ut vero Dino pro-

καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης, ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὃν Φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐπιβουλῇ τὰδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη. Σιναρθοκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς, ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς, ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς, βασιλεύειν ἤρξατο, καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λούκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ. Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος, καὶ τῶν κατ' Ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας ἐτελεύτησε. Τήραιος δὲ ὁ μετὰ Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας, δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς, ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ Τήραιον ἕβδομος βασιλεύσας Χάρακος, ἐξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν καταχθεὶς ἀπὸ Πάρθων ἐβασίλευσε. καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων ἐξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη. Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρου- 16 17

15 Καταχθεὶς) Ξενοδοχηθείς. V. Καταπλεύσας. C.

didit, quatuor & nonaginta. Artaxerxes, Persarum rex alius, quem patrum suorum aetate regnasse dicit Isidorus Characenus historicus, tres & nonaginta annos cum vixisset, insidiis fratris sui Gosithris periit. Sinarthocles, Parthorum rex, annum iam agens octogesimum, ab Sacauracis Scythis reductus, regnare coepit, regnavitque annos septem. Tigranes, Armeniorum rex, quicum Lucullus bellum gessit, quinque & octoginta annos natus fuit, cum morbo decederet. Hyspasines, Characis, & locorum Erythraeo mari vicinorum rex, quinto & octogesimo anno ex morbo decessit. Teraeus, tertius ab Hyspasine rex, duo & nonaginta annos cum vixisset, morbo finiit. Artabazus, a Teraeo septimus, qui Charace regnavit, sexto & octogesimo anno deductus a Parthis, regnum tenuit. Et Mnascires, rex Parthorum, sex & nonaginta annis vixit. Massinissa, Mauro-

σίων βασιλεὺς, ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἄσανδρος δὲ ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ ἀντὶ ἐθνάρχου, βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου, περὶ ἔτη ὧν ἐνενήκοντα, ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη· ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προστιθεμένους, ἀποσχόμενος σιτίων, ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας Ὁμανῶν τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας, πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν, ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ
18 πρὸ ἡμῶν. Ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι, καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως καὶ οὗτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψωμεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς τεσσάρων καὶ ἑκατὸν, ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ

rum rex, nonaginta annos implevit. Asander ille, qui a divo Augusto pro Ethnarcha rex Bosfori renuntiatus fuerat, circa annum nonagesimum nullo neque equite neque milite deterior visus est. Cum vero videret, suos cives ad Scribonii se partes conferre, inedia de vita exiit, quam ad tres & nonaginta annos produxerat. Goaesus, auctore Isidoro Characeno, ipsius aequali, Omanorum in turifera regione rex, quindecim supra centum annos cum haberet, e morbo obiit. Tot reges longaevos nobis tradiderunt, qui ante nos scripsere. Quando vero etiam philosophi, & omnino literarum cultores, qui curam & ipsi sui ipsorum *exquisitiorem* habent, ad longam senectutem pervenere; scribamus etiam de his, quotquot in literarum monumenta relati sunt, & primos quidem philosophos. Democritus Abderitanus, annos natus quatuor supra centum, abstinens a cibo vitam finiit. Xenophilus musicus, emi-

μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ, ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ, καὶ Θαλῆς, καὶ Πιττακὸς, οἵ τινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχη- 19
γὸς, ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα, ὅν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ προσπταίσαντα, ἀναφθέγξασθαι, τί με βοᾷς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε, καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς, τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς, καὶ διάδοχος, ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γέγονὼς ἔτη, φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους, καὶ ἀποκαρτερῶν, ἐπελθόντων αὐτῷ παρ᾽ ἑταίρων τινῶν γραμμάτων, προσενεγκάμενος τροφὴν, καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ 20
τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς, ἐβίωσεν ἔτη ἐν καὶ ἐνενήκοντα.

11 Φῦμα) Ὑυδράκιον, ψῆρα. *ibid.* Καὶ ἀποκαρτερῶν) Ἑαυτὸν λιμῷ ἢ ἀγχόνῃ ἐξάγων. V.

V.

nens, ut ait Aristoxenus, philosophia Pythagorae, supra quinque & centum annos Athenis vixit. Solon, & Thales, & Pittacus, qui de septem illis, qui sapientes vocantur, fuere, centum quisque annos vixerunt. Zeno, Stoicae philosophiae princeps, octo & nonaginta: quem aiunt, cum in concionem prodiret, & *lapsus* offenderet, exclamasse, *Quid me vocas?* [o terra!] reversumque domum, inedia vitam finiisse. Cleanthes autem, discipulus Zenonis & successor, novem & nonaginta annos natus, tuber in labio nactus est, iam suscepto moriendi consilio, cum supervenirent ipsi a sodalibus quibusdam literae, cibo assumto perfecit, quae rogaverant amici, tum denuo a cibis se abstinens de vita exiit. Xenophanes, Dexini filius, Archelai Physici discipulus, annos vixit nonaginta unum. Xenocra-

Ξενοκράτης δὲ Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα· Καρνεάδης δὲ ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημίας ἀρχηγὸς, ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. Χρύσιππος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος, Στωϊκὸς φιλόσοφος, ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα. Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα, καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς, ὑπὲρ δύο καὶ
21 ὀγδοήκοντα. Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος, ἓν καὶ ὀγδοήκοντα. Ἀθηνόδωρος, Σάνδωνος, Ταρσεὺς, Στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος Σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς, ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι, καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κάτ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ, διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ξενοφῶν δὲ
22 ὁ Γρύλλου, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Οὗτοι μὲν

4 Ὁ Σελευκεὺς) Ἐστὶ γὰρ Σελεύκεια καὶ ἐπὶ Τίγριδι τῷ ποταμῷ. V.

tes, Platonis auditor, quatuor & octoginta: Carneades, iunioris Academiae princeps, annos quinque & octoginta: Chrysippus unum & octoginta: Diogenes Seleuciensis ad Tigrim, Stoicus philosophus, octo & octoginta: Posidonius Apameensis Syriae, lege autem Rhodius, philosophus, & idem historicus, quatuor & octoginta: Critolaus Peripateticus, supra duos & octoginta. Plato divinus, unum & octoginta. Athenodorus, Sandonis filius, Tarsensis, Stoicus, qui divi quoque Caesaris Augusti praeceptor fuit, a quo etiam tributis levata est Tarsensium civitas, duo & octoginta annos natus in patria mortuus est, cui honorem quotannis habet Tarsensium populus, tanquam Heroi. Nestor Stoicus e Tarso, Caesaris Tiberii praeceptor, annos duo & nonaginta: Xenophon, Grylli filius, supra nonaginta vixit an-

φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν, ἑκατὸν εἰκοσιτεσσάρων ἐτῶν ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ ἐν πολέμοις γενόμενος, καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας καὶ τραύματα, ἔζησεν ἔτη τέσσαρα καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐννάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα, ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις, καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος, ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. καὶ Φερεκύδης ὁ Σύρος, ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενείτης, ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασανδρεὺς, ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι· τὴν ἱστορίαν δὲ τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα, Μεγαλοπολίτης, ἀγρόθεν ἀνελθὼν, ἀφ' ἵππου κατέ-

nos. Hi philosophi nobiles. Inter historicos Ctesibius centum viginti quatuor annos natus in Peripato obiit, ut auctor est in Chronicis Apollodorus. Hieronymus, in bellis versatus, multos labores perpessus & vulnera, annos vixit quatuor supra centum, ut ait Agatharchides nona historiarum Asiae, atque admiratur virum, qui ad ultimum vitae diem aptus fuerit consuetudini hominum, nec in ullius sensus usu aut sanitate quidquam desideraverit. Hellanicus Lesbius octoginta & quinque, & Pherecydes Syrus similiter octoginta & quinque. Timaeus Tauromenites sex & nonaginta. Aristobulus Cassandrinus supra nonaginta annos dicitur vixisse; historiam autem quatuor & octoginta annos natus coepit scribere, ut ipse refert in principio operis. Polybius, Lycortae filius, Megalopolitanus, rure rediens ex equo cecidit, unde morbum nactus diem

πεσε, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας, ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα· Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς, διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος, ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα. Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὅν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ. τροφῆς δὲ ἀποσχόμενος, ἐτελεύτησεν· ὃν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως, καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν, εἰπεῖν, διὰ τὰ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. Ἰσοκράτης ἐνενήκοντα καὶ ἓξ ἐτῶν γεγονὼς, τὸν πανηγυρικὸν ἔγραφε λόγον· περὶ ἔτη δὲ ἑνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν γεγονὼς, ὡς ἤσθετο Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος, τὸν Εὐριπίδειον στίχον προσηνέγκατο, εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων,

23

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών·

καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσει ἡ Ἑλλὰς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ, θεοῦ Καίσαρος

12 Ποτνιώμενος] Ἀνιώμενος, ποτνιῶμαι τὸ δυσφορῶ, καὶ τὸ μετὰ δεινοπαθήσεως ἱκετεύω. V.

obiit, annorum cum esset duorum & octoginta. Hypsicrates, Amisenus scriptor, multiplici doctrina eruditus, *vixit* annos duo & nonaginta. Inter oratores Gorgias, quem Sophistam quidam nominant, annos octo & centum. Abstinentia vero cibi finiit: quem aiunt interrogatum de causa longae senectutis, & omnibus sensibus sanae, respondisse, quod nunquam ab aliorum se conviviis passus sit auferri. Isocrates, sex & nonaginta annorum cum esset, Panegyricam orationem scripsit: circa annum vero undecentesimum, audito, Athenienses a Philippo pugna ad Chaeroneam victos, lamentabili voce Euripidis versiculum protulit, quem ad se referebat,

Quondam Sidonis urbe Cadmus excitus:

cumque subiecisset, serviturum esse Graeciam, e vita discessit. Apollodorus Pergamenus, rhetor, Augusti Caesaris

Σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος, καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν, ἔζησε ταὐτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ, ἔτη ἐνενήκοντα. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν, ἀπεπνίγη, πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος, ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος, ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει· ὡς τοὺς δικαστὰς, τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην, καὶ νικήσας, μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς, ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς, κατέκειτο μὲν ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν· θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα, ὥρμησε μὲν εἰς

24 Πόμπ. τ. γ. α. δ. γ.

25 Φιλήμων Ῥωμαϊκ. de ann. Attic. ολιγ. μ. γ. ιγ.

praeceptor, qui cum Athenodoro Tarsensi philosopho illum instituerat, sicut Athenodorus annos vixit octoginta duos; Potamo rhetor non ignobilis annos nonaginta. Sophocles, Tragicus poëta, glutito uvae acino suffocatus est, quinque & nonaginta annos cum vixisset. Hic ab Iophonte filio sub finem vitae accusatus dementiae, recitavit iudicibus Oedipum in Colono, ostendens illa fabula, quam sibi mente constaret, adeo ut indices ipsum quidem vehementer admirarentur, filii autem furorem damnarent. Cratinus, Comicus poëta, septem supra nonaginta annis vixit, cumque versus finem vitae Pytinen docuisset, vicissetque, non ita multo post obiit. Etiam Philemon Comicus, non minus, quam Cratinus, septem & nonaginta annos natus, decumbebat quiescens in lectulo. Cum vero videret asinum paratas sibi ficus devorantem, in cachinnos effundi-

γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην, καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν, ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανε. καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς, καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ
26 ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς, ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα. καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς, ταὐτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κεῖος, ὑ-
27 πὲρ τὰ ἐνενήκοντα. Γραμματικῶν δὲ, Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικὸν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὠνομάσειε, καὶ φιλόσοφον, καὶ γεω-
28 μέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη. Καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων, πέντε καὶ
29 ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας, καὶ πεπαιδευμένους, ἀθροῖσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην καὶ Ῥωμαίων τινὰς, καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, τούτους σοι, θεῶν βουλομένων, ἱερώτατε Κυϊντίλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

tur; vocatoque ſervo cum multo *itidem* confertoque riſu imperat, ut aſino etiam merum ſorbendum addat: atque ipſum per riſum intercluſo ſpiritu moritur. Etiam Epicharmus Comicus ſeptem & nonaginta annos dicitur vixiſſe. Anacreon, canticorum poëta, vixit annos quinque & octoginta, & Steſichorus melicus totidem: Simonides autem Ceus ſupra nonaginta. Inter Grammaticos Eratoſthenes, Aglai filius, Cyrenaeus, quem non Grammaticum ſolum, ſed etiam Poëtam aliquis nominaverit, & Philoſophum, & Geometram; duo & octoginta hic vixit annos. Lycurgus, Lacedaemoniorum legislator, quinque & octoginta annos vixiſſe narratur. Tot potuimus reges & eruditos homines colligere. Cum vero promiſerim etiam Romanorum quoſdam, & Italicorum longaevorum referre, eos tibi, Diis volentibus, Quintille ſanctiſſime, alio libello indicabimus.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

Ὅτι μὲν οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος φθάνει προτε- 1
θρυλλημένον. ἆρ' οὖν ἥδιον μὲν οὐδὲν, σεμνότερον δέ τι
καὶ θειότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομί-
ζουσιν ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία, καὶ διδάσκαλος
γεννησαμένη, καὶ ἀναθρεψαμένη, καὶ παιδευσαμένη.
πόλεων μὲν οὖν μεγέθη, καὶ λαμπρότητας, καὶ πολυ-
τελείας κατασκευῶν, θαυμάζουσι πολλοὶ, πατρίδας δὲ
στέργουσι πάντες· καὶ τοσοῦτον οὐδεὶς ἐξηπατήθη τῶν
καὶ πάνυ κεκρατημένων ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν θέαν ἡδονῆς,
ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν παρ' ἄλλοις θαυμάτων λή-
θην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος. Ὅστις μὲν οὖν σεμνύνε- 2
ται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ

2 Ὅτι μὲν οὐδὲν) Τὸ παρὸν ἀναπόδοτον ὂν ἐσφάλθαι δοκεῖ. G.

Errat. Nam est pleonasm. notus. V. ad *Musc. Enc.* c. 1. *Reitz.*

PATRIAE ENCOMIUM.

Sua cuique patria nihil esse dulcius, olim illud quidem tritum est. Numquid autem dulcius quidem nihil, sed *tamen* augustius aliud quid est ac divinius? Quin quaecunque augusta & divina putant homines, eorum causa & magistra patria est, quae genuerit ea, nutriverit, instituerit. Itaque magnitudines urbium & claritates, & sumtus aedificiorum, multi admirantur, patrias vero amant universi. Atque in tantum se errorem abduci nemo passus est eorum etiam, qui valde spectaculorum voluptatibus deliniuntur, ut propter excellentiam spectaculorum apud alios, suae patriae oblivionem caperet. Ac si quis beatae se civitatis civem esse gloriatur, ille, quis honos haben-

τίνα χρὴ τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πατρίδι· καὶ ὁ τοιοῦτος, δῆλός ἐστιν ἀχθόμενος ἂν, εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. ἐμοὶ δὲ ἥδιον αὐτὸ τιμᾶν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα. πόλεις μὲν γὰρ παραβαλεῖν πειρωμένῳ, προσήκει μέγεθος ἐξετάζειν, καὶ κάλλος, καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀφθονίαν. ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπροτέραν, ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' εὔξαιτο μὲν ἂν εἶναι καὶ τὴν πατρίδα ταῖς εὐδαίμοσι παραπλησίαν,
3 ἕλοιτο δ' ἂν τὴν ὁποιανοῦν. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων πράττουσι, καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων. οὔτε γὰρ νέος καλὸς κἀγαθὸς, ἄλλον ἂν προτιμήσαι τοῦ πατρὸς, οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς, ἕτερον ἂν στέρξαι νέον, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικώμενοι, προσνέμουσι τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι, καὶ μέγιστοι, καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. ὅστις δὲ μὴ τοιοῦτός ἐστι δι-

dus ſit patriae, ignorare mihi videtur; manifeſtumque eſt; aegre fuiſſe laturum, ſi mediocrem magis patriam ſortitus eſſet. At mihi ipſum nomen honorare patriae dulcius eſt. Ipſas enim comparare urbes ſi quis velit, conveniens eſt, ut magnitudinem exigat, & pulchritudinem, & rerum venalium abundantiam: at de optione urbium ubi agitur, nemo ſane, relicta ſua patria, ſplendidiorem elegerit: ſed optaverit ille quidem eſſe ſuam patriam beatis illis proximam; ceterum ipſam, qualiſcunque demum ſit, praetulerit. Idem nempe liberi faciunt, ſi ſunt iuſti, ac boni parentes. Neque enim honeſtus bonuſque iuvenis alium quemcunque patri praetulerit; neque, ſuo neglecto filio, pater iuvenem alium complectatur. Sed tantum *amore* victi patres ex ſe natis tribuunt, ut & pulcherrimi, & maximi, & rebus omnibus ornatiſſimi, ſui illis liberi videantur. Si quis vero talis non eſt filii ſui iudex, ille non patris mi-

καστὴς πρὸς τὸν υἱὸν, οὐ δοκεῖ μοι πατρὸς ὀφθαλμοὺς
ἔχειν. Πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα, πρῶτον, καὶ οἰκειότατον 4
πάντων· οὐδὲν γὰρ ὅ, τι τοῦ πατρὸς οἰκειότερον. εἰ δέ τις
ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ καὶ ὁ νό-
μος, καὶ ἡ φύσις κελεύει, προσηκόντως ἂν τὴν πατρίδα
προτιμήσαι. καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς τῆς πατρίδος κτῆ-
μα, καὶ ὁ τοῦ πατρὸς πατὴρ, καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι
πάντες ἀνωτέρω, καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων πρόεισιν ἀνα-
βιβαζόμενον τὸ ὄνομα. Χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρίσι, καὶ 5
πάντα μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐφορῶσι τὰ τῶν ἀνθρώπων, αὐτῶν
ἡγούμενοι κτήματα πᾶσαν γῆν, καὶ θάλασσαν· ἐφ'
ἧς δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο, προτιμᾷ τῶν ἄλλων ἁπα-
σῶν πόλεων. καὶ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες, καὶ
νῆσοι θειότεραι, παρ' αἷς ὑμνεῖται γένεσις θεῶν. ἱερὰ
γοῦν κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν
εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. εἰ

hi oculos videtur habere. Ergo nomen patriae primum omnium & familiariſſimum: neque enim patre quidquam familiarius. Si quis vero iuſtum ſuo patri honorem habet, quod lex pariter ac natura praecipit, convenienter ille patriam praetulerit: quando ipſe quoque pater res patriae eſt, & patris pater, & qui propter hoſce ad nos pertinent ſurſum omnes: atque ad patrios uſque Deos retro aſcendens illud nomen progreditur. Gaudent ipſi quoque *ſuis* Dii patriis, & cum omnia inſpiciant humana, ut credere fas eſt, qui ſuae ditionis & terram & mare eſſe arbitrentur; tum in qua quiſque illorum natus eſt, eam urbibus praefert aliis omnibus. *Itaque* & urbes auguſtiores, quae Deorum patriae ſunt, & diviniores inſulae, in quibus natales celebrantur Deorum. Sacra quippe ea demum grata Diis putantur, quae in domeſtica illis loca delatus

δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐκ ἀνθρώ-
6 ποις πολύ γε μᾶλλον; Καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον
ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος· ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ
καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον,
διὰ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν· καὶ φωνῆς ἐνταῦθα
ἤρξατο, ἐπιχώρια πρῶτα λαλεῖν μανθάνων, καὶ θεοὺς
ἐγνώρισεν. εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας
δεηθῆναι πρὸς τὴν τῶν μειζόνων παιδείαν, ἀλλ' οὖν ἐχέ-
τω καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τῇ πατρίδι τὴν χάριν·
οὐ γὰρ ἂν ἐγνώρισεν οὐδὲ πόλεως ὄνομα, μὴ διὰ τῆς πα-
7 τρίδος, πόλιν εἶναι μαθών. Πάντα δὲ, οἶμαι, παιδεύ-
ματα καὶ μαθήματα συλλέγουσιν ἄνθρωποι, χρησιμω-
τέρους αὐτοὺς ἀπὸ τούτων ταῖς πατρίσι παρασκευάζον-
τες. κτῶνται δὲ καὶ χρήματα, φιλοτιμίας ἕνεκεν τῆς εἰς
τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. καὶ εἰκότως, οἶμαι·
δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόν-

quisque peregerit. Si vero Diis carum est nomen patriae, quidni multo magis hominibus? Etenim vidit solem primum e sua quisque patria: ut hic quoque Deus, licet communis sit, patrius ille tamen unicuique videatur ideo, quod primum ex illo *sibi* loco conspectus sit. Et vocem mittere ibi auspicatus est, patria loqui lingua cum disceret, & Deos agnovit. Talem vero si quis patriam sortitus est, ut alia quoque ad maiorum rerum institutionem opus habuerit; habeat ille sane huius etiam institutionis patriae gratiam. Neque enim vel nomen illius *alterius* urbis scivisset, nisi patriae beneficio, urbem *eiusmodi* esse, didicisset. Ceterum eruditionem, puto, doctrinamque omnem colligunt homines, ut ea se utiliores praestent *suis quique* patriis. Opes sibi parant iidem ambitione quadam ad publicas patriae impensas. Idque merito, arbitror. Oportet enim non ingratos esse, qui maximis affecti sunt beneficiis.

τας εὐεργεσιῶν. ἀλλ' εἰ καὶ τοῖς καθ' ἕνα τις ἀποκέμοι χάριν, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, ἐπειδὰν εὖ πάθῃ πρὸς τινὸς, πολὺ μᾶλλον προσήκει τὴν πατρίδα τοῖς καθήκουσιν ἀμείβεσθαι. κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι παρὰ ταῖς πόλεσι· κοινὴν δὲ προσήκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν, καὶ χαριστήρια τροφῶν ἀποδιδόναι, καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως. Ὤφθη δὲ οὐδεὶς οὕτως 8
ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει γενόμενος, ἀμελεῖν. ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις, συνεχῶς ἀνακαλοῦσιν ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρίς· οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, ἂν καὶ τὰ ἄλλα εὖ πράττωσι, τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον ἐνδεῖν νομίζουσι, τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν. ὄνειδος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας· καὶ τοὺς κατὰ τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροὺς γενομένους, ἢ διὰ χρημάτων κτῆσιν, ἢ διὰ τιμῆς δόξαν, ἢ διὰ παιδείας μαρτυρίαν, ἢ δι' ἀνδρίας ἔπαι-

Verum si quis singulis etiam gratiam, prout iustum est, refert obligatus beneficio, multo magis patriae rependere iusta convenit. Etenim malae tractationis parentum leges sunt in civitatibus: communem autem parentem putare patriam convenit, & praemia pro alimentis, ipsaque adeo legum cognitione, rependere. Visus autem est nemo adeo immemor patriae, qui in alia civitate constitutus illius curam abiiciat. Sed cum ii, quibus adversa in peregrinatione obveniunt, perpetuo in animum revocent, maximum bonorum esse patriam, tum quibus secunda sunt omnia, quantumvis reliquis rebus felices, tamen hoc sibi maximum putant deesse, quod patriam non inhabitant, sed peregrinantur. Ipsa enim crimen *habet* peregrinitas. Ac videre licet ipsos, qui peregrinationis suae tempore, vel bonorum possessione, vel honorum gloria, vel eruditionis testimonio, vel laude fortitudinis, illustrati sunt, in patriam

νον, ἔστιν ἰδεῖν ἐς τὴν πατρίδα πάντας ἐπειγομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ἐπιδειξομένους τὰ αὐτῶν καλά. καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳπερ ἂν φαίνηται μειζόνων παρ'
9 ἄλλοις ἠξιωμένος. Ποθεινὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς. τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν, ὅσῳ πλέον τοῦ φρονεῖν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος. ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων, καὶ σπεύδει καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ἐπὶ τῆς πατρίδος, ἵν', ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὸ σῶμα παρακατάθηται τῇ θρεψαμένῃ χῇ, καὶ τῶν πατρῴων κοινωνήσῃ τάφων. δεινὸν γὰρ ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἀλίσκεσθαι,
10 καὶ μετὰ θάνατον ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ. Ὅσον δὲ τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις, μάθοι τις ἐκ τῶν αὐτοχθόνων. οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες, καθάπερ νόθοι, ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταναστάσεις, τὸ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰ-

tamen festinare omnes; ut qui inter meliores sua ostendere bona non possint. Ac tanto magis festinat unusquisque ad suam complectendam patriam, quo maioribus rebus dignati ipsum sunt alii. Igitur iunoribus etiam amabilis est patria. His vero, qui pervenere ad senectutem, quanto maior quam iuvenibus prudentiae portio obtigit, tanto etiam vehementius inest patriae desiderium. Senum enim unusquisque in patria finire vitam & studet, & optat, ut, unde coepit vivere, ibi rursus & altrici terrae corpus commendet, & maiorum suorum monumentis inferatur. Durum enim unicuique videtur, peregrinitatis damnari in terra aliena iacenti. Quantum porro benevolentiae in patriam germanis vere civibus insit, ex indigenis aliquis intelligat. Nam advenae, velut spurii, migrationes facile suscipiunt, qui neque intelligant nomen patriae, neque ament; sed,

δότες, μήτε στέργοντες· ἡγούμενοι δ' ἀπανταχῇ τῶν ἐπιτηδείων εὐπορήσειν, μέτρον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι. οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι τὴν γῆν, ἐφ' ἧς ἐγένοντο, καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, κἂν τραχεῖαν, καὶ λεπτόγεων· κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, τῶν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων. ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέρους σεμνυνομένους, πεδίοις ἀνειμένοις, καὶ λειμῶσι φυτοῖς παντοδαποῖς διειλημμένοις, καὶ αὐτοὶ τῶν τῆς πατρίδος ἐγκωμίων οὐκ ἐπιλανθάνονται· τὴν δὲ ἱππότρόφον ὑπερορῶντες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦσι. Καὶ σπεύδει τις ἐς τὴν πατρίδα, κἂν νησιώτης ἦ· κἂν παρ' ἄλλοις εὐδαιμονεῖν δύνηται, καὶ διδομένην ἀθανασίαν οὐ προσήσεται, προτιμῶν τὸν ἐπὶ τῆς πατρίδος τάφον· καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός. Οὕτω δὲ ἄρα τίμιον εἶναι δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἡ πατρὶς, ὥστε καὶ τοὺς πανταχοῦ νομοθέτας ἴδοι

11 Σπεύδει) De Ulysse. G.

necessariarum rerum copiam praesto sibi ubique futuram rati, mensuram voluptatis in ventris voluptatibus collocent. Quibus vero parens etiam est patria, hi amant in qua nati sunt & alibi terram, licet parvam habeant, licet asperam, & tenuem: &, licet non habeant, quam terrae virtutem commendent, laudes certe non desunt illis, quibus ornent patriam. Verum etsi videant gloriantes alios campis laxis, pratisque vario plantarum genere distinctis; ipsi tamen patriae laudum non obliviscuntur, despectaque equorum altrice terra, laudant suae nutriculam pueritiae. Ac festinat in patriam aliquis insulanus etiam, etiam cum felicem apud alios vitam licet agere, nec oblatam sibi immortalitatem admittit, sepeliri praeoptans in patria, fumusque patriae igni apud alios ei clarior videbitur. Adeo autem carum super omnia videtur patria, ut, qui ubique

τις ἂν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτην ἐπιβεβληκότας τὴν φυγὴν τιμωρίαν. καὶ οὐχ οἱ νομοθέται μὲν οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας ἑτέρως, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις τὸ μέγιστόν ἐστι τῶν παραγγελμάτων τοῖς παραταττομένοις, ὡς ὑπὲρ πατρίδος αὐτοῖς ὁ πόλεμος. καὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τούτου, κακὸς εἶναι θέλῃ. ποιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν ἀνδρεῖον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα.

fuere legum latores, eos videas maximis quibusque criminibus gravissimam imposuisse poenam, exsilium. Nec vero legum modo latores in ea sunt sententia; aliter animatis exercituum ducibus: quin sub ipsa proelia ad eos, qui stant iam in acie, maximum illud adhortamentum est, bellum ipsis esse pro patria: neque quisquam est, qui, hoc audito, ignavus esse velit: virtutem enim timido etiam addit nomen patriae.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

Τῆς Λιβύης τὰ νότια ψάμμος ἐστὶ βαθεῖα, καὶ γῆ διακεκαυμένη, ἔρημος ἐπὶ πολὺ, ἀκριβῶς ἄκαρπος, πεδινὴ ἅπασα, οὐ χλόην, οὐ πόαν, οὐ φυτὸν, οὐχ ὕδωρ ἔχουσα, ἢ εἴ που ἄρα ἐν κοίλοις συνεστηκὸς ὑετοῦ ὀλίγου λείψανον, παχὺ καὶ τοῦτο, καὶ δυσῶδες, οὐδὲ πάνυ διψῶντι ἀνθρώπῳ πότιμον. ἀοίκητος οὖν ἐστι διὰ ταῦτα. ἢ πῶς γὰρ ἂν οἰκοῖτο, ἀνήμερος οὕτω, καὶ ξηρὰ, καὶ ἄφορος οὖσα, καὶ πολλῷ τῷ αὐχμῷ πιεζομένη; καὶ τὸ θάλπος δὲ αὐτὸ, καὶ ὁ ἀὴρ, κομιδῇ πυρώδης, καὶ φλογερὸς ὢν, καὶ ἡ ψάμμος ὑπερζέουσα, παντελῶς ἄβατον τὴν χώραν τίθησι. Γαράμαντες μόνοι πρόσοικοι ὄντες, εὐσταλὲς καὶ κοῦφον ἔθνος, ἄνθρωποι σκηνῖται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ ζῶντες, ἐνίοτε οὗτοι ἐσβάλλουσι, θη-

DE DIPSADIBUS.

Quae ad auſtrum ſpectant Libyae, arena ſunt profunda, aduſta tellus, deſerta maiorem partem, infoecunda plane, univerſa campeſtris, quae non herbam, non gramen, non plantam, non aquam habeat; aut ſi quae etiam conſiſtentes locis cavis pluviarum tenues reliquiae, craſſum & hoc atque odoris mali, nec ſitienti licet homini potabile. Ergo propter iſta inhabitabilis eſt: aut quomodo habitetur, quae immanis adeo atque arida ſit & ſterilis, multoque ſqualore obſita? cum vapor ipſe & aër igneus vehementer atque aeſtuoſus ſit, & arena fervidiſſima, inviam omnino regionem reddit. Garamantes ſoli accolae, gens ſuccincta & levis, in tabernaculis vivere ſoliti homines, venatu viventes plerumque; hi igitur per venatus

ρεύοντες ἀμφὶ τροπὰς τὰς χειμερινὰς, μάλιστα ὕσαντα τὸν θεὸν τηρήσαντες, ὁπότε τὸ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη, καὶ ἡ ψάμμος νοτισθείη, καὶ ἀμηγέπη βατὰ γένοιτο. ἡ θήρα δέ ἐστιν ὄνων τε τῶν ἀγρίων, καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων χαμαιπετῶν, καὶ πιθήκων μάλιστα, καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε. ταῦτα γὰρ μόνα διαρκεῖ πρὸς τὸ δίψος, καὶ ἀνέχεται ἐπὶ πολὺ ταλαιπωρούμενα ὑπὸ πολλῷ καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ. καὶ ὅμως οἱ Γαραμάντες ἐπειδὰν τὰ σιτία καταναλώσωσιν, ἅπερ ἔχοντες ἀφίκοντο, ἀπελαύνουσιν εὐθὺς ὀπίσω, δεδιότες μὴ σφίσιν ἡ ψάμμος ἀναφλεγεῖσα δύσβατος καὶ ἄπορος γένηται, εἶτα ὥσπερ ἐντὸς ἀρκύων ληφθέντες, καὶ αὐτοὶ ἀπόλωνται μετὰ τῆς ἄγρας. ἄφυκτα γάρ ἐστιν, ἢν ὁ ἥλιος ἀνασπάσας τὴν ἰκμάδα, καὶ τάχιστα ξηράνας τὴν χώραν, ὑπερζέσῃ, ἀκμαιοτέραν τὴν ἀκτῖνα προσβαλὼν, ἅτε πρὸς τὴν νοτίδα παρατεθηγμένην· τροφὴ γὰρ αὕτη τῷ

16 Τροφὴ) Ὥσπερ γὰρ τὸς τροφὴ καὶ τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ τὸ ὑγρόν. ἀλλὰ τῷ ψυχρῷ μὲν ἅτε συγγενεστέρῳ μᾶλλον κρατύνεται

causam irruunt interdum circa ipsam brumam, observato tempore maxime pluvio, cum ardoris maior pars exstincta est, &, conspersa arena, itineris copia utcumque contingit. Venatus autem est asinorum agrestium & marinorum passerum, ingestium illorum, qui humo tollere se non possunt, & simiorum maxime, & interdum elephantorum. Haec enim sola durant ad sitim, & vexationem a multo acutoque sole sustinent. Et tamen Garamantes, consumtis cibariis, quibuscum venerant, celeriter revertuntur, veriti, ne sibi accensa rursus arena transitum vel difficilem reddat, vel plane neget, ac deinde velut intra retia deprehensi cum captura ipsi sua pereant. Neque enim ulla superest effugiendi ratio, ubi sol, sursum tracto humore, exsiccataque celeriter regione, vehementer exarsit, radios iaculatus fortiores, tanquam ab ipso humore acutos, qui

πυρί. Καίτοι ταῦτα πάντα ὁπόσα εἶπον, τὸ θάλπος, 3
τὸ δίψος, ἡ ἐρημία, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐκ τῆς γῆς λαβεῖν,
ἧττον ὑμῖν δυσχερῆ εἶναι δόξει τοῦ λεχθησομένου· καὶ διὰ
τοῦτο φευκτέα πάντως ἡ χώρα ἐκείνη. ἑρπετὰ γὰρ ποι-
κίλα, μεγέθει τε μέγιστα, καὶ πλήθει πάμπολλα,
καὶ τὰς μορφὰς ἀλλόκοτα, καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα, ἐπι-
νέμεται τὴν γῆν. τὰ μὲν ὑποβρύχια, φωλεύοντα ἐν μυ-
χῷ τῆς ψάμμου· τὰ δὲ ἄνω ἐπιπολάζοντα, φύσαλλοι,
καὶ ἀσπίδες, καὶ ἔχιδναι, καὶ κεράσται, καὶ βουπρή-
στεις, καὶ ἀκοντίαι, καὶ ἀμφίσβαιναι, καὶ δράκοντες,
καὶ σκορπίων γένος διττὸν, τὸ μὲν ἕτερον ἐπίγειόν τε καὶ
πεζὸν, ὑπέρμεγα, καὶ πολυσφόνδυλον, θάτερον δὲ ἐν-
αέριον, καὶ πτηνὸν, ὑμενόπτερον δὲ οἷα ταῖς ἀκρίσι, καὶ
τέττιξι, καὶ νυκτερίσι τὰ πτερά. τοιαῦτα ὄρνεα πολλὰ

καὶ ἐπιδιδώσιν· τῷ δὲ θερμῷ μαραίνεται τε καὶ ἀφανίζεται συναναιροῦσα τὸ ὑφ' ἑαυτῇ τὸ θερμόν. ἀεὶ γὰρ πρὸς ὀλίγον αὐτὰ μὲν ἡ ὑγρότης ὀλιγουμένη ἀκμάζειν ὑπενδίδωσιν, ὡς οἷα τρέφουσα τῷ θερμῷ. πέλος δὲ ἐξικμαζομένη καὶ πρὸς τὸ μὴ εἶναι χαροῦσα, ὥσπερεὶ παραθραύει καὶ παρακμάζειν ποιεῖ καὶ αὐτὴ τὸ θερμόν. εἰ καὶ μὴ τοῦτο πάσχειν δοκεῖ. ἄτοπον τ' ἤδη κεκρατηκέναι τῶν τίνος ἐνίκμων τόπων. M.

alimentum igni praeftet. Quamquam ifta, quae adhuc commemoravi, omnia, vapor, fitis, folitudo, inopia copiarum terreftrium, minus vobis difficilia videbuntur eo, quod iam dicam: & propter hoc fugienda omnino ifta regio. Serpentes nempe varii, magnitudine ingentes, plurimi numero, formis peregrini, veneno *armati* invicto, terram pafcuntur; partim fubmerfi, nido in arenae receffibus defoffo; alii in fummo verfantur, bufones, & afpides, & viperae, & ceraftae, & bupreftae, & iaculi, & amphisbaenae, & dracones, & fcorpionum genus duplex, terreftre alterum, pedeftre, ingens, vertebras [*in cauda*] habens plures; aërium alterum & volucre, membranaceis quidem alis, quales funt locuftis, & cicadis, & vefpertilionibus alae. Id ge-

ἐπιπετόμενα, οὐκ εὐπρόσιτον ἀπεργάζεται τὴν Λιβύην
4 ἐκείνην. Τὸ δὲ δὴ πάντων ἑρπετῶν δεινότατον, ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ἡ δίψάς ἐστιν, ὄφις οὐ πάνυ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος, τὸ δῆγμα βίαιος, τὸν ἰὸν παχὺς, ὀδύνας μὲν ἀλήκτους ἐπάγων εὐθύς· ἐκκαίει τε γὰρ, καὶ σήπει, καὶ πίμπρασθαι ποιεῖ, καὶ βοῶσιν, ὥσπερ οἱ ἐν πυρὶ κείμενοι. τὸ δὲ μάλιστα καταπονοῦν, καὶ κατατρύχον αὐτοὺς, ἐκεῖνό ἐστιν, ὁμώνυμον πάθος τῷ ἑρπετῷ. διψῶσι γὰρ εἰς ὑπερβολήν· καὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳπερ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ. καὶ ἡ ἐπιθυμία πολὺ πλέον ἐπιτείνεται αὐτοῖς. οὐδ' ἂν σβέσειάς ποτε τὸ δίψος, οὐδ' ἢν τὸν Νεῖλον αὐτὸν, ἢ τὸν Ἴστρον ὅλον ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ προσεκκαύσεις ἐπάρδων τὴν νόσον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ κατασβεννύοι.
5 Λέγουσιν ἰατρῶν παῖδες ἐκείνην τὴν αἰτίαν εἶναι, παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα, ἔπειτα δευόμενον τῷ ποτῷ, ὀξυκίνητον γί-

nus volucres oberrantes multae difficilem acceſſu reddunt illam Libyam. Beſtiarum vero, quas ea nutrit arena, importuniſſima eſt dipſas, ſerpens non ita magnus, viperae ſimilis, morſu violento, veneno craſſo, immedicabiles ſtatim dolores afferens. Nam exurit, & putredinem inducit, &, ut ardeant *morſi*, efficit. Itaque clamant, ut qui in igni iaceant. Quae autem maxime illos conficit atque atterit, illa eſt affectio, a qua nomen accepit beſtia. Sitiunt nempe ſupra modum: quodque maxime mirum eſt, quo plus biberint, tanto magis potum appetunt, multoque magis intenditur eorum bibendi cupiditas: nec unquam ſitim exſtinxeris, neque ſi Nilum ipſum, totumve Iſtrum ebibendum iis praebeas; ſed ipſa illa irrigatione morbum accendas, velut ſi quis oleo exſtinguere ignem tentet. Aiunt medicorum filii, iſtam eſſe cauſam, Venenum illud craſſum

γνεσθαι, ὑγρότερον, ὡς τὸ εἰκὸς, καθιστάμενον, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαχεόμενον. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐδένα τοῦτο πε- 6
πονθότα εἶδον. μηδὲ, ὦ θεοὶ, ἴδοιμι οὕτω κολαζόμενον ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ ἐπέβην τῆς Λιβύης τὸ παράπαν, εὖ ποιῶν. ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ἐπὶ στήλης ἀνεγνωκέναι, ἀνδρὸς οὕτως ἀποθανόντος, ὃς ἐκ Λιβύης, ἔφη, ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον, παρὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν ἐποιεῖτο τὴν πορείαν· οὐ γὰρ εἶναι ἄλλως. ἔνθα δὴ τάφῳ ἐντυχεῖν, παρὰ τὴν ἠϊόνα, ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι, καὶ στήλην ἐφεστάναι, δηλοῦσαν τοῦ ὀλέθρου τὸν τρόπον. κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπον μέν τινα, οἷον τὸν Τάνταλον γράφουσιν ἐν λίμνῃ ἑστῶτα, καὶ ἀρυόμενον τοῦ ὕδατος, ὡς πίοι δῆθεν· τὸ θηρίον δὲ, τὴν δίψάδα, ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιεσπειρᾶσθαι τῷ ποδὶ, καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτοῦ. πλησίον δὲ ὠὰ κεῖσθαι οἷα

potu deinde dilutum, moveri celerius, quippe quod liquidius sic fiat, & diffundatur maxime. Equidem neminem vidi, cui hoc acciderit, neque, Di boni! videam hominem talibus cruciatum suppliciis. Sed, bono consilio, pedem nunquam omnino intuli in Libyam. Sed Epigramma audivi, quod in ipso se legisse cippo viri hoc modo defuncti sodalium aliquis mihi dixit, qui e Libya, sic narrabat, dum Aegyptum transit, iterque facit ad Syrtim maiorem, (neque enim posse aliter) ibi in monumentum incidit, ad oram maris, in ipso litore: hic adstare, ait, columellam, quae rationem interitus declaret. Insculptum enim in illa hominem, qualem pingunt Tantalum stantem in litore, haurientemque de aqua, bibendi nempe gratia. Bestiam vero dipsada adhaerescentem, ac pedi implexam, & mulieres quasdam, aquam afferentes simul multas, ea hominem perfundere. In proximo autem ova iacere, qua-

τῶν στρουθῶν ἐκείνων, οὓς ἔφην θηρᾶν τοὺς Γαράμαντας. γεγράφθαι δὲ πρὸς τοὐπίγραμμα, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Τοῖα παθόντ', οἶμαι, καὶ Τάνταλον αἴθοπος ἰοῦ
Μηδαμὰ κοιμίσαι δίψαλέην ὀδύνην.
Καὶ Δαναοῖο κόρας τοῖον πίθον οὐκ ἀναπλῆσαι,
Αἰὲν ἐπαντλούσας ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

ἔτι καὶ ἄλλα ἔπη τέτταρά ἐστι περὶ τῶν ὠῶν, καὶ ὡς ἀναιρούμενος αὐτὰ, ἐδήχθη. ἀλλ' οὐκ ἔτι μέμνημαι ἐκεί-
7 νων. Συλλέγουσι δὲ ἄρα τὰ ὠὰ, καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περίοικοι, οὐχ ὡς φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ σκεύεσι χρῶνται κενώσαντες, καὶ ἐκπώματα ποιοῦνται ἀπ' αὐτῶν. οὐ γὰρ ἔχουσι κεραμεύειν, διὰ τὸ ψάμμον εἶναι τὴν γῆν. εἰ δὲ καὶ μεγάλα εὑρεθείη, καὶ πῖλοι γίγνονται δύο ἐκ τοῦ ὠοῦ ἑκάστου· τὸ γὰρ ἡμίτομον ἑκά-
8 τερον ἀποχρῶν τῇ κεφαλῇ, πῖλός ἐστιν. Ἐκεῖ τοίνυν λο-

14 Πῖλοι) Εἶδον τοιαῦτα. καὶ οὐ ψευδὲς τὸ λεγόμενον. M.

lia illorum ſtruthiocamelorum, quos venantur, ut dixi, Garamantes. Adſcriptum autem eſſe Epigramma... nihil vero prohibet ipſum recitare,

Fallor, an haec talis de nigro accenſa veneno,
Tantale, vexavit te ſine fine ſitis.
Mat. FUREBASNE, Philinna, aut quid tibi erat heri in convivio? Venit enim ad me Diphilus mane plorans, &, quae perpessus a te esset, narravit. Ebriam te fuisse, progressamque in medium, se licet prohibente, saltasse: ac deinde osculum dedisse sodali ipsius Lampriae: cumque graviter id ferret, se relicto, abiisse ad Lamprian, eumque amplexatam esse: se vero hisce factis enecari. Verum neque noctu, puto, cum ipso cubuisti, sed plorantem relinquens sola iacuisti in proximo lectulo, canens, molestia illum afficiens.

Phil. Nimirum quae ipse fecerit, mater, non enarravit. Neque enim causam illius, contumeliosi hominis, ageres,

ἀφέμενος ἐκοινολογεῖτο Θαΐδι τῇ Λαμπρίου ἑταίρᾳ, μηδέπω ἐκείνου παρόντος· ἐπεὶ δὲ χαλεπαίνουσαν εἶδέ με, καὶ διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ, τοῦ ὠτὸς ἄκρου ἐφαψάμενος, ἀνακλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη, εἶτ' ἐγὼ μὲν ἐδάκρυον, ὁ δὲ ἐγέλα, καὶ πρὸς τὴν Θαΐδα πολλὰ πρὸς τὸ οὖς ἔλεγε, κατ' ἐμοῦ δηλαδὴ, καὶ ἡ Θαὶς ἐμειδία, βλέπουσα πρὸς ἐμέ· ὡς δὲ προσιόντα ᾔσθοντο τὸν Λαμπρίαν, καὶ ἐκορέσθησάν ποτε φιλοῦντες ἀλλήλους, ἐγὼ μὲν ὅμως παρ' αὐτὸν κατεκλίθην, ὡς μὴ καὶ τοῦτο προφασίζοιτο ὕστερον· ἡ Θαὶς δὲ ἀναστᾶσα, ὠρχήσατο πρώτη ἀπογυμνοῦσα ἐπιπολὺ τὰ σφυρὰ, ὡς μόνη καλὰ ἔχουσα. καὶ ἐπειδὴ ἐπαύσατο, ὁ Λαμπρίας μὲν ἐσίγα, καὶ εἶπεν οὐδέν· Δίφιλος δὲ ὑπερεπῄνει τὸ εὔρυθμον, καὶ τὸ κεχορηγημένον, καὶ ὅτι εὖ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ ποῦς, καὶ τὸ σφυρὸν, ὡς καλὸν, καὶ ἄλλα μυρία, καθάπερ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν

1 Ἀφέμενος) Ἀποστάς. G.

qui me relicta sermones misceret cum Thaide, amica Lampriae, cum ille nondum adesset. Cum vero aegre me ferre videret, nutu, quid ageret, significantem; extrema Thaidis aure prehensa, reflexaque cervice, ita arcte illam osculatus est, vix ut labia retraheret. Tum plorare ego; at iste ridere, & multa in aurem dicere Thaidi, contra me scilicet. Ac subridebat Thais, ad me respiciens. Cum vero adventientem sentirent Lamprian, & satiati tandem essent osculis mutuis; ego tamen apud ipsum accubui, ne quid deinde haberet obtentui. Surgens vero Thais saltabat prima, nudatis multum talis, quasi pulchros sola habeat; eumque desisset, tacente Lampria, & nihil dicente, Diphilus laudare numerosam saltationem & accommodatam choro, quamque bene ad citharam pes *congrueret*, quam pulcher talus, & sexcenta alia, quasi qui Sosandram lau-

ἐπαινῶν, ἀλλ' οὐχὶ Θαΐδα, ἣν καὶ σὺ οἶσθα συλλουόμενήν ἡμῖν, οἵα ἐστί. Θαὶς δὲ οἵα καὶ ἔσκωψεν εὐθὺς ἐς ἐμέ; εἰ γάρ τις, ἔφη, μὴ αἰσχύνεται λεπτὰ ἔχουσα τὰ σκέλη, ὀρχήσεται καὶ αὐτὴ ἐξαναστᾶσα. τί ἂν λέγοιμι, ὦ μῆτερ; ἀνέστην γάρ, καὶ ὠρχησάμην. τί γὰρ ἔδει ποιεῖν; ἀναισχέσθαι, καὶ ἐπαληθεύειν τὸ σκῶμμα, καὶ τὴν Θαΐδα ἐᾶν τυραννεῖν τὸ συμπόσιον;

ΜΗΤ. Φιλοτιμότερον μέν, ὦ θύγατερ, οὐδὲ φροντίζειν γὰρ ἐχρῆν· λέγε δ' ὅμως τὰ μετὰ ταῦτα.

ΦΙΛ. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐπῄνουν, ὁ Δίφιλος δὲ μόνος ὕπτιον καταβαλὼν ἑαυτὸν, ἐς τὴν ὀροφὴν ἀνέβλεπεν, ἄχρι δὴ καμοῦσα ἐπαυσάμην.

ΜΗΤ. Τὸ φιλῆσαι δὲ τὸν Λαμπρίαν ἀληθὲς ἦν, καὶ τὸ μεταβᾶσαν περιπλέκεσθαι αὐτῷ; τί σιγᾷς; οὐκ ἔτι γὰρ ταῦτα συγγνώμης ἄξια.

ΦΙΛ. Ἀντιλυπεῖν ἐβουλόμην αὐτόν.

4 Αὐτὴ ἀναστᾶσα) Γραι. ἐξαναστᾶσα. G.

6 Ἐπαληθεύειν) Ἀληθινὸν ποιεῖν. G.

daret Calamidis, non Thaida, quam tu quoque, qualis sit, nosti, cum lavet nobiscum. Thais vero qualia statim in me iecit? *Si quam*, inquit, *non pudet crurum exilitatis, saltatum & ipsa surgat!* Quid dicerem, mater? Surrexi nimirum, & saltavi. Quid enim facerem? ferrem, & confirmarem illius dictum, Thaida tyrannidem habere convivii paterer?

Mat. Ambitiosius quidem istuc, filia; nec enim curare oportebat: sed dic tamen, quid postea factum sit.

Phil. Alii laudabant. Solus Diphilus supinum se abiecerat, lacunar respiciens, dum fatigata desinerem.

Mat. Illud autem verum erat, quod Lamprian osculata es, &, transiens ad eum, amplexa? Quid taces? Haec iam venia indigna sunt.

Phil. Vicissim, quod illum morderet, volebam facere.

ΜΗΤ. Εἶτα οὐδὲ συνεκάθευδες, ἀλλὰ καὶ ᾔδες, ἐκείνου δακρύοντος; οὐκ αἰσθάνῃ, ὦ θύγατερ, ὅτι πτωχαί ἐσμεν, οὐδὲ μέμνησαι ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐλάβομεν, ἢ οἷον δὴ τὸν πέρυσι χειμῶνα διηγάγομεν ἂν, εἰ μὴ τοῦτον ἡμῖν ἡ Ἀφροδίτη ἔπεμψε;

ΦΙΛ. Τί οὖν; ἀνέχωμαι διὰ τοῦτο, ὑβριζομένη ὑπ' αὐτοῦ;

ΜΗΤ. Ὀργίζου μὲν, μὴ ἀνθύβριζε δέ. οὐκ οἶσθα ὅτι ὑβριζόμενοι παύονται οἱ ἐρῶντες, καὶ ἐπιτιμῶσιν ἑαυτοῖς; σὺ δὲ πάνυ χαλεπὴ ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ γεγένησαι, καὶ ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν, Ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλώδιον.

Mat. Deinde neque cubuisti cum illo, sed illo plorante etiam cecinisti? Nonne cogitas, filia, nos esse pauperes; neque, quantum ab illo acceperimus, meministi, aut quomodo hiemem superiorem acturae fueramus, nisi hunc nobis Venus misisset?

Phil. Quid ergo, patiarne propter hoc, me contumeliose ab illo tractari?

Mat. Irascere, sed noli contra contumeliosa esse. An ignoras, qui amant, eos mox desistere a contumelia, ac se ipsos reprehendere? Tu vero aspera nimis semper in hominem fuisti. Et vide, ne, quod est in proverbio, nimium contendendo funem rumpamus.

IV.

ΜΕΛΙΤΤΑ ΚΑΙ ΒΑΚΧΙΣ.

ΜΕΛ. Εἰ τινὰ οἶσθα, Βακχὶ, γραῦν, οἷαι πολλαὶ

MELISSA ET BACCHIS.

Mel. Si quam nosti, mea Bacchis, anum, quales esse in

Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι, καὶ ἐρασμίους ποιοῦσαι, εἰ καὶ πάνυ μισουμένη γυνὴ τυγχάνοι, (οὕτως ὄναιο) παραλαβοῦσα ἧκέ μοι. Θοιμάτια γὰρ ὅλα, καὶ τὰ χρυσία ταυτὶ προείμην ἡδέως, εἰ μόνον ἴδοιμι ἐπ' ἐμὲ αὖθις ἀναστρέψαντα Χαρῖνον, μισήσαντα Σιμμίχην, ὡς νῦν ἐμέ.

ΒΑΚΧ. Τί φῄς; οὐκ ἔτι σύνεστιν, ἀλλὰ παρὰ τὴν Σιμμίχην, ὦ Μέλιττα, οἴχεται Χαρῖνος, δι' ἣν τοσαύτας ὀργὰς τῶν γονέων ἠνέσχετο, οὐ βουληθεὶς τὴν πλουσίαν ἐκείνην γῆμαι, πέντε προικὸς τάλαντα, ὡς ἔλεγον, ἐπιφερομένην; μέμνημαι γὰρ ταῦτά σου ἀκούσασα.

ΜΕΛ. Ἅπαντα ἐκεῖνα οἴχεται, ὦ Βακχὶ, καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν οὐδ' ἑώρακα ὅλως αὐτὸν, ἀλλὰ πίνουσι παρὰ τῷ συνεφήβῳ Παμμένει αὐτός τε καὶ Σιμμίχη.

ΒΑΚΧ. Δεινὰ, ὦ Μέλιττα, πέπονθας. ἀλλὰ τί καὶ ὑμᾶς διέστησεν; ἔοικε γὰρ οὐ μικρὸν τοῦτ' εἶναι.

Theſſalia multae dicuntur, quae incantent & amabiles praeſtent, ſi qua etiam valde exoſa ſit mulier; illa aſſumta, ita beata ſis! ad me venito. Veſtes enim integras & hoc aurum lubens abiiciam, modo videam redeuntem ad me Charinum odio Simmichen, uti nunc me, habere.

Bacch. Quid ais? Non amplius tecum eſt, ſed ad Simmichen, mea Meliſſa, tranſiit Charinus, propter quam tantas parentum iras ſuſtinuit, divitem illam recuſans ducere, quinque dotis talenta, uti dicebant, afferentem? Iſta enim ex te audire memini.

Mel. Abierunt iſta, Bacchis, omnia: & quintus hic dies eſt, quod omnino illum non vidi: ſed apud ſodalem ipſius Pammenen bibunt ipſe pariter ac Simmiche.

Bacch. Indigna perpeteris, Meliſſa. Sed quid vos disiunxit? videtur enim non parvum quiddam illud eſſe.

ΜΕΛ. Τὸ μὲν ὅλον οὐδὲ εἰπεῖν ἔχω. πρώην δὲ ἀνελθὼν ἐκ Πειραιῶς (κατεληλύθει γὰρ, οἶμαι, χρέος τι ἀπαιτήσων πέμψαντος τοῦ πατρὸς) οὔτε με προσέβλεψεν ἐσελθὼν, οὔτε προσήκατο ὡς ἔθος προσδραμοῦσαν, ἀποσεισάμενος δὲ περιπλακῆναι θέλουσαν, Ἄπιθι, φησὶ, πρὸς τὸν ναύκληρον Ἑρμότιμον, ἢ τὰ ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου κατεστηλίτευται ὑμῶν τὰ ὀνόματα. Τίνα Ἑρμότιμον, τίνα, ἔφην, ἢ ποίαν στήλην λέγεις; ὁ δὲ οὐδὲν ἀποκρινάμενος, οὐδὲ δειπνήσας, ἐκάθευδεν ἀποστραφείς. πόσα οἴει ἐπὶ τοῦτον μεμηχανῆσθαί με περιβάλλουσαν, ἐπιστρέφουσαν, φιλοῦσαν ἀπεστραμμένου τὸ μετάφρενον; ὁ δ' οὐδ' ἐπωστιοῦν ὑπεμαλάχθη, ἀλλ' εἴ μοι, φησὶν, ἐπὶ πλέον ὀχλήσειας, ἄπειμι ἤδη, εἰ καὶ μέσαι νύκτες εἰσίν.

ΒΑΚΧ. Ὅμως ἤδεις τὸν Ἑρμότιμον.

ΜΕΛ. Ἀλλά με ἴδοις, ὦ Βακχὶ, ἀθλιώτερον διά-

Mel. Totum nec ipsa habeo dicere. Sed nuper reversus ex Piraeeo, (descenderat enim missu patris, debiti puto cuiusdam exigendi causa) nec adspexit me intrans, nec admisit meo more accurrentem, sed amplecti volentem repellens, *Abi*, inquit, *ad nauclerum Hermotimum, aut scripta in parietibus in Ceramico lege, ubi nomina vestra ignominiae causa in pila proscripta sunt. Quem tu mihi*, inquam, *Hermotimum, aut quam pilam narras?* At ille nihil respondens, nec coenatus, aversus iacuit. Quas tu me putas admovisse illi machinas? amplexa sum illum, convertere ad me studui, dorsum aversi osculata sum. Ille vero ne qualitercunque quidem emolliri se passus, *At si mihi*, inquit, *diutius molesta fueris, iam statim, media licet nocte, abeo.*

Bacch. Tamen nosti Hermotimum.

Mel. At miserius me viventem, quam nunc habeo, vi-

γουσαν ἢ νῦν ἔχω, εἴ τινα ἐγὼ ναύκληρον Ἑρμότιμον οἶδα, πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν ἕωθεν ἀπεληλύθει, τοῦ ἀλεκτρυόνος εὐθὺς ᾄσαντος ἀνεγρόμενος· ἐγὼ δὲ ἐμεμνήμην ὅτι κατὰ τοίχου τινὸς ἔλεγε καταγεγράφθαι τοὔνομα ἐν Κεραμεικῷ· ἔπεμψα οὖν Ἀκίδα κατασκεψομένην· ἥδ' ἄλλο μὲν οὐδὲν εὗρε, τοῦτο δὲ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἐσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, Μέλιττα φιλεῖ Ἑρμότιμον, καὶ μικρὸν αὖθις ὑποκάτω, Ὁ ναύκληρος Ἑρμότιμος φιλεῖ Μέλιτταν.

ΒΑΚΧ. Ὦ τῶν περιέργων νεανίσκων. συνίημι γάρ. λυπῆσαί τις θέλων τὸν Χαρῖνον, ἐπέγραψε ζηλότυπον ὄντα εἰδώς· ὁ δὲ αὐτίκα ἐπίστευσεν. εἰ δέ που ἴδοιμι αὐτὸν, διαλέξομαι. ἄπειρός ἐστι, καὶ παῖς ἔτι.

ΜΕΛ. Ποῦ δ' ἂν ἴδοις ἐκεῖνον, ὃς ἐγκλείσαμενος ἑαυτὸν, σύνεστι τῇ Σιμμίχῃ; οἱ γονεῖς δὲ ἔτι παρ' ἐμοὶ ζητοῦσιν αὐτόν. ἀλλ' εἴ τινα εὕροιμι, ὦ Βακχὶ, γραῦν, ὡς ἔφην, ἀποσώσοι γὰρ ἂν φανεῖσα.

deas, si quem ego nauclerum novi Hermotimum. Verum ille sub galli cantum surgens mane abiit. Ego memineram, illum dicere in pariete scriptum nomen in Ceramico. Misi ergo visuram Acidem. At illa nihil invenit aliud, praeterquam hoc solum scriptum ad dextram introëuntium versus portam geminam; *Melissa amat Hermotimum*, & paulo inferius iterum, *Nauclerus Hermotimus amat Melissam.*

Bacch. Male fedulos istos adolescentulos! Intelligo enim. Aegre aliquis volens Charino facere, inscripsit, qui zelotypia ipsum laborare sciret. Atque ille statim credidit. Sicubi vero illum videro, alloquar. Puer adhuc est atque imperitus.

Mel. Ubi autem illum tu videas, qui se cum Simmiche inclusserit? Parentes vero illum apud me adhuc quaerunt. Sed utinam, Bacchis, anum aliquam inveniam, uti dixi. Illa enim sua me praesentia servaret.

ΒΑΚΧ. Ἔστιν, ὦ φιλτάτη, ὅτι χρησίμη φαρμακὶς, Σύρα τὸ γένος, ὠμὴ ἔτι καὶ συμπεπηγυῖα, ἥ μοι ποτὲ Φανίαν χαλεπαίνοντα κἀκεῖνον εἰκῇ, ὥσπερ Χαρῖνος, διήλλαξε μετὰ μῆνας ὅλους τέσσαρας, ὅτε ἐγὼ μὲν ἤδη ἀπεγνώκειν· ὁ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπῳδῶν ἧκεν αὖθις ἐπ' ἐμέ.

ΜΕΛ. Τί δὲ ἔπραξεν ἡ γραῦς, εἴπερ ἔτι μέμνησαι;

ΒΑΚΧ. Λαμβάνει μὲν οὐδὲ πολὺν, ὦ Μέλιττα, τὸν μισθὸν, ἀλλὰ δραχμὴν καὶ ἄρτον, καὶ ἐπικεῖσθαι δὲ δεῖ μετὰ τῶν ἁλῶν, καὶ ὀβολοὺς ἑπτὰ, καὶ θεῖον, καὶ δᾶδα. ταῦτα δὲ ἡ γραῦς λαμβάνει, καὶ κρατῆρα κεκεράσθαι δεῖ, καὶ πίνειν ἐκείνην μόνην. δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια, ἢ κρηπῖδας, ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν, ἤ τι τῶν τοιούτων.

ΜΕΛ. Ἔχω τὰς κρηπῖδας αὐτοῦ.

ΒΑΚΧ. Ταύτας κρεμάσασα ἐκ παττάλου ὑποθυμιᾷ τῷ θείῳ, πάττουσα καὶ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ· ἐπιλέγει

Bacch. Est, cariſſima, praeſtantiſſima venefica, Syra genus, cruda adhuc & campacta, quae mihi Phaniam, cum aſperum ſe & ipſe, ut nunc tibi Charinus, temere mihi praeberet, reconciliavit poſt quatuor integros menſes, ubi ille incantationum beneficio ad me iam deſperatam rediit.

Mel. Quid vero fecit anus, ſi adhuc meminiſti?

Bacch. Capit mercedem non multam, Meliſſa, ſed drachmam & panem. Et appoſitos eſſe oportet cum ſalibus etiam ſeptem obolos, & odores ſacros, & facem. Haec quoque anus ſibi aufert. Et poculum temperatum eſſe oportet, eamque ſolam illud ebibere. Oportet autem ipſius viri praeſto eſſe aliquid, velut veſtes, aut ſoleas, aut pilos paucos, aut quid ex eo genere.

Mel. Habeo illius ſoleas.

Bacch. Has de clavo ſuſpenſas ſuffitu ex odoribus facto imbuit, de ſale etiam aliquid in ignem coniicit, pronun-

δὲ ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα, καὶ τὸ ἐκείνου, καὶ τὸ σόν. εἶτα ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσασα ῥόμβον, ἐπιστρέφει ἐπῳδήν τινα λέγουσά, ἐπιτρόχῳ τῇ γλώσσῃ, βαρβαρικὰ καὶ φρικώδη ὀνόματα. ταῦτα ἐποίησε τότε. καὶ μετ' οὐ πολὺ Φανίας ἅμα, καὶ τῶν συνεφήβων ἐπιτιμησάντων αὐτῷ, καὶ τῆς Φοιβίδος, ᾗ συνῆν, πολλὰ αἰτούσης, ἧκέ μοι τὸ πλέον ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς ἀγόμενος. ἔτι δὲ καὶ τοῦτό με σφόδρα κατὰ τῆς Φοιβίδος τὸ μίσηθρον ἐδιδάξατο, τηρήσασαν τὸ ἴχνος ἐπὰν ἀπόλιποι ἀμαυρώσασαν ἐπιβῆναι μὲν τῷ ἀριστερῷ ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιὸν, τῷ δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν, καὶ λέγειν, Ἐπιβέβηκά σοι, καὶ ὑπεράνω εἰμὶ, καὶ ἐποίησα ὡς προσέταξε.

ΜΕΛ. Μὴ μέλλε, μὴ μέλλε, ὦ Βακχὶ, κάλει ἤδη τὴν Σύραν. σὺ δὲ, ὦ Ἀκὶ, τὸν ἄρτον καὶ τὸ θεῖον, καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρὸς τὴν ἐπῳδὴν εὐτρέπιζε.

tians ſimul nomina utriuſque, & ipſius, & tuum. Tum prolatum de ſinu rhombum intorquet, carmen ſimul volubili lingua dicens, barbarica horribiliaque nomina. Haec tum fecerat, cum non ita multo poſt Phanias, ſodalibus licet illum reprehendentibus, & multum rogante, quicum adhuc fuerat, Phoebide, ad me venit ab illo maxime incantamento adductus. Inſuper vero illud mihi valde odii contra Phoebidem excirandi remedium commendavit, ut obſervatum illius veſtigium, cum primum illud reliquiſſet, ipſa delerem, ita ut ſiniſtro illius meus dexter *pes*, ſiniſter autem contra dextro *veſtigio* inſiſteret, diceremque, *conſcendi te, & ſuperior ſum!* ac feci, quod praeceperat.

Mel. Noli, noli cunctari, Bacchis. Voca mihi iam Syram. Tu vero, Acis, panem & odores, & reliqua omnia ad incantationem compara.

V.

ΚΛΩΝΑΡΙΟΝ ΚΑΙ ΛΕΑΙΝΑ.

ΚΛΩΝ. Καινα περὶ σοῦ ἀκούομεν, ὦ Λέαινα, τὴν Λεσβίαν Μέγιλλαν τὴν πλουσίαν, ἐρᾶν σοῦ ὥσπερ ἄνδρα, καὶ συνεῖναι ὑμᾶς οὐκ οἶδ' ὅ, τι ποιούσας μετ' ἀλλήλων. τί τοῦτο; ἠρυθρίασας; ἀλλ' εἰπὲ εἰ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν.

ΛΕΑΙ. Ἀληθῆ, ὦ Κλωνάριον· αἰσχύνομαι δὲ, ἀλλόκοτον γὰρ τί ἐστι.

ΚΛΩΝ. Πρὸς τῆς κουροτρόφου τί τὸ πρᾶγμα, ἢ τί βούλεται ἡ γυνή; τί δὲ καὶ πράττετε ὅταν συνῆτε; ὁρᾶς; οὐ φιλεῖς με, οὐ γὰρ ἂν ἀπεκρύπτου τὰ τοιαῦτα.

ΛΕΑΙ. Φιλῶ μὲν, εἰ καί τινα ἄλλην· ἡ γυνὴ δὲ δεινῶς ἀνδρική ἐστιν.

ΚΛΩΝ. Οὐ μανθάνω ὅ, τι καὶ λέγεις, εἰ μή τις ἑταιρίστρια τυγχάνει οὖσα· τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγου-

CLONARIUM ET LEAENA.

Clon. Nova de te, Leaena, audimus, Lesbiam Megillam, divitem, tui ut virum amore incensam, & coire vos, nescio quid inter vos peragentes. Quid hoc? erubuisti? verum dic, an vera sint ista?

Leae. Vera, Clonarion, sed pudet me: est enim absurdum quiddam.

Clon. Per matrem Liberae, quid negotii est, aut quid sibi vult mulier? Quid vero facitis, cum una estis? Vides? non amas me: neque enim talia celares.

Leae. Amo equidem, si quam aliam. Illa vero mulier vehementer mascula est.

Clon. Nondum, quid dicas, intelligo, nisi forte quaedam mascula amica est. Tales enim Lesbi esse aiunt mulieres,

σι γυναῖκας, ὑπὸ ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ αὐτὰς πλησιαζούσας, ὥσπερ ἄνδρας.

ΛΕΑΙ. Τοιοῦτό τι.

ΚΛΩΝ. Οὐκοῦν, ὦ Λέαινα, τοῦτο αὐτὸ καὶ διήγησαι, ὅπως μὲν ἐπείρα τὸ πρῶτον, ὅπως δὲ καὶ συνεπείσθης, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα.

ΛΕΑΙ. Πότον τινὰ συγκροτοῦσα αὐτὴ, καὶ Δημώνασσα ἡ Κορινθία, πλουσία δὲ καὶ αὐτὴ, καὶ ὁμότεχνος τῇ Μεγίλλῃ, παρειλήφασί με κιθαρίζειν αὐταῖς· ἐπεὶ δὲ ἐκιθάρισα, καὶ ἀωρὶ ἦν, καὶ ἔδει καθεύδειν, καὶ ἐμέθυον, Ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ Λέαινα, ἡ Μέγιλλα, κοιμᾶσθαι γὰρ ἤδη καλὸν, ἐνταῦθα κάθευδε μεθ' ἡμῶν μέση ἀμφοτέρων.

ΚΛΩΝ. Ἐκάθευδες; τὸ μετὰ ταῦτα τί ἐγένετο;

ΛΕΑΙ. Ἐφίλουν με τὸ πρῶτον ὥσπερ οἱ ἄνδρες, οὐκ αὐτὰ μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, ἀλλ' ὑπανοί-

quae viros quidem pati recusent, ipsae vero mulieribus fruantur, ut viri.

Leae. Tale quid est.

Clon. Ergo, mea Leaena, illud ipsum quoque narra, quomodo tentavèrit primum, quomodo tibi persuasum sit, & quae sequuntur.

Leae. Convivium instituerat cum Corinthia Demonassa, divite & ipsa, atque eandem artem, quam Megilla, exercente: assumserant autem me, quae cithara ipsas oblectarem. Cum autem cecinissem, & serum esset, atque tempus eundi cubitum, essentque bene potae, *Age sane, mea Leaena*, inquit Megilla, *dormiendi iam tempus est, hic apud nos cuba utrarumque media.*

Clon. Accubuisti ergo: deinde quid actum est?

Leae. Osculabantur me primum ut viri, non ipsa modo applicantes labia, sed os etiam aliquantum aperientes:

γουσαι τὸ στόμα, καὶ περιέβαλλον, καὶ τοὺς μαστοὺς ἔθλιβον· ἡ Δημώνασσα δὲ καὶ ἔδακνε μεταξὺ καταφιλοῦσα· ἐγὼ δὲ οὐκ εἶχον εἰκάσαι ὅ, τι τὸ πρᾶγμα εἴη. χρόνῳ δὲ ἡ Μέγιλλα ὑπόθερμος ἤδη οὖσα, τὴν μὲν πηνήκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς, ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία, καὶ προσφυὴς, καὶ ἐν χρῷ ὄφθη αὐτὴ, καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν, ἀποκεκαρμένη· καὶ ἐγὼ ἐταράχθην ἰδοῦσα. ἡ δὲ, Ὦ Λέαινά, φησιν, ἑώρακας ἤδη οὕτω καλὸν νεανίσκον; Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ, ἔφην, ἐνταῦθα νεανίσκον, ὦ Μέγιλλα. Μὴ καταθήλυνέ με, ἔφη, Μέγιλλος γὰρ ἐγὼ λέγομαι, καὶ γεγάμηκα πρόπαλαι ταύτην τὴν Δημώνασσαν, καὶ ἔστιν ἐμὴ γυνή. ἐγέλασα, ὦ Κλωνάριον, ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφην, Οὐκοῦν σὺ, ὦ Μέγιλλε, ἀνήρ τις ὢν ἐλελήθεις ἡμᾶς, καθάπερ τὸν Ἀχιλλέα φασὶ κρυπτόμενον ἐν ταῖς παρθένοις· καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἐκεῖνο ἔχεις, καὶ ποιεῖς τὴν Δημώνασσαν ὅπερ οἱ ἄνδρες. Ἐκεῖνο μὲν, ἔφη, ὦ Λέαινα, οὐκ ἔχω· δέομαι

amplexabantur, opprimebant papillas: Demonassa autem inter osculandum etiam mordere. Ego vero, quid res sibi vellet, nondum coniicere. Tandem Megilla, quae iam incaluisset, ficticiam de capite comam aufert; impositam autem habebat valde similem & bene applicitam; atque apparet accurate ad ipsamque cutem, ut viriliores athletae, detonsa; ut ego ipso adspectu perturbarer. At illa, *Mea Leaena*, inquit, *vidistine iam pulchrum adeo iuvenem? Ego vero*, inquam, *non video hic iuvenem, Megilla. Noli me*, inquit, *facere feminam. Megillus enim vocor, & olim duxi hanc Demonassam, & mea uxor est.* Risi ego hoc, Clonarium, &, *Tu igitur, Megille*, inquam, *cum vir sis, imprudentibus nobis, sicut de Achille dicunt, inter virgines delituisti? & illud habes, quo viri censentur, & Demonassae facis, quod viri? Illud equidem*, inquit, *Leaena, non habeo: sed neque omnino illo indigeo: sed*

δὲ οὐδὲ πάνυ αὐτοῦ. ἴδιον δέ τινα τρόπον ἡδίω παραπολὺ ὁμιλοῦντα ὄψει με. Ἀλλὰ μὴ Ἑρμαφρόδιτος εἶ, ἔφην, οἷοι πολλοὶ εἶναι λέγονται ἀμφότερα ἔχοντες; ἔτι γὰρ ἠγνόουν, ὦ Κλωνάριον, τὸ πρᾶγμα. Οὔ, φησιν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀνήρ εἰμι. Ἤκουσα, ἔφην ἐγὼ, τῆς Βοιωτίας αὐλητρίδος Ἰσμηνοδώρας, διηγουμένης τὰ Ἐφέστρια παρ' αὐτοῖς, ὡς γένοιτό τις ἐν Θήβαις ἐκ γυναικὸς ἀνήρ· ὁ δ' αὐτὸς καὶ μάντις ἄριστος, οἶμαι, Τειρεσίας τοὔνομα. μὴ οὖν τι καὶ σὺ τοιοῦτο πέπονθας; Οὔκουν, ὦ Λέαινα, ἔφη, ἀλλὰ ἐγεννήθην μὲν ὁμοία ταῖς ἄλλαις ὑμῖν· ἡ γνώμη δὲ, καὶ ἡ ἐπιθυμία, καὶ τἄλλα πάντα, ἀνδρός ἐστί μοι. Καὶ ἱκανὴ γοῦν σοι, ἔφην, ἐπιθυμία. Πάρεχε γοῦν, ὦ Λέαινα, εἰ ἀπιστεῖς, ἔφη, καὶ γνώσῃ οὐδὲν ἐνδέουσάν με τῶν ἀνδρῶν. ἔχω γάρ τι ἀντὶ τοῦ ἀνδρείου, ἀλλὰ πάρεχε, ὄψει γάρ. παρέσχον, ὦ Κλωνάριον, ἱκετευούσης πολλὰ, καὶ ὅρμον τινά μοι δούσης τῶν πο-

proprio quodam modo & multum iucundiore coëuntem me videbis. Ego, *Numquid ergo*, inquam, *Hermaphroditus es, quales multi esse dicuntur, habens utraque?* Nempe adhuc, mea Clonarium, quid rei esset, ignorabam. *Non*, inquit, *sed omnino vir sum.* Hic ego, *Audivi*, inquam, *Boeotiam tibicinam, Ismenodoram, res patriae suae narrantem, cum diceret, fuisse quendam Thebis ex femina virum: fuisse eundem etiam vatem optimum: puto, Tiresiam nomen illi fuisse. Numquid ergo tibi simile quid usu venit? Neutiquam*, ait, *mea Leaena: sed ita nata sum, ut vos reliquae: sed animus, & libido, & reliqua omnia in me viri sunt. Igitur satis tibi est*, inquam, *libido? Quin tu praebe*, inquit, *Leaena, si fidem mihi non habes, &, nihil me inferiorem esse viris, intelliges. Habeo enim pro illo virili aliquid: sed praebe: videbis enim.* Praebui, Clonarium, multum supplicanti, & monile mihi donanti pretiosum, atque lintea te-

λυτελῶν, καὶ ὀθόνας τῶν λεπτῶν. εἶτα ἐγὼ μὲν, ὥσπερ ἄνδρα περιελάμβανον· ἡ δὲ ἐποίει τε, καὶ ἐφίλει, καὶ ἥσθμαινε, καὶ ἐδόκει μοι ἐς ὑπερβολὴν ἥδεσθαι.

ΚΛΩΝ. Τί ἐποίει, ὦ Λέαινα; ἢ τίνα τρόπον; τοῦτο γὰρ μάλιστα εἰπέ.

ΛΕΑΙ. Μὴ ἀνάκρινε ἀκριβῶς, αἰσχρὰ γάρ· ὥστε μὰ τὴν Οὐρανίαν, οὐκ ἂν εἴποιμι.

nuissima. Tum ego illam uti virum complexa sum: illa fecit, basiavit, anhelavit, atque supra modum delectari mihi visa est.

Clon. Quid ergo fecit, aut quomodo? Hoc enim dic maxime.

Leae. Noli curiose exquirere: turpicula enim. Quare, ita me Coelestis Venus, non dixerim.

VI.

ΚΡΩΒΥΛΗ ΚΑΙ ΚΟΡΙΝΝΑ.

ΚΡΩΒ. Ὦ Κορίννα, ὡς μὲν οὐ πάνυ δεινὸν ἦν ὃ ἐνόμιζες, τὸ γυναῖκα γενέσθαι ἐκ παρθένου, μεμάθηκας ἤδη, μετὰ μειρακίου μὲν ὡραίου γενομένη, μνᾶν δὲ τὸ πρῶτον μίσθωμα κομισαμένη, ἐξ ἧς ὅρμον αὐτίκα ὠνήσομαί σοι.

CROBYLE ET CORINNA.

Crob. Igitur, mea Corinna, quam non valde formidandum fuerit, quod putabas, mulierem fieri ex virgine, iam didicisti: quae cum pulchro adolescentulo fueris, & minam mercedem primam abstuleris, de qua monile iam statim tibi emam.

ΚΟΡ. Ναὶ, μαννάριον. ἐχέτω δὲ καὶ ψήφους τινὰς πυραυγεῖς, οἷος ὁ Φιλαίνιδός ἐστιν.

ΚΡΩΒ. Ἔσται τοιοῦτος· ἄκουε δὲ καὶ τἄλλα παρ' ἐμοῦ, ἅ σε χρὴ ποιεῖν, καὶ ὅπως προσφέρεσθαι τοῖς ἀνδράσιν. ἄλλη μὲν γὰρ ἡμῖν ἀποστροφὴ τοῦ βίου οὐκ ἔστιν, ὦ θύγατερ, ἀλλὰ δύο ἔτη ταῦτα ἐξ οὗ τέθνηκεν ὁ μακαρίτης σου πατὴρ, οὐκ οἶσθα ὅπως ἀπεζήσαμεν; ὅτε δὲ ἐκεῖνος ἔζη, πάντα ἦν ἡμῖν ἱκανά. ἐχάλκευε γὰρ, καὶ μέγα ἦν ὄνομα αὐτοῦ ἐν Πειραιεῖ, καὶ πάντων ἐστὶν ἀκοῦσαι διομνυμένων, ἢ μὴν μετὰ Φιλῖνον μηκέτι ἔσεσθαι ἄλλον χαλκέα. μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τὸ μὲν πρῶτον ἀποδομένη τὰς πυράγρας, καὶ τὸν ἄκμονα, καὶ σφύραν δύο μνῶν, ἀπὸ τούτων διετράφημεν. εἶτα νῦν μὲν ὑφαίνουσα, νῦν δὲ κρόκην κατάγουσα, ἢ στήμονα κλώθουσα, ἐποριζόμην τὰ σιτία μόλις· ἔβοσκον δέ σε, ὦ θύγατερ, τὴν ἐλπίδα περιμένουσα.

Cor. Ita ſane, mea matercula. Habeat vero etiam lapillos aliquot ignei coloris, quale eſt Philaenidis.

Crob. Erit tale. Audi vero ex me, quae facienda tibi ſunt reliqua, & quomodo viri tractandi ſint. Nec alia enim nobis eſt, filia, vitae tolerandae ratio. Sed hos iam duos annos, ex quo pater tuus, iam felix, obiit, non noſti, quam tenuiter ac miſere vixerimus? cum autem ille viveret, omnium rerum nobis erat copia: aerariam enim officinam exercebat, magnumque ipſius erat in Piraeeo nomen: eſtque audire deierantes omnes, non futurum poſt Philinum fabrum alium. At poſt mortem illius, primo quidem forcipes, & incudem, & malleum, duabus minis vendidi, de quibus viximus. Deinde nunc texendo, nunc deducendo ſubtemen, aut ſtamen nendo, aegre paravi nobis cibaria. Te autem, filia mea, alui, ſpem exſpectans.

ΚΟΡ. Τὴν μνᾶν λέγεις;

ΚΡΩΒ. Οὔκ· ἀλλὰ ἐλογιζόμην ὡς τηλικαύτη γενομένη, θρέψεις μὲν ἐμὲ, σεαυτὴν δὲ κατακοσμήσεις ῥαδίως, καὶ πλουτήσεις, καὶ ἐσθῆτας ἕξεις ἁλουργεῖς, καὶ θεραπαίνας.

ΚΟΡ. Πῶς, ἔφης, μῆτερ, ἢ τί λέγεις;

ΚΡΩΒ. Συνοῦσα μὲν τοῖς νεανίσκοις, καὶ συμπίνουσα μετ' αὐτῶν, καὶ συγκαθεύδουσα ἐπὶ μισθῷ.

ΚΟΡ. Καθάπερ ἡ Δάφνιδος θυγάτηρ Λύρα;

ΚΡΩΒ. Ναί.

ΚΟΡ. Ἀλλὰ ἐκείνη ἑταῖρά ἐστιν.

ΚΡΩΒ. Οὐδὲν τοῦτο δεινόν. καὶ σὺ γὰρ πλουτήσεις ὡς ἐκείνη, καὶ πολλοὺς ἐραστὰς ἕξεις. τί ἐδάκρυσας, ὦ Κόριννα; οὐχ ὁρᾷς ὁπόσαι, καὶ ὡς περισπούδαστοί εἰσιν αἱ ἑταῖραι, καὶ ὅσα χρήματα λαμβάνουσι; τὴν Δάφνιδα γοῦν ἐγὼ οἶδα, ὦ φίλη Ἀδράστεια, ῥάκη, πρὶν αὐ-

Cor. De mina dicis?

Crob. Non. Sed ita rationes ſubducebam, te, ubi ad hanc aetatulam perveniſſes, me quidem alituram eſſe, te ipſam vero exornaturam facile, & futuram divitem, & veſtimenta habituram purpurea, atque ancillas.

Cor. Quomodo dicebas, mater? aut quid tibi vis?

Crob. Si cum adoleſcentulis una ſis, & bibas cum illis, & mercede concumbas.

Cor. Ut Lyra illa, filia Daphnidis?

Crob. Ita ſane.

Cor. At illa meretrix eſt.

Crob. Nihil iſtoc mali. Nam tu quoque dives eris, ut iſta, & multos amatores habebis. Quid ploras, Corinna? Non vides, quot, & quanto in honore ſint meretrices, & quas opes accipiant? Daphnidem enim ego novi, o bona Adra-

τὴν ἀκμάσαι τὴν ὥραν, περιβεβλημένην, ἀλλὰ νῦν ὁρᾶς οἷα πρόεισι; χρυσὸς, καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς, καὶ θεράπαιναι τέσσαρες.

ΚΟΡ. Πῶς δὲ ταῦτα ἐκτήσατο ἡ Λύρα;

ΚΡΩΒ. Τὸ μὲν πρῶτον κατακοσμοῦσα ἑαυτὴν εὐπρεπῶς, καὶ εὐσταλὴς οὖσα, καὶ φαιδρὰ πρὸς ἅπαντας, οὐκ ἄχρι τοῦ καγχάζειν ῥαδίως, καθάπερ σὺ εἴωθας, ἀλλὰ μειδιῶσα ἡδὺ καὶ ἐπαγωγὸν, εἶτα προσομιλοῦσα δεξιῶς, καὶ μήτε φενακίζουσα εἴ τις προσέλθοι ἢ προπέμψειε, μήτε αὐτὴ ἐπιλαμβανομένη τῶν ἀνδρῶν. ἢν δέ ποτε καὶ ἀπέλθῃ ἐπὶ δεῖπνον λαβοῦσα μίσθωμα, οὔτε μεθύσκεται, (καταγέλαστον γὰρ, καὶ μισοῦσιν οἱ ἄνδρες τὰς τοιαύτας) οὔτε ὑπερεμφορεῖται τοῦ ὄψου ἀπειροκάλως, ἀλλὰ προσάπτεται μὲν ἄκροις τοῖς δακτύλοις, σιωπῇ δὲ τὰς ἐνθέσεις οὐκ ἐπ' ἀμφοτέρας παραβύεται τὰς γνάθους, πίνει δὲ ἠρέμα, οὐ χανδὸν, ἀλλ' ἀναπαυομένη.

stea! pannis ante vestitam, quam ad maturam viris aetatem pervenisset. Sed nunc vides, qualis prodeat; aurum, vestis florida, ancillae quatuor.

Cor. Quomodo vero illa sibi Lyra paravit?

Crob. Primo quidem decenter se ornavit, bene composita, & iucunda ad omnes, non eo usque, ut in cachinnos facile solveretur, quod tu soles, sed suave quiddam & illecebrosum subridens: deinde dextre versata est *cum hominibus*, ut nec illuderet plane, si quis adiret ipsam vel deduceret, nec vero ipsa viros invaderet. Si quando autem mercede conducta eat in convivium, nec inebriatur, (derisui enim illud opportunum, & oderunt viri, si qua talis sit) neque cibis, tanquam insueta bonarum rerum, se ingurgitat; sed extremis modo digitis attingit, ac silentio *sumit* bucceas, non in utramque malam infercit: bibit autem placide, non uno haustu, sed interquiescens.

ΚΟΡ. Κἂν εἰ διψῶσα, ὦ μῆτερ, τύχοι;

ΚΡΩΒ. Τότε μάλιστα, ὦ Κόριννα, καὶ οὔτε πλέον τοῦ δέοντος φθέγγεται, οὔτε ἀποσκώπτει ἕς τινα τῶν παρόντων, ἐς μόνον δὲ τὸν μισθωσάμενον βλέπει· καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι φιλοῦσιν αὐτήν. καὶ ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι, ἀσελγὲς οὐδὲν, οὐδὲ ἀμελὲς ἐκείνη ἄν τι ἐργάσαιτο, ἀλλὰ ἐξ ἅπαντος ἓν τοῦτο θηρᾶται, ὡς ὑπαγάγοιτο, καὶ ἐραστὴν ποιήσειεν ἐκεῖνον· ταῦτα γὰρ αὐτὴν ἅπαντες ἐπαινοῦσιν. εἰ δὴ καὶ σὺ ταῦτα ἐκμάθοις, μακάριαι καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα. ἐπεὶ τά γε ἄλλα παραπολὺ αὐτῆς. ἄλλο οὐδὲν, ὦ φίλη Ἀδράστειά, φημι, ζώης μόνον.

ΚΟΡ. Εἰπέ μοι, ὦ μῆτερ, οἱ μισθούμενοι πάντες τοιοῦτοί εἰσιν, οἷος ὁ Εὔκριτος, μεθ' οὗ χθὲς ἐκάθευδον;

ΚΡΩΒ. Οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν ἀμείνους, οἱ δὲ καὶ ἤδη ἀνδρώδεις· οἱ δὲ καὶ οὐ πάνυ μορφῆς εὐφυῶς ἔχοντες.

11 Ἀδράστεια) Ἀδράστειαν λέγουσι δαίμονα εἶναι τοῖς πάνυ μεγάλα ἐγκαυχωμένοις ὑποτεμισῶσαν. V.

Cor. Etiamsi forte sitiat, mater?

Crob. Tum vel maxime, mea Corinna. Neque plus, quam opus est, loquitur, neque in praesentium quemquam dicta iacit, sed solum illum, qui se conduxit, adspicit. Et ob haec illi amant ipsam. Et cum cubitum eundum est, nihil illa lascivum, nihil indecens egerit, sed unum illud venatur undique, ut in potestatem illum redigat, & suum faciat amatorem. Propter haec enim omnes illam laudant. Si ergo tu etiam ista discas, beatae nos quoque erimus: quandoquidem, quod ad reliqua, multum tu ista.... Verum nihil, cara Adrastea! dico: vivas solum!

Cor. Dic mihi, mater, qui nos conducunt, omnesne tales sunt, qualis Eucritus, quicum heri cubui?

Crob. Non omnes, sed alii quidem meliores, alii vero iam viriles; alii forma non satis a natura felici.

ΚΟΡ. Καὶ τούτοις συγκαθεύδειν δεήσει;

ΚΡΩΒ. Μάλιστα, ὦ θύγατερ· οὗτοι μέντοι καὶ πλείονα διδόασιν· οἱ καλοὶ δὲ αὐτὸ μόνον, καλοὶ θέλουσιν εἶναι. καὶ σοὶ δὲ μελέτω ἀεὶ τοῦ πλείονος, εἰ θέλεις ἐν βραχεῖ λέγειν ἁπάσας, ἐνδειξάσας σε τῷ δακτύλῳ, οὐχ ὁρᾷς τὴν Κόρινναν τὴν τῆς Κρωβύλης θυγατέρα, ὡς ὑπερπλουτεῖ, καὶ τρισευδαίμονα πεποίηκε τὴν μητέρα; τί φῄς; ποιήσεις ταῦτα; ποιήσεις, οἶδα ἐγώ, καὶ πρόεξεις ἁπασῶν ῥαδίως. νῦν δ' ἄπιθι λουσομένη, εἰ ἀφίκοιτο καὶ τήμερον τὸ μειράκιον ὁ Εὔκριτος· ὑπισχνεῖτο γάρ.

8 Πράξεις ἅπαντα ῥαδίως. G.

Cor. Etiam cum his cubare oportebit?

Crob. Ac maxime, filia: hi quidem plura etiam largiuntur. Formosi vero solum illud, formosi volunt esse. Tibi vero semper sit cura maioris lucri, si vis, brevi tempore mulieres omnes dicere, digito te monstrata, *Nonne vides Crobyles Corinnam filiam? Quam supra fidem dives est, ut ter beatam matrem praestitit!* Quid ais? facies ista? facies, novi ego; & facile principatum tenebis omnium. Nunc vero lotum abi, si forte hodie quoque venerit adolescentulus Eucritus: certe promisit.

VII.

ΜΗΤΗΡ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΡΙΟΝ.

ΜΗΤ. Ἂν ἔτι τοιοῦτον ἐραστὴν εὕρωμεν, ὦ Μουσάριον, οἷος ὁ Χαιρέας ἐστὶ, θῦσαι μὲν τῇ Πανδήμῳ δεή-

MATER ET MUSARIUM.

Mat. Si talem adhuc unum amatorem inveniamus, Musarium, qualis est Chaereas, immolare oportebit Popula-

σει λευκὴν μηκάδα, τῇ Οὐρανίᾳ δὲ, καὶ τῇ ἐν κήποις δάμαλιν ἑκατέρᾳ, στεφανῶσαι δὲ καὶ τὴν πλουτοδότειραν, καὶ ὅλως μακάριαι καὶ τρισευδαίμονες ἐσόμεθα. νῦν ὁρᾷς γοῦν παρὰ τοῦ νεανίσκου ἡλίκα λαμβάνομεν, ὃς ὀβολὸν μὲν οὐδεπώποτέ σοι δέδωκεν, οὐκ ἐσθῆτα, οὐχ ὑποδήματα, οὐ μύρον, ἀλλὰ προφάσεις ἀεὶ, καὶ ὑποσχέσεις, καὶ μακραὶ ἐλπίδες, καὶ πολὺ τὸ ἐὰν ὁ πατὴρ, καὶ εἰ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, καὶ πάντα σά. σὺ δὲ καὶ ὀμωμοκέναι αὐτὸν φῂς, ὅτι νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσεται.

ΜΟΥΣ. Ὤμοσε γὰρ, ὦ μῆτερ, κατὰ ταῖν θεαῖν, καὶ τῆς Πολιάδος.

ΜΗΤ. Καὶ πιστεύεις δηλαδή; καὶ διὰ τοῦτο πρώην οὐκ ἔχοντι αὐτῷ καταθεῖναι συμβολὴν, τὸν δακτύλιον δέδωκας ἀγνοούσης ἐμοῦ· ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε, καὶ πάλιν τὰ δύο περιδέραια τὰ Ἰωνικὰ, ἕλκοντα ἑκάτερον

2 Πλουτοδότειραν) Γῆν. G. 14 Συμβολὴν) Ὁ ἵρανυς. V.

ri *Veneri* albam capellam, Coelesti vero & Hortensi bucu-lam unicuique, & coronare divitiarum donatricem *Iunonem*: atque in universum beatae ac ter felices erimus. Nunc enim vides, quantum accipiamus ab hoc iuvene, qui obolum nondum unum tibi dederit, non vestem, non calceos, non unguentum; sed *apud illum* excusationes semper, & promissiones, & longae spes, & multum illud, *Si pater*, & *Si dominus paternorum fuero!* &, *Tua erunt omnia!* Tu vero etiam iurasse illum tibi dicis, se legitimam sibi uxorem te ductum.

Mus. Iuravit enim, mater, per Liberas & Custodem urbis.

Mat. Tu credis nimirum! & propterea nuper, symbolam, quam daret, non habenti, anulum, imprudente me, dedisti; quem ille venditum abliguriit; & rursus duo illa monilia Ionica, Daricos unumquodque duo pendentia, quae

δύο Δαρεικοὺς, ἃ σοι ὁ Χῖος Πραξίας ὁ ναύκληρος ἐκόμισε ποιησάμενος ἐν Ἐφέσῳ. ἐδεῖτο γὰρ Χαιρέας ἔρανον σὺν ἐφήβοις ἀπενεγκεῖν. ὀθόνας γὰρ καὶ χιτωνίσκους, τί ἂν λέγοιμι; καὶ ὅλως Ἑρμαιόν τι ἡμῖν, καὶ μέγα ὄφελος συμπέπτωκεν οὗτος.

ΜΟΥΣ. Ἀλλὰ καλὸς, καὶ ἀγένειος, καὶ φησὶν ἐρᾷν, καὶ δακρύει, καὶ Δεινομάχης καὶ Λάχητος υἱός ἐστι τοῦ Ἀρεοπαγίτου, καὶ φησὶν ἡμᾶς γαμήσειν, καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, ἢν ὁ γέρων μόνον καταμύσῃ.

ΜΗΤ. Οὐκοῦν, ὦ Μουσάριον, ἐὰν ὑποδήσασθαι δέῃ, καὶ ὁ σκυτοτόμος αἰτῇ τὸ δίδραχμον, ἐροῦμεν πρὸς αὐτὸν, Ἀργύριον μὲν οὐκ ἔχομεν, σὺ δὲ τῶν ἐλπίδων ὀλίγας παρ' ἡμῶν λάβε· καὶ πρὸς τὸν ἀλφιτοπώλην τὰ αὐτά· καὶ ἢν τὸ ἐνοίκιον αἰτῶμεθα, Περίμεινον, φήσομεν, ἐστ' ἂν Λάχης ὁ Κολυττεὺς ἀποθάνῃ· ἀποδώσομεν γάρ σοι μετὰ τοὺς γάμους. οὐκ αἰσχύνῃ μόνῃ τῶν ἑται-

tibi Chius ille Praxias nauclerus attulerat, cum fieri ea Ephesi curasset: oportebat enim Chaeream eranum conferre cum sodalibus, Vela enim & tunicas quid dicam? Sane missus a Mercurio thesaurus, & magnum lucrum hic nobis homo oblatus est.

Mus. Sed pulcher est, & imberbis, & amare se dicit, & lacrimatur, & Dinomaches Lachetisque Areopagitae filius est: & se ducturum nos promittit, & magnas ab eo spes habemus, modo senex *moriens* conniveat.

Mat. Ergo, Musarium, cum opus erit soleis, & postulabit sutor didrachmum, dicemus illi, *Pecuniam quidem non habemus, habe tibi vero aliquantum spei a nobis:* & ad pistorem eadem: & cum mercedem habitationis exigemur, *Exspecta*, dicemus, *dum Laches Colyttea* [tribu] *moriatur: solvemus enim tibi post nuptias.* Nonne te pudet, quae sola mere-

ρῶν οὐκ ἐλλόβιον, οὐχ ὅρμον, οὐ Ταραντινίδιον ἔχουσα;

ΜΟΥΣ. Τί οὖν, ὦ μῆτερ, ἐκεῖναι εὐτυχέστεραί μου, καὶ καλλίους εἰσίν;

ΜΗΤ. Οὐκ, ἀλλὰ συνετώτεραι, καὶ ἴασιν ἑταιρίζειν. οὐδὲ πιστεύουσι ῥηματίοις, καὶ νεανίσκοις ἐπ ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχουσι· σὺ δὲ εἶ πιστὴ, καὶ φίλανδρος, οὐδὲ προσίῃ ἄλλον τινὰ, ὅτι μὴ μόνον Χαιρέαν· καὶ πρώην ὅτε ὁ γεωργὸς ὁ Ἀκαρνανεὺς ἧκε δύο μνᾶς κομίζων, ἀγένειος καὶ αὐτὸς (οἴνου δὲ τιμὴν ἀπειλήφει τοῦ πατρὸς πέμψαντος) σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, καθεύδεις δὲ μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου.

ΜΟΥΣ. Τί οὖν; ἐχρῆν Χειρέαν καταλείψασαν παραδέξασθαι τὸν ἐργάτην ἐκεῖνον κινάβρας ἀπόζοντα; λεῖός μοι, φασὶ, Χαιρέας, καὶ χοιρίσκος Ἀκαρνάνιος.

ΜΗΤ. Ἔστω. ἐκεῖνος ἀγροῖκος, καὶ πονηρὸν ἀποπνεῖ.

tricum nec inaurem, nec monile, nec Tarentinulam habeas?

Mus. Quid ergo, mater, num illae feliciores me aut pulchriores sunt?

Mat. Non: sed prudentiores, & norunt artem meretriciam; neque verbulis credunt, & adolescentulis, in extremis labris iusiurandum habentibus. Tu vero fidelis es, & viri amans, neque admittis quemquam, solum praeter Chaerean: & nuper ille ex Acarnania rusticus cum veniret, imberbis & ipse, minas ferens duas, (vini enim pretium patris missu acceperat) tu illum quidem superbe reiecisti, cubas autem cum tuo Chaerea Adonide.

Mus. Quid ergo? oportebat, relicto Chaerea, recipere operarium istum, hircum olentem? Laevis mihi Chaereas, & porcellus, quod est in proverbio, Acarnanius.

Mat. Esto. Agrestis iste, & male olet. Cur etiam Anti-

τί καὶ Ἀντιφῶντα τὸν Μενεκράτους μνᾶν ὑπισχνούμενον, οὐδὲ τοῦτον ἐδέξω; οὐ καλὸς ἦν, καὶ ἀστεῖος, ἡλικιώτης Χαιρέου;

ΜΟΥΣ. Ἀλλ' ἠπείλησε Χαιρέας ἀποσφάξειν ἀμφοτέρους, εἰ λάβοι με ποτὲ μετ' αὐτοῦ.

ΜΗΤ. Πόσοι δὲ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἀπειλοῦσιν; οὐκοῦν ἀνέραστος σὺ μενεῖς διὰ τοῦτο, καὶ σωφρονήσεις, καθάπερ οὐχ ἑταῖρα, τῆς δὲ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις οὖσα; ἐῶ τἄλλα, σήμερον Ἀλῶα ἐστί· τί δέ σοι δέδωκεν ἐς τὴν ἑορτήν;

ΜΟΥΣ. Οὐκ ἔχει, ὦ μαννάριον.

ΜΗΤ. Μόνος οὗτος οὐ τέχνην εὕρηκεν ἐπὶ τὸν πατέρα, οὐκ οἰκέτην καθῆκεν ἐξαπατήσοντα, οὐκ ἀπὸ τῆς μητρὸς ᾔτησεν ἀπειλήσας ἀποπλευσεῖσθαι στρατευσόμενος, εἰ

9 Σήμερον Ἀλῶα ἐστὶ) Ἀλῶα, ἑορτὴ ἔστιν Ἀθήνησιν, μυστήρια περιέχουσα, Δήμητρος καὶ Κόρης καὶ Διονύσου, ἐπὶ τῇ τομῇ τῆς ἀμπέλου, καὶ τῇ γεύσει τοῦ οἴνου, καὶ τῶν ἄλλων καρπῶν. Φιλόχορος δὲ φησιν ὀνομασθῆναι ἀπὸ τοῦ τότε τοὺς ἀνθρώπους τὰς διατριβὰς περὶ τὰς ἅλως ποιεῖσθαι. V.

phontem, Menecratis filium, qui minam pollicebatur, neque hunc recepisti? non pulcher erat, & urbanus, aequalis Chaereae?

Mus. At minatus erat Chaereas, se interfecturum utrumque, si quando me cum illo deprehendisset.

Mat. Quot vero alii minantur eadem? Num igitur tu amatorum expers manebis propterea, & pudica eris, quasi non meretrix esses, sed legiferae *Cereris* sacerdos. Mitto reliqua: sunt arealia hodie: quid vero dedit tibi diei festi causa?

Mus. Non habet, *quod det*, matercula.

Mat. Solus ille non invenit aliquam ad patrem machinam? non servum immisit deceptorem? non a matre petiit, minatus, se militátum enavigaturum, nisi accipiat? Sed

μὴ λάβοι; ἀλλὰ κάθηται ἡμᾶς ἐπιτρίβων, μήτε αὐτὸς διδοὺς, μήτε παρὰ τῶν διδόντων ἐῶν λαμβάνειν; σὺ δὲ οἴει, ὦ Μουσάριον, ἀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἀεὶ ἔσεσθαι; ἢ τὰ αὐτὰ φρονήσειν Χαιρέαν, ὅταν πλουτῇ μὲν αὐτὰς, ἡ δὲ μήτηρ γάμον πολυτάλαντον ἐξεύρῃ αὐτῷ; μνησθήσεται οἴει τότε τῶν δακρύων, ἢ τῶν φιλημάτων, ἢ τῶν ὅρκων, πέντε ἴσως τάλαντα προικὸς βλέπων;

ΜΟΥΣ. Μνησθήσεται ἐκεῖνος· δεῖγμα δὲ, ὡς οὐδὲ νῦν γεγάμηκεν, ἀλλὰ καταναγκαζόμενος καὶ βιαζόμενος ἠρνήσατο.

ΜΗΤ. Γένοιτο μὴ ψεύδεσθαι, ἀναμνήσω δέ σε, ὦ Μουσάριον, τότε.

desidet, nos atterit, neque dans ipse quidquam, neque accipere ab his, qui offerunt, patiens. Tu vero putas, Musarium, duodeviginti annorum te semper futuram? aut eundem animum fore Chaereae, cum dives ipse erit, mater autem multorum illi talentorum nuptias inveniet? Memor erit tum, putas, lacrimarum, & basiorum, & iurisiurandi, quinque forte dotis talenta ubi viderit?

Mus. Memor sane erit. Argumentum eius rei hoc est, quod nondum duxit uxorem, sed urgentibus, vim quasi parantibus, negavit.

Mat. Utinam non mentiatur! Sed tum te, Musarium, admonebo.

VIII.

ΑΜΠΕΛΙΣ ΚΑΙ ΧΡΥΣΙΣ.

ΑΜΠ. Εἰ τις δὲ, ὦ Χρυσὶ, μήτε ζηλοτυπεῖ, μήτε ὀρ-

AMPELIS ET CHRYSIS.

Amp. Si quis vero, mea Chrysis, neque zolotypus est,

γίζεται; μήτε ἐρράπισέ ποτε, ἢ περιέκειρεν ἢ τὰ ἱμάτια περιέσχισεν, ἔτι ἐραστὴς ἐκεῖνός ἐστιν;

ΧΡΥΣ. Οὐκοῦν ταῦτα μόνα ἐρῶντος, ὦ Ἀμπελὶ, δείγματα;

ΑΜΠ. Ναὶ, ταῦτ' ἀνδρὸς θερμοῦ. ἐπεὶ τἄλλα, φιλήματα, καὶ δάκρυα, καὶ ὅρκοι, καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν, ἀρχομένου ἔρωτος σημεῖον, καὶ φυομένου ἔτι· τὸ δὲ πῦρ ὅλον ἐκ τῆς ζηλοτυπίας ἐστίν. ὥστε εἰ καὶ σὺ, ὡς φῄς, ὁ Γοργίας ῥαπίζει, καὶ ζηλοτυπεῖ, χρηστὰ ἔλπιζε, καὶ εὔχου ἀεὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν.

ΧΡΥΣ. Τὰ αὐτά; τί λέγεις; ἀεὶ ῥαπίζειν με;

ΑΜΠ. Οὐχὶ, ἀλλ' ἀνιᾶσθαι, εἰ μὴ πρὸς μόνον αὐτὸν βλέποις. ἐπεὶ εἰ μὴ ἐρᾷ γε, τί ἂν ἔτι ὀργίζοιτο, εἰ σύ τινα ἕτερον ἐραστὴν ἔχοις;

ΧΡΥΣ. Ἀλλ' οὐδὲ ἔχω ἔγωγε. ὁ δὲ μάτην ὑπέλαβε

neque irascitur, neque alapam inflixit unquam, aut comam abscidit, aut discidit vestem; illene adhuc amator est?

Chrys. Numquid ergo, Ampelis, haec sola amantis argumenta?

Amp. Sane quam calidi viri haec *sunt*. Nam reliqua, oscula & lacrimae, & iusiurandum frequens, & adventus creber, incipientis amoris signum & adhuc nascentis: at ignis totus a zelotypia est. Itaque si te quoque, ut ais, colaphis mulcat Gorgias, & zelotypus est, bona spera, & semper eadem facere illum, opta.

Chrys. Eadem? Quid ais? semper eum mihi dare alapas?

Amp. Non istuc: sed indigne eum ferre, nisi ad ipsum solum respicias. Quandoquidem si non amaret, quid tandem, alium te amatorem habente, irasceretur?

Chrys. Sed neque habeo equidem alium. At ille temere

τὸν πλούσιόν μου ἐρᾷν, διότι ἄλλως ἐμνημόνευσά ποτε αὐτοῦ.

ΑΜΠ. Καὶ τοῦτο ἡδὺ τὸ, ὑπὸ πλουσίων οἴεσθαι σπουδάζεσθαί σε. οὕτω γὰρ ἀνιάσεται μᾶλλον, καὶ Φιλοτιμήσεται, ὡς μὴ ὑπερβάλοιντο αὐτὸν οἱ ἀντερασταί.

ΧΡΥΣ. Καὶ μὴν οὗτός γε μόνον ὀργίζεται, καὶ ῥαπίζει· δίδωσι δὲ οὐδέν.

ΑΜΠ. Ἀλλὰ δώσει· ζηλότυποι γὰρ καὶ μάλιστα λυπηθήσονται.

ΧΡΥΣ. Οὐκ οἶδ' ὅπως ῥαπίσματα λαμβάνειν βούλει με, ὦ Ἀμπελίδιον.

ΑΜΠ. Οὔκ· ἀλλ', ὡς οἶμαι, μεγάλοι ἔρωτες γίγνονται, καὶ εἰ πύθοιτο ἀμελεῖσθαι· εἰ δὲ πιστεῦσαι μόνος ἔχειν, ἀπομαραίνεταί πως ἡ ἐπιθυμία. ταῦτα λέγω πρὸς σὲ, εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἑταιρίσασα· σὺ δὲ ὀκτωκαιδεκαέτης, οἶμαι, ἢ ἔλαττον, οὖσα τυγχάνεις. εἰ

suspicatus est, amari me a divite, eo quod casu quodam illius aliquando mentionem inieci.

Amp. Etiam hoc iucundum, si a divitibus coli te suspicetur: ita enim magis etiam aegre feret, & honorem suum in eo putabit agi, ne rivales ipsum superent.

Chrys. Verum enimvero hic solum irascitur, & infligit alapas, ceterum dat nihil.

Amp. At dabit. Zelotypis enim vel maxime dolet.

Chrys. Nescio, cur alapas accipere me velis, mea Ampelidium.

Amp. Non. Sed, ut arbitror, magni amores etiam sic fiunt, si se putet *amator* negligi. Si vero solus potiri se credat, marcescit quodam modo cupiditas. Haec ad te dico, quae viginti totos annos meretriciam vitam colui, tu vero duodeviginti annos, aut minus etiam vixisti. Si vis, narrabo

βούλει δὲ, καὶ διηγήσομαι ἃ ἔπαθόν ποτε, οὐ πάνυ πρὸ πολλῶν ἐτῶν. ἤρα μου Δημόφαντος ὁ δανειστὴς, ὁ κατόπιν οἰκῶν τῆς Ποικίλης. οὗτος οὐδὲ πώποτε πλέον πέντε δραχμῶν δέδωκε, καὶ ἠξίου δεσπότης εἶναι. ἤρα δὲ, ὦ Χρυσὶ, ἐπιπόλαιόν τινα ἔρωτα, οὔτε ὑποστένων, οὔτε δακρύων, οὔτε ἀωρὶ παραγιγνόμενος ἐπὶ τὰς θύρας, ἀλλ' αὐτὸ μόνον συνεκαθεύδε μοι ἐνίοτε, καὶ τοῦτο διὰ μακροῦ. ἐπειδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλεισα, (Καλλιάδης γὰρ ὁ γραφεὺς ἔνδον ἦν, δέκα δραχμὰς πεπομφὼς) τὸ μὲν πρῶτον ἀπῆλθέ μοι λοιδορησάμενος. ἐπεὶ δὲ πολλαὶ μὲν διῆλθον ἡμέραι, ἐγὼ δὲ οὐ προσέπεμπον, ὁ Καλλιάδης δὲ ἔνδον ἦν αὖθις, ὑποθερμαινόμενος ἤδη τότε ὁ Δημόφαντος, καὶ αὐτὸς ἀναφλέγεται εἰς τὸ πρᾶγμα, καὶ ἐπιστάς ποτε, ἀνεῳγμένην τηρήσας τὴν θύραν, ἔκλαιεν, ἔτυπτεν, ἠπείλει φονεύσειν, περιερρήγνυε τὴν ἐσθῆτα, ἅπαντα ἐποίει, καὶ τέλος τάλαντον δοὺς, μό-

tibi, quae quondam mihi ante annos non ita multos acciderunt. Amabat me Demophantus danista, qui post Poecilen habitat. Hic neque unquam plus quinque drachmis dederat, & herus esse postulabat. Amabat autem, Chrysis, amorem quendam in summo tantum innatantem, nec ingemiscens, neque lacrimans, neque intempesta nocte veniens ad fores; sed solum hoc agebat, ut interdum mecum cubaret, idque sat longis intervallis. Cum vero advenientem aliquando exclusissem, (Calliades enim pictor intus erat, qui drachmas decem miserat) primo quidem conviciatus mihi abiit. Cum vero multis interiectis diebus non mitterem ego; Calliades autem intus esset rursus: tum demum incalescens Demophantus & ipse ad eam rem inflammatur: & cum adstans aliquando apertam observasset ianuam, ploravit, pulsavit, interfecturum se minatus est, vestem discidit, fecit omnia: ac tandem talento dato, so-

νος εἶχεν ὀκτὼ ὅλους μῆνας· ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ πρὸς ἅπαντας ἔλεγεν, ὡς ὑπὸ φαρμάκων ἐκμήναιμι αὐτόν. τὸ δὲ ἦν ἄρα ζηλοτυπία, τὸ φάρμακον. ὥστε, ὦ Χρυσὶ, καὶ σὺ χρῶ ἐπὶ τὸν Γοργίαν τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ. πλούσιος δὲ ὁ νεανίσκος ἔσται, ἤν τι ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάθῃ.

lus me habuit menſes octo integros. Uxor autem ipſius dictare omnibus, me venenis in furorem illum egiſſe: nempe venenum illud zelotypia fuit. Itaque tu etiam, Chryſis, utere eodem in Gorgiam veneno: dives enim erit adoleſcentulus, ſi quid patri illius acciderit.

IX.

ΔΟΡΚΑΣ, ΠΑΝΝΥΧΙΣ, ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ, ΠΟΛΕΜΩΝ.

ΔΟΡΚ. Ἀπολωλαμεν, ὦ κεκτημένη, ἀπολώλαμεν, ὁ Πολέμων ἀπὸ τῆς στρατείας ἀνέστρεψε πλουτῶν, ὥς φασιν· ἑώρακα δὲ κἀγὼ αὐτὸν, ἐφεστρίδα περιπόρφυρον ἐμπεπορπημένον, καὶ ἀκολούθους ἅμα πολλούς. καὶ οἱ φίλοι, ὡς εἶδον, συνέθεον ἐπ' αὐτὸν ἀσπασόμενοι. ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν θεράποντα ἰδοῦσα κατόπιν ἑπόμενον, ὃς συναποδεδημήκει μετ' αὐτοῦ, ἠρόμην, καὶ,

DORCAS, PANNYCHIS, PHILOSTRATUS, POLEMO.

Dorc. Periimus, hera, periimus! E bello rediit Polemo, dives, ut aiunt. Vidi autem illum ipſa quoque: ſagum purpura praetextum fibula confixum habet, & pediſſequos ſimul multos. Et amici ut viderunt, ſalutandi cauſa ad ipſum concurrere: interea famulum conſpicata a tergo ſequentem, qui cum illo peregre abfuerat, interroga-

εἰπέ μοι, ἔφην, ὦ Παρμένων; ἀσπασαμένη πρότερον αὐτὸν, πῶς ἡμῖν ἐπράξατε, καὶ εἴτι ἄξιον τῶν πολέμων ἔχοντες ἐπανεληλύθειτε;

ΠΑΝ. Οὐκ ἔδει τοῦτο εὐθὺς, ἀλλ' ἐκεῖνα, Ὅτι μὲν ἐσώθητε, πολλὴ χάρις τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα τῷ ξενίῳ Διΐ, καὶ Ἀθηνᾷ στρατείᾳ· ἡ δέσποινα δὲ ἐπυνθάνετο ἀεὶ, τί πράττοιτε; καὶ ἔνθα εἴητε; εἰ δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκας, ὡς καὶ ἐδάκρυε, καὶ ἀεὶ ἐμέμνητο Πολέμωνος, ἄμεινον ἦν παραπολύ.

ΔΟΡΚ. Προεῖπον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἅπαντα· πρὸς δέ σε οὐκ ἂν εἶπον, ἀλλὰ ἃ ἤκουσα, ἐβουλόμην εἰπεῖν. ἐπεὶ πρός γε Παρμένωνα οὕτως ἠρξάμην. ἦ που, ὦ Παρμένων, ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κεκτημένη μετὰ δακρύων, καὶ μάλιστα εἴ τις ἐληλύθει ἐκ τῆς μάχης, καὶ πολλοὶ τεθνάναι ἐλέγοντο, ἐσπάραττε τότε τὰς κόμας, καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο, καὶ ἐπένθει πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἑκάστην.

vi, &, cum ſalutaſſem prius, *Dic mihi*, inquam, *Parmeno, ut egiſtis nobis, & utrum dignum quidpiam bellis habentes reverſi eſtis?*

Pan. Non oportebat hoc ſtatim: ſed iſta, *Cum ſalvi rediiſtis, multas gratias agimus Diis, & hoſpitali praeſertim Iovi, & Minervae bellicae. Hera autem ſemper interrogavit, ut ageretis? & ubi eſſetis?* Si vero illud etiam addidiſſes, *Lacrimavit etiam, & ſemper memoriam uſurpavit Polemonis*, multo fuerat melius.

Dorc. Praedixi initio ſtatim haec omnia: apud te vero nolebam *iterum* dicere, ſed ea ſolum, quae audivi. Nempe apud Parmenonem ſic inceperam, *Numquid, Parmeno, tinniebat vobis auris? Semper enim cum lacrimis hera mea meminerat, & maxime ſi quis rediiſſet e proelio, ubi caeſi eſſe multi dicerentur, tum illa comas lacerare, & pectus plangere, & ad unumquemque nuntium lugere.*

ΠΑΝ. Εὖγε, ὦ Δορκὰς, οὕτως ἐχρῆν.

ΔΟΡΚ. Εἶτα ἑξῆς μετ' οὐ πολὺ ἠρόμην ἐκεῖνα. ὁ δὲ πάνυ λαμπρῶς, φησιν, ἀνεστρέψαμεν.

ΠΑΝ. Οὕτω κἀκεῖνος οὐδὲν προειπὼν, ὡς ἐμέμνητό μου ὁ Πολέμων, ἢ ἐπόθει, ἢ ἠύχετο ζῶσαν καταλαβεῖν;

ΔΟΡΚ. Καὶ μάλα πολλὰ τοιαῦτα ἔλεγε. τὸ γοῦν κεφάλαιον ἐξήγγειλε, πλοῦτον πολὺν, χρυσὸν, ἐσθῆτα, ἀκολούθους, ἐλέφαντα. τὸ μὲν γὰρ ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ, ἀπομεμετρημένον πολλοὺς μεδίμνους. εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς Παρμένων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ, μέγιστον, πολύγωνον, καὶ ψῆφος ἐνεβέβλητο τῶν τριχρώμων, ἐρυθρά τε ἦν ἐπιπολῆς. εἴασα δ' οὖν αὐτὸν ἐθέλοντά μοι διηγεῖσθαι ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν, καὶ ὡς ἀπέκτειναν Τηριδάταν τινὰ, καὶ ὡς διέτριψεν ὁ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Πισίδας μάχῃ· καὶ ἀπέδραμόν σοι ταῦτα προσαγγελοῦσα, ὡς περὶ τῶν

Pan. Euge, Dorcas, ita oportebat.

Dorc. Tum deinde non ita multo post ista rogavi. At ille, *Magnifice omnino*, inquit, *redïimus.*

Pan. Itane ille quoque sine prooemio, quam meminisset mei Polemo, aut desiderasset, aut vivam invenire optasset?

Dorc. Omnino multa id genus dixit. Verum caput rei hoc mihi renuntiavit, divitias multas, aurum, vestem, pedissequos, ebur; argentum enim nec numero illum advehere, sed dimensum modio, modios multos. Habebat autem ipse quoque Parmeno anulum parvo in digito, maximum, multiangulum, & gemma in eo de tricoloribus illis, suprema quidem facies rubicunda. Passa ergo sum volentem mihi enarrare, ut, Halye traiecto, Teridatem quendam interfecerint, & ut in proelio contra Pisidas se gesserit Polemo, & haec tibi nuntiatura transcucurri, uti de

παρόντων σκέψαιο. εἰ γὰρ ἐλθὼν ὁ Πολέμων (ἥξει γὰρ πάντως ἀποσεισάμενος τοὺς γνωρίμους) ἀναπυθόμενος, εὕροι τὸν Φιλόστρατον ἔνδον παρ' ἡμῖν, τί οἴει ποιήσειν αὐτόν;

ΠΑΝ. Ἐξευρίσκωμεν, ὦ Δορκὰς, ἐκ τῶν παρόντων σωτήριον· οὔτε γὰρ τοῦτον ἀποπέμψαι καλὸν, τάλαντον ἔναγχος δεδωκότα, καὶ τἄλλα ἔμπορον ὄντα, καὶ πολλὰ ὑπισχνούμενον· οὔτε Πολέμωνα τοιοῦτον ἐπανήκοντα, χρήσιμον μὴ παραδέχεσθαι· προσέτι γὰρ καὶ ζηλότυπός ἐστιν, ὃς καὶ πένομενος ἔτι, πολὺ ἀφόρητος ἦν· νῦν δὲ τί οὐκ ἂν ἐκεῖνος ποιήσειεν;

ΔΟΡΚ. Ἀλλὰ καὶ προσέρχεται.

ΠΑΝ. Ἐκλύομαι, ὦ Δορκὰς, ὑπὸ τῆς ἀπορίας, καὶ τρέμω.

ΔΟΡΚ. Ἀλλὰ καὶ Φιλόστρατος προσέρχεται.

ΠΑΝ. Τίς γένωμαι; πῶς ἄν με ἡ γῆ καταπίοι;

ΦΙΛ. Τί οὐ πίνομεν, ὦ Παννυχί;

omnibus deliberes. Si enim adveniens Polemo, (omnino equidem dimotis familiaribus veniet) resciverit, & intus apud nos esse Philostratum invenerit; quid facturum esse existimas?

Pan. Inveniamus, Dorcas, e're praesenti auxilium. Neque enim dimittere hunc honestum est, qui nuper admodum talentum dederit, mercatorem alioquin & multa pollicitum: neque utile non recipere redeuntem hunc Polemonem. Insuper zelotypus est, qui, cum egeret adhuc, plane erat intolerabilis. Iam vero quid non iste audeat?

Dorc. Sed accedit.

Pan. Deficio animi, Dorcas, prae consilii inopia, & tremo.

Dorc. Verum etiam accedit Philostratus.

Pan. Quid me fiet? Quid si terra mihi dehiscat!

Phil. Cur non potamus, mea Pannychis?

ΠΑΝ. Ἄνθρωπε, ἀπολώλεκάς με. σὺ δὲ χαῖρε, Πολέμων, χρόνιος φανείς.

ΠΟΛ. Οὗτος οὖν τίς ἐστιν ὁ προσιὼν ὑμῖν; σιωπᾶς; εὖγε, οἴχου, ὦ Παννυχί· ἐγὼ δὲ πεμπταῖος ἐκ Πυλῶν ἦλθον ὡ Ἀπ. Τοῦ 732. διέπτην, ἐπειγόμενος ἐπὶ τοιαύτην γυναῖκα. καὶ δίκαια μέντοι πέπονθα, καί σοι χάριν ἔχω, οὐκ ἔτι γὰρ ἁρπασθήσομαι ὑπὸ σοῦ.

ΦΙΛ. Σὺ δὲ τίς εἶ, ὦ βέλτιστε;

ΠΟΛ. Ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεὺς, Πανδίονος φυλῆς, ἀκούεις; χιλιαρχήσας τὸ πρῶτον, νῦν δὲ ἐξαναστήσας πενταχισχίλιαν ἀσπίδα, ἐραστὴς Παννυχίδος, ὅτε ὤμην ἔτι ἀνθρώπινα φρονεῖν αὐτήν.

ΦΙΛ. Ἀλλὰ τὰ νῦν, ὦ ξεναγὲ, Παννυχὶς ἐμή ἐστι, καὶ τάλαντον εἴληφε, λήψεται δὲ ἤδη καὶ ἕτερον, ἐπειδὰν τὰ φορτία διαθώμεθα. καὶ νῦν ἀκολούθει μοι, ὦ Παννυχί. τοῦτον δὲ παρ' Ὀδρύσαις χιλιαρχεῖν ἔα.

Pan. Perdidisti me, homo. Tu vero salve, Polemo. Tarde advenis!

Pol. Iste ergo quis est, qui ad vos accessit? Taces? Euge! periisti, Pannychis! At ego quinto die e Pylis huc advolavi ad talem festinans mulierem. Verum merito hoc mihi accidit. Et gratiam tibi habeo: nec enim amplius a te dispoliabor.

Phil. Tu vero quis es, mi homo?

Pol. Polemo Stiriensis, tribu Pandionia, audin'? qui primum mille armatos duxi, iam quinquies mille hominum agmen ago, amator Pannychidis, cum putarem, illam adhuc humanum sapere.

Phil. Sed ut nunc habet, o dux mercenariorum, mea est Pannychis, & talentum accepit: accipiet autem iam etiam alterum, cum sarcinas disposuerimus. Et iam sequere me, Pannychis: hunc vero mille hominibus praeesse apud Odrysas iube.

ΔΟΡΚ. Ἐλευθέρα μέν ἐστι, καὶ ἀκολουθήσει, ἢν ἐθέλῃ.

ΠΑΝ. Τί ποιῶ, Δορκάς;

ΔΟΡΚ. Ἐσιέναι ἄμεινον, ὀργιζομένῳ οὐκ οἷόν τε παρεῖναι Πολέμωνι, καὶ μᾶλλον ἐπιταθήσεται ζηλοτυπῶν.

ΠΑΝ. Εἰ θέλεις, εἰσίωμεν.

ΠΟΛ. Ἀλλὰ προλέγω ὑμῖν, ὅτι τὸ ὕστατον πίεσθε τήμερον, ἢ μάτην ἐγὼ τοσούτοις φόνοις ἐγγεγυμνασμένος πάρειμι. τοὺς Θρᾶκας, ὦ Παρμένων.

ΠΑΡΜ. Ὡπλισμένοι ἧκον, ἐμφράξαντες τὸν στενωπὸν τῇ φάλαγγι· ἐπὶ μετώπου μὲν τὸ ὁπλιτικὸν, παρ' ἑκάτερα δὲ οἱ σφενδονῆται, καὶ τοξόται, οἱ δὲ ἄλλοι κατόπιν.

ΦΙΛ. Ὡς βρεφυλλίοις ταῦτα, ὦ μισθοφόρε, ἡμῖν λέγεις, καὶ μορμολύττεις· σὺ γὰρ ἀλεκτρυόνα πώποτε ἀπέκτεινας, ἢ πόλεμον εἶδες; ἐρυμάτιον ἐφρούρεις, τά-

Dorc. Libera quidem est, & sequetur, si voluerit.

Pan. Quid agam, Dorcas?

Dorc. Intrasse melius erit. Irato enim adesse Polemoni non convenit: & magis ipsa zelotypia intendetur.

Pan. [*ad Philostratum*] Si vis, intremus.

Pol. Sed praedico vobis, vos ultimum hodie potaturos, aut frustra ego tot caedibus exercitatus adsum. Heus, Parmeno, Thraces *adduc.*

Par. Armati venerunt, phalange obsepsere angiportum: in fronte gravis armatura, in utroque cornu funditores & sagittarii, reliqui in ultima acie.

Phil. Tanquam parvis infantibus ista, mercenarie, dicis? & larva quasi terrere nos postulas? Tu enim gallum gallinaceum an interfecisti unquam? aut bellum vidisti? ca-

χα διμοιρίτης ὢν, ἵνα καὶ τοῦτο προσχαρίσωμαί σοι.

ΠΟΛ. Καὶ μὴν εἴσῃ μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν προσιόντας ἡμᾶς ἐπὶ δόρυ θεάσῃ, στίλβοντας τοῖς ὅπλοις.

ΦΙΛ. Ἥκετε μόνον συσκευασάμενοι. ἐγὼ δὲ, καὶ Τίβιος οὗτος (μόνος γὰρ οὗτος ἕπεταί μοι) βάλλοντες ὑμᾶς λίθοις τε, καὶ ὀστράκοις, οὕτω διασκεδάσομεν, ὡς μηδὲ ὅποι οἴχοισθε, ἔχοιτε εἰδέναι.

1 Διμοιρίτης ὢν) Διμοιρίτης, τούτῳ ἐνίοτε τὸ τριόβολον ἀποδεδώκασιν, ἐπειδὴ τοῦτο δίμοιρον ἐστὶ τῆς δραχμῆς. ὁ οὖν τοῦτο λαμβάνων στρατιώτης διμοιρίτης ἐλέγετο. ἐστι δέ τις καὶ στρατιωτικὴ ἀρχὴ ὁ λοχαγὸς, διὰ τὸ παρ' ἄλλους στρατιώτας δύο μοίρας λαμβάνειν. οἱ δὲ διμοιρίαν καὶ ἡμιλοχίαν ταὐτό φασι. καὶ διμοιρίτης καὶ ἡμιλοχίτης, ὁ ἄρχων τῆς διμοιρίας, καὶ ἡμιλοχίας. V.

stellum forte insedisti, dimidii dux manipuli, ut etiam hoc tibi largiar.

Pol. Quin scies paulo post, ubi accedentes nos protensis hastis videbis, armis fulgentibus.

& accurate singula exquirentibus. Si quem igitur viderem politum doctrina hominem, nuda illi acta, velut tibi modo, enarrabam. Apud stipites vero, & inhiantes narrationi, tragicae quiddam gravitatis de meo adiiciebam; ut hoc, Cum accensus esset rogus, & iam iniecisset se Proteus, motu telluris magno cum mugitu ante facto, evolantem media de flamma vulturem, coelum versus abiisse, humana magna voce clamantem, *Reliqui terram, abeo in Olympum!* Hi ergo obstupescentes cum horrore quodam adorare, & ex me quaerere, *Utrum versus orientem, an ad occidentem volasset vultur?* quibus ego, quidquid in buccam veniret, respondi. Tum in concionem delatus adstiti cano cuidam viro, & fide digno, medius fidius; si vultum spectares cum barba & gravitate reliqua, cum & reliqua narraret de Proteo, & ut vidisset ipsum paulo ante, post combustionem,

ἐν λευκῇ ἐσθῆτι μικρὸν ἔμπροσθεν, καὶ νῦν ἀπολίποι περιπατοῦντα φαιδρὸν ἐν τῇ ἑπταφώνῳ στοᾷ, κοτίνῳ τε ἐστεμμένον· εἶτ' ἐπὶ πᾶσι προσέθηκε τὸν γύπα, διομνύμενος ἢ μὴν αὐτὸς ἑωρακέναι ἀναπτάμενον ἐκ τῆς πυρᾶς· ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι, καταγελῶν τὰ τῶν ἀνοήτων καὶ βλακικῶν τὸν τρόπον.

41 Ἐννόει τὸ λοιπὸν οἷα εἰκὸς ἐπ' αὐτῷ γενήσεσθαι, ποίας μὲν οὐ μελίττας ἐπιστήσεσθαι ἐπὶ τὸν τόπον, τίνας δὲ τέττιγας οὐκ ἐπαγαγέσθαι, τίνας δὲ κορώνας οὐκ ἐπιπτήσεσθαι, καθάπερ ἐπὶ τὸν Ἡσιόδου τάφον· καὶ τὰ τοιαῦτα; εἰκόνας μὲν γὰρ παρά τε Ἠλείων αὐτῶν, παρά τε τῶν ἄλλων Ἑλλήνων, οἷς καὶ ἐπεσταλκέναι ἔλεγον, αὐτίκα μάλα οἶδα πολλὰς ἀναστησομένας. φασὶ δὲ πάσαις σχεδὸν ταῖς ἐνδόξοις πόλεσιν ἐπιστολὰς διαπέμψαι αὐτὸν, διαθήκας τινὰς, καὶ παραινέσεις, καὶ νόμους· καί τινας ἐπὶ τούτῳ πρεσβευτὰς τῶν ἑταίρων ἐχειροτόνησε, νεκραγγέλους καὶ νεκροδρόμους

in veste candida, & modo inambulantem laetum atque hilarem in septem vocum porticu reliquisset, coronatum olea. Deinde post omnia etiam vulturem illum adiecit, iuratus, ipsum se vidisse de rogo evolantem, quem ego paulo ante dimiseram, ut ridiculos faceret amentes homines & moribus stupidos. Ceterum cogita, quae in illo postea futura esse credibile sit: quas non apes in illo loco conventuras? quas non congregaturas se cicadas? quas non cornices involaturas, ut in sepulcrum Hesiodi: & id genus alia? Statuas quidem cum apud ipsos Elienses, tum apud Graecos reliquos, quibus etiam scripsisse dicebant, statim multas staturas ei novi. Aiunt vero, nobilibus oppidis fere omnibus missas ab eo epistolas in praeceptionibus, & adhortationibus, atque legibus. Etiam sodalium nonnullos eius rei causa legatos constituerat, quos mortis nuntios &

προσαγορεύσας. Τοῦτο τέλος τοῦ κακοδαίμονος Πρω- 42
τέως ἐγένετο ἀνδρὸς, ὡς βραχεῖ λόγῳ περιλαβεῖν, πρὸς
ἀλήθειαν μὲν οὐδεπώποτε ἀποβλέψαντος, ἐπὶ δόξῃ δὲ,
καὶ τῷ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνῳ, ἅπαντα εἰπόντος
ἀεὶ, καὶ πράξαντος, ὡς καὶ εἰς πῦρ ἁλέσθαι, ὅτε μηδ'
ἀπολαύειν τῶν ἐπαίνων ἔμελλεν, ἀναίσθητος αὐτῶν
γενόμενος. Ἓν ἔτι σοι προσδιηγησάμενος παύσομαι, ὡς 43
ἔχῃς ἐπιπολὺ γελᾶν. ἐκεῖνα μὲν γὰρ πάλαι οἶσθα εὐ-
θὺς ἀκούσας μου, ὅτε ἥκον ἀπὸ Συρίας διηγουμένου,
ὡς ἀπὸ Τρῳάδος συμπλεύσαιμι αὐτῷ, καὶ τήν τε ἄλ-
λην τὴν ἐν τῷ πλῷ τρυφὴν, καὶ τὸ μειράκιον τὸ ὡραῖον,
ὃ ἔπεισε κυνίζειν, ὡς ἔχοι καὶ αὐτός τινα Ἀλκιβιάδην·
καὶ ὡς ἐπιταραχθείη μὲν τῆς νυκτὸς, ἐν μέσῳ τῷ Αἰ-
γαίῳ γνόφου καταβάντος, καὶ κῦμα παμμέγεθες
ἐγείραντος, ἐκώκυε μετὰ τῶν γυναικῶν ὁ θαυμαστὸς,

1 Τοῦ κακοδαίμονος Πρωτέως ἐγένετο) Πρωτεὺς μὲν τάχα καὶ συγγνωστός, εἰ καὶ ψυχρὰ τῇ συγγνώμῃ, οὕτω τὸν βίον ἀπολιπών· εἰ δὲ τὶς τοῦ τρόπου ἀγάσεται, λόγον μὲν ἐμπορευσάμενον, οὕτω προχείρως ἐκγεγονότα, τοῖς ὕθλοις δὲ καὶ μωρολογίαις τοῦτον ἐσεβηκότα; V.

inferorum cursores appellabat. Hic finis fuit infelicis Protei, viri, qui, ut brevi sermone complectar, ad verum quidem respexerat nunquam, gloriae autem & laudis popularis causa dixerat semper feceratque omnia, adeo ut in ignem etiam insiliret, cum neque frui iam posset laudibus, quippe quarum sensus pervenire ad ipsum non posset. Desinam, cum unum adhuc tibi narravero, ut ridere possis amplius. Illa enim olim nosti, quae statim ex me, cum e Syria venirem, audieris, ut e Troade cum ipso navigaverim, & cum reliquum hominis in illa navigatione luxum, tum formosum illum adolescentulum, quem ad canimam illam vitam traduxerat, ut haberet nimirum ipse quoque aliquem Alcibiadem, & ut perturbatus fuerit, noctu, medio in Aegeo, descendente turbine & fluctum excitante maximum, ploraveritque cum mulierculis vir ad-

44 καὶ θανάτου κρείττων εἶναι δοκῶν. Ἀλλὰ μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς, πρὸ ἐννέα σχεδόν που ἡμερῶν, πλεῖον, οἶμαι, τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν, ἤμεσέ τε τῆς νυκτὸς, καὶ ἐάλω πυρετῷ μάλα σφοδρῷ. ταῦτα δέ μοι Ἀλέξανδρος ὁ ἰατρὸς διηγήσατο, μεταπληθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν· ἔφη οὖν καταλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον, καὶ τὸν φλογμὸν οὐ φέροντα, καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα πάνυ ἐρωτικῶς, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι. καίτοι εἰπεῖν, ἔφη, πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰ πάντως θανάτου δέοιτο, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον. ὥστε καλῶς ἔχειν ἕπεσθαι, μηδὲν τοῦ πυρὸς δεόμενον· τόνδ' οὐ φάναι· Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξος ὁ τρόπος γένοιτ' ἂν, πᾶσι κοινὸς ὤν.

45 Ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος. ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσειε τῷ δριμεῖ φαρμάκῳ. ὁρᾷς; οὐ πάνυ τοὺς ἀμβλυωποῦντας ὁ Αἰακὸς παραδέχεται. ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐπὶ

mirabilis, & qui superior mortis metu esse videretur. Verum paulo ante mortem, novem circiter diebus ante, cum plus quam oportebat, puto, ingurgitasset, & vomuit noctu, & febri correptus est satis vehementi. Haec vero Alexander mihi medicus narravit, qui vocatus erat, ut illum inviseret. Aiebat ergo, se invenisse hominem humi se volutantem, impatientemque aestus, & amatoriis velut blanditiis petentem frigidam: se autem non dedisse: verum illud dixisse, *Si omnino morte opus haberet, ipsam sponte iam venire ad ianuam, itaque bene facere, si illam sequeretur, nec ignem expeteret.* Istum contra dixisse: *At non aeque gloriosum futurum mortis genus, quod omnibus commune esset.* Haec Alexander. Ego vero, & ipse non multis ante mortem diebus inunctum vidi, ut lacrimis motis oculos purgaret acerbo medicamento. Vides? Non sane recipit, qui hebetes oculos habent, Aeacus. Simile hoc est, ut si

σταυρὸν ἀναβήσεσθαι μέλλων, τὸ ἐν τῷ δακτύλῳ πρόσπταισμα θεραπεύοι. τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος, εἰ ταῦτα εἶδε; κατ' ἀξίαν γελάσαι ἂν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. καίτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; σύ δ' οὖν, ὦ Φιλότης, γέλα καὶ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ὁπόταν τῶν ἄλλων ἀκούσῃς θαυμαζόντων αὐτόν.

quis in crucem mox agendus digiti offensionem curet. Quid tibi videtur *facturus fuisse*, si vidisset ista, Democritus? Risissetne, prout dignum est, virum? Quamquam unde tantum illi risus suppetiisset? Tu ergo, amice, ride ipse quoque, & maxime cum alios admirari istum audieris!

Imitatoris opus autumant Jacobi Allg. Schulz. 1828. N° 133. p. 1098.

ΔΡΑΠΕΤΑΙ.

ΑΠΟΛΛΩΝ, ΖΕΥΣ, ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ, ΗΡΑΚΛΗΣ, ΕΡΜΗΣ, ΑΝΔΡΕΣ, ΔΕΣΠΟΤΗΣ, ΟΡΦΕΥΣ, ΔΡΑΠΕΤΗΣ, ΚΑΙ ΥΠΟΔΙΚΟΣ.

1 ΑΠΟΛ. Ἀληθη ταῦτά, φασι, πάτερ, ὡς ἐμβάλοι τὶς αὐτὸν φέρων εἰς τὸ πῦρ, κατέναντι Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀγεννὴς θαυματοποιὸς τὰ τοιαῦτα; ἡ Σελήνη γὰρ ἡμῖν διηγεῖτο, αὐτὴ ἑωρακέναι καιόμενον λέγουσα.

ΖΕΥΣ. Καὶ πάνυ ἀληθῆ, ὦ Ἄπολλον, ὡς μήποτε γενέσθαι ὤφελεν.

ΑΠΟΛ. Οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν, καὶ ἀνάξιος ἐν πυρὶ ἀπολωλέναι;

8 Ἡ Σελήνη) Bene Apollo inducitur non vidisse spectaculum hoc, quia Sol est Apollo: & hoc circiter noctem mediam [ἡ σελήνη γὰρ ἡμῖν.] Nam in praecedenti sermone est, (c. 36) καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτειλεν. ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι. G.

FUGITIVI.

APOLLO, IUPPITER, PHILOSOPHIA, HERCULES, MERCURIUS, VIRI, DOMINUS, ORPHEUS, FUGITIVUS, HOSPES.

Apol. VERANE narrant ista, pater, fuisse, qui in ignem se coniiceret in celebritate Olympiorum, iam senem hominem, nec ignavum ad talia portentorum artificem? Luna enim nobis narravit, quae ardentem se vidisse diceret.

Iup. Vera omnino sunt, Apollo: quae utinam facta nunquam essent!

Apol. Adeone bonus erat senex, atque indignus, qui igni periret?

ΖΕΥΣ. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως· ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν μὲν τὴν ἀηδίαν μέμνημαι ἀνασχόμενος τότε ὑπὸ κνίσσης πονηρᾶς, οἵαν εἰκὸς ἀποφέρεσθαι ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων. εἰ γοῦν μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν ὡς εἶχον εὐθὺς ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολώλειν ἂν, εὖ ἴσθι, ἀτοπίᾳ τοῦ καπνοῦ· καὶ ὅμως ἐν τοσαύτῃ εὐωδίᾳ, καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἀρωμάτων, καὶ ἐν λιβανωτῷ παμπόλλῳ, μόλις αἱ ῥῖνες ἐπιλαθέσθαι μοι καὶ ἀπομαθεῖν ἤθελον τὴν κηλῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς, ἀλλὰ καὶ νῦν ὀλίγου δέω ναυτιᾶν, ὑπομνησθεὶς αὐτῆς.

ΑΠΟΛ. Τί δὲ βουλόμενος, ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα εἴργασται ἑαυτόν; ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπανθρακωθῆναι ἐμπεσὼν εἰς τὴν πυράν; 2

ΖΕΥΣ. Τοῦτο μὲν οὐκ ἂν, ὦ παῖ, φθάνοις καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν, ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας ἥλατο καὶ αὐτὸς ἐν Σικελίᾳ.

Iup. Etiam illud forte *ita se habuerit.* At ego multam me tum perferre iniucunditatem memini a malo illo nidore, qualem sursum ferri naturale est ab assatis corporibus humanis. Nisi enim in Arabiam statim, ut habebam, abiissem, perieram, bene noris, a fumo teterrimo. Et tamen in tanta suaveolentia, & copia aromatum, in ture adeo multo, vix mihi obliviſci nares ac dediscere voluerunt illam odoris labem. Sed nunc etiam parum abest, quin nauseem ad illius memoriam.

Apol. Quid vero voluit, Iuppiter, quod haec in se designavit? aut quid boni in eo inest, si quis in rogum desiliens mutetur in carbones?

Iup. Hac in re evitare non potes, quin ante ipsum Empedocli crimen intentes, qui in crateras ipse quoque in Sicilia desiliit.

ΑΠΟΛ. Μελαγχολίαν τινὰ δεινὴν λέγεις. αὐτὰρ οὗτός γε τίνα ποτὲ ἄρα τὴν αἰτίαν ἔσχε τῆς ἐπιθυμίας;

ΖΕΥΣ. Αὐτοῦ σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀπολογούμενος πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς τε-
3 λευτῆς. ἔφη γάρ, εἴγε μέμνημαι. Ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ πρόσεισι τεταραγμένη καὶ δακρύουσα, πάνυ ἀδικουμένῃ ἐοικυῖα; μᾶλλον δὲ Φιλοσοφία ἐστὶ, καὶ τοὔνομά γε τοὐμὸν ἐπιβοᾶται σχετλιάζουσα. τί, ὦ θύγατερ, δακρύεις; ἢ τί ἀπολιποῦσα τὸν βίον ἐλήλυθας; ἆρα μὴ οἱ ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι ὡς τὸ πρόσθεν, ὅτε τὸν Σωκράτη ἀπέκτειναν ὑπὸ Ἀνύτου κατηγορηθέντα, εἶτα φεύγεις διὰ τοῦτο αὐτούς;

ΦΙΛ. Οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ πάτερ, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν, ὁ πολὺς λεὼς, ἐπῄνουν, καὶ διὰ τιμῆς ἦγον αἰδούμενοι, καὶ θαυμάζοντές με, καὶ μονονουχὶ προσκυνοῦντες, εἰ καὶ μὴ σφόδρα ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι. οἱ δὲ, πῶς ἂν εἴ-

Apol. Terribilem mihi melancholiam narras. Verum hic quam tandem illius cupiditatis causam habuit?

Iup. Ipsius tibi orationem referam, quam in conventu habuit, cum causam apud illos mortis suae diceret. Dixit enim, si bene memini... Sed quaenam ista contente ad nos accedens perturbata & lacrimans, iniuriam magnam passae similis? Quin Philosophia est, & nomen meum miserabili voce inclamat. Quid, mea filia, ploras? aut quid relicto seculo huc venisti? Numquid denuo contra te machinati aliquid sunt imperiti, ut olim, cum accusatum ab Anyto Socratem interfecere? tum tu propterea illos fugis?

Phil. Nihil tale, pater. Sed illi quidem, vulgus promiscuum, laudarunt & in honore me cum veneratione atque admiratione habuerunt, ac tantum non adorarunt, etsi non valde, quae dicerem, intelligerent. Verum isti, quo-

ποιμι; οἱ ξυνήθεις καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι, καὶ τοὔνομα τοὐμὸν ὑποδυόμενοι, ἐκεῖνοί με τὰ δεινότατα εἰργάσαντο.

ΖΕΥΣ. Οἱ φιλόσοφοι ἐπιβουλήν τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι; 4

ΦΙΛ. Οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, οἵγε ξυνηδίκηνταί μοι καὶ αὐτοί.

ΖΕΥΣ. Πρὸς τίνων οὖν ἠδίκησαι, εἰ μήτε τοὺς ἰδιώτας, μήτε τοὺς φιλοσόφους αἰτιᾷ;

ΦΙΛ. Εἰσί τινες, ὦ Ζεῦ, ἐν μεταιγμίῳ τῶν τε πολλῶν, καὶ τῶν φιλοσοφούντων, τὸ μὲν σχῆμα, καὶ βλέμμα, καὶ βάδισμα, ἡμῖν ὅμοιοι, καὶ κατὰ ταὐτὰ ἐσταλμένοι· ἀξιοῦσι γοῦν ὑπ' ἐμοὶ τάττεσθαι, καὶ τοὔνομα τὸ ἡμέτερον ἐπιγράφονται, μαθηταὶ, καὶ ὁμιληταὶ, καὶ θιασῶται ἡμῶν εἶναι λέγοντες· ὁ βίος δὲ αὐτῶν παμμίαρος, ἀμαθίας, καὶ θράσους, καὶ ἀσελ-

modo illos vocem? qui se familiares meos & amicos esse aiunt, & nominis mei larvam induunt, illi ergo pessime me tractarunt.

Iup. Philosophi igitur contra te aliquid machinati sunt?

Phil. Non, pater. Hi enim & ipsi iniuria mecum affecti sunt.

Iup. A quibus ergo iniuriam accepisti, si neque indoctos accusas, neque philosophos?

Phil. Sunt quidam, Iuppiter, interiecti, velut inter utramque aciem, inter vulgus & philosophos, habitu, oculorum coniectu, incessu, nobis similes, & eadem ratione compositi. Postulant enim meis in castris militare, & nostrum sibi nomen inscribunt, discipulos se, & familiares, & sodales nostros dicunt: at vita illorum impurissima, inscitia, au-

γείας ἀνάπλεως, ὕβρις οὐ μικρὰ καθ' ἡμῶν· ὑπὸ τούτων, ὦ πάτερ, ἠδικημένη πέφευγα.

5 ΖΕΥΣ. Δεινὰ ταῦτα, ὦ θύγατερ. ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε;

ΦΙΛ. Σκόπει, ὦ πάτερ, εἰ μικρά. σὺ γὰρ κατιδὼν τὸν βίον ἀδικίας καὶ παρανομίας μεστὸν, ἅτε ἀμαθίᾳ καὶ ὕβρει ξυνόντα, καὶ ταραττόμενον ὑπ' αὐτῶν, κατελεήσας τὸ ἀνθρώπινον ὑπὸ τῇ ἀγνοίᾳ ἐλαυνόμενον, ἐμὲ κατέπεμψας, ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι, ὡς παύσαιντο μὲν ἀδικοῦντες ἀλλήλους, καὶ βιαζόμενοι, καὶ ὅμοια τοῖς θηρίοις βιοῦντες· ἀναβλέψαντες δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἰρηνικώτερον ξυμπολιτεύοιντο. ἔφης γοῦν πρὸς μὲ καταπέμπων, ἃ μὲν πράττουσιν ἄνθρωποι, καὶ ὡς διάκειται ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, ὦ θύγατερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾷς· ἐγὼ δὲ, ἐλεῶ γὰρ αὐτοὺς, σὲ, ἣν μόνην ἰάσασθαι ἂν

dacia, libidine, plena: quae non parva eſt in nos contumelia. Ab hiſce, pater, laeſa profugi.

Iup. Dura haec ſane, filia. Sed qua in re maxime te laeſerunt?

Phil. Vide, pater, parvane ſint? Tu enim cum videres ſeculum iniuſtitia & iniquitate plenum, quod cum inſcitia & contumelia verſaretur, & ab iis perturbaretur; miſeratus humanum genus, ab ignorantia agitatum, me demiſiſti, cui praeceperas, uti curam agerem, quo deſinerent mutuis ſe iniuriis afficere, & vim facere, & ſimilem feris beſtiis vitam agere; ſed oculis ad verum converſis, magis pacatam inter ſe civitatem haberent. Dicebas enim, me cum demitteres, *Quae agant homines, & quomodo ab inſcitia affecti ſint, ipſa vides, mea filia! Ego autem, qui illorum miſericordia tangar, te, quam ſolam mederi poſſe his, quae fiunt,*

τὰ γιγνόμενα οἶμαι, προκρίνας ἐξ ἁπάντων ἡμῶν, πέμπω ἱασομένην.

ΖΕΥΣ. Οἶδα πολλὰ καὶ τοιαῦτα εἰπὼν τότε· σὺ δὲ 6
τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη λέγε, ὅπως μὲν ὑπεδέξαντό σε καταπταμένην τὸ πρῶτον, ἅ τινα δὲ νῦν ὑπ' αὐτῶν πέπονθας.

ΦΙΛ. Ἤῖξα μέν, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς, ἀλλ' ὅπερ ἐδόκει μοι χαλεπώτερον τοῦ ἔργου εἶναι, τὸ βαρβάρους παιδεύειν, καὶ διδάσκειν, τοῦτο πρῶτον ἠξίουν ἐργάσασθαι· τὸ Ἑλληνικὸν δὲ εἴων ὡς ῥᾷστον ὑποβαλέσθαι, καὶ τάχιστα, ὥς γε ᾤμην, ἐνδεξόμενον τὸν χαλινὸν οἷόν τε, καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα εἰς Ἰνδοὺς τὸ πρῶτον, ἔθνος μέγιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, οὐ χαλεπῶς ἔπεισα καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ συνεῖναι· ὥστε καὶ γένος ὄλβιον οἱ Βραχμᾶνες τοῖς Νεχραίοις καὶ Ὀξυδράκαις ὅμοροι, οὗτοι πάντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται, καὶ βιοῦσί γε κατὰ τὰ

arbitrer, ex omni noſtro numero delectam demitto, ut ſanes.

Iup. Scio, multa me & talia tum dixiſſe. Tu iam dic, quomodo te receperint primum advolantem, & quae nunc ab illis patiaris.

Phil. Properabam, pater, non ſtatim ad Graecos; ſed, quae videbatur mihi difficilior operis *pars* eſſe, inſtituere ac docere barbaros, illam primum volebam perficere. Omiſſis *ergo interim* Graecis, quos faciles ad ſubigendum putabam, & celerrime recepturos frena, & iugo ſubmittendos: ad Indos primum excurri, maximam orbis gentem, nec difficulter iis perſuaſi, ut deſcendentes ſuis ab elephantis mecum verſarentur; adeo ut beata illa gens Brachmanes, qui in Nechraeorum & Oxydracarum confiniis colunt, omnes iam mihi militent, & meis ex praeceptis vivant,

ἡμῖν δοκοῦντα, τιμώμενοι πρὸς τῶν περιοίκων ἁπάντων, καὶ ἀποθνήσκουσι παράδοξόν τινα τοῦ θανάτου τρόπον.

7 ΖΕΥΣ. Τοὺς γυμνοσοφιστὰς λέγεις. ἀκούω γοῦν τάτε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. ἀλλ' οὐ μέγα τοῦτο· ἔναγχος γοῦν καὶ Ὀλυμπιάσι τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γενόμενον, εἰκὸς δὲ καί σε παρεῖναι, καιομένου τότε τοῦ γέροντος.

ΦΙΛ. Οὐδὲ ἀνῆλθον, ὦ πάτερ, εἰς Ὀλυμπίαν, δέει τῶν καταράτων ἐκείνων, οὓς ἔφην, ὅτι πολλοὺς αὐτῶν ἑώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαιντο τοῖς ξυνεληλυθόσι, καὶ βοῆς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες,

8 ὥστε οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε. Μετὰ γοῦν τοὺς Βραχμᾶνας, εἰς Αἰθιοπίαν εὐθὺς, εἶτα εἰς Αἴγυπτον κατέβην, καὶ ξυγγενομένη τοῖς ἱερεῦσι, καὶ προφήταις

12 Τὸν ὀπισθόδομον) Ὀπισθόδομος μέρος τῆς ἀκροπόλεος τῶν Ἀθηναίων, ἔνθα ἦν τὸ ταμεῖον ὄπισθεν τοῦ τῆς Ἀθηνᾶς ναοῦ, ἐν ᾧ ἀπετίθεντο τὰ χρήματα. V.

qua de causa magno in honore sunt apud omnes vicinos. Hi miro quodam mortis genere moriuntur.

Iup. Gymnosophistas dicis. Audio enim & reliqua de illis, & hoc quoque, maximo illos rogo conscenso, urendos se praebere, neque quidquam de habitu aut positu *membrorum* mutare. Sed nihil hoc magnum: nuper enim Olympiae simile quid fieri ego vidi: credibile autem, te quoque affuisse tum, cum senex arderet.

Phil. Neque accessi, pater, Olympiam, metu sacerrimorum hominum, quos dixi, quod multos illorum viderem eo ire, uti maledicerent ibi congregatis, clamosoque suo latratu posticum templi implerent: igitur neque vidi illum, quomodo sit mortuus. Post Brachmanes ergo statim in Aethiopiam, ac deinde in Aegyptum descendi, & versata ibi cum sacerdotibus illorum ac Prophetis, cum divi-

αὐτῶν, καὶ τὰ θεῖα παιδεύσασα, ἐς Βαβυλῶνα ἀπῆ-
ρα, Χαλδαίους καὶ μάγους μυήσουσα, εἶτα ἐς Σκυ-
θίαν ἐκεῖθεν, εἶτα ἐς Θρᾴκην, ἔνθα μοι Εὔμολπός τε
καὶ Ὀρφεὺς συνεγενέσθην, οὓς καὶ προαποστείλασα
ἐς τὴν Ἑλλάδα, τὸν μὲν, ὡς τελέσειεν αὐτοὺς, τὸν Εὔ-
μολπον, (ἐμεμαθήκει γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν ἅπαν-
τα) τὸν δὲ, ὡς ἐπᾴδων προσβιάζοι τῇ μουσικῇ, κατὰ
πόδας εὐθὺς εἱπόμην. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐλθοῦ- 9
σαν, οὔτε πάνυ ἠσπάσαντο οἱ Ἕλληνες, οὔτε ὅλως
ἀπέκλεισαν· κατ' ὀλίγον δὲ προσομιλοῦσα, ἑπτὰ ἐκ
τῶν ἁπάντων ἑταίρους καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην,
καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου, καὶ ἄλλον ἐξ Ἐφέσου, καὶ
Ἀβδηρόθεν ἄλλον, ὀλίγους παντάπασι. Μεθ' οὓς τὸ 10
σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρενεφύετο, οὔτε

10 Ἑπτὰ ἐκ τῶν ἁπάντων) Τοὺς ἑπτὰ λεγομένους σοφούς· Πιττακὸν, Βίαντα, Θάλητα, Περίανδρον, Κλεόβουλον, Χίλωνα, Σόλωνα. V. In altero *Vossiano* maiore idem Scholion sic: Οἱ ἑπτὰ οὗτοι, Πιττακὸς, Βίας, Θαλῆς, Περίανδρος, Κλεόβουλος, Χίλων, Σόλων.

12 Καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου) Ἐκ Σάμου, Πυθαγόραν τὸν Μνησάρχου. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτον. ἐξ Ἀβδήρων Δημόκριτον. ἄμφω δὲ φυσικὼ φιλοσόφω ἤστην. V. In *Voss.* altero sic: Ἐκ Σάμου Πυθαγόρας. ἐξ Ἐφέσου Ἡράκλειτος. ἐξ Ἀβδήρων. [καὶ ἄλλον] Ἡράκλειτον. [ἄλλον] Δημόκριτον.

ibid. Ἐκ Σάμου) Πυθαγόρας. V. alter.

13 Ἀβδηρόθεν) Ἐξ Ἀβδήρων. G.

na eos docuissem, Babylonem perrexi, ut Chaldaeos & Magos initiarem: tum inde in Scythiam; deinde in Thracen, ubi Eumolpus & Orpheus mecum fuere. Quos etiam praemissos in Graeciam, alterum ut illos initiaret, Eumolpum, (didicerat enim a me divina omnia) alterum ut canendo musices ope vim afferret *animis*, e vestigio statim consecuta sum. Ac primum quidem advenientem neque vehementer amplexi sunt Graeci, neque plane excluserunt. Paulatim vero alloquio meo septem ex omnibus sodales ac discipulos mihi conciliavi, & ex Samo alium, & alium Epheso, & Abdera alium, paucos omnino. Post quos Sophistarum mihi populus, nescio quomodo, adhaesit, neque

ζηλοῦν τὰμὰ ἐς βάθος, οὔτε κομιδῇ ἀπᾴδον, ἀλλ' οἷον τὸ Ἱπποκενταύρων γένος, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, οὔτε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσεχόμενον, οὔτε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον λημῶντες ὑπὸ τοῦ ἀμβλυώττειν ἀσαφές τι, καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν εἴδωλον, ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόντες ἄν. οἱ δὲ ᾤοντο ἀκριβῶς πάντα κατανενοηκέναι. ὅθεν παρ' αὐτοῖς ἡ ἀχρεῖος ἐκείνη, καὶ περιττὴ σοφία, καὶ, ὡς αὐτοὶ ᾤοντο, ἀπρόσμαχος ἀνεφλέγετο, αἱ κομψαὶ, καὶ ἄποροι, καὶ ἄτοποι ἀποκρίσεις, καὶ δυσέξοδοι, καὶ λα-
11 βυρινθώδεις ἐρωτήσεις. Εἶτα κωλυόμενοι, καὶ ἐλεγχόμενοι πρὸς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν, ἠγανάκτουν, καὶ συνίσταντο ἐπ' αὐτοὺς, καὶ τέλος, δικαστηρίοις ὑπῆγον, καὶ παρεδίδοσαν πιομένους τοῦ κωνείου. ἐχρῆν μὲν οὖν ἴσως τότε φυγεῖν εὐθὺς, καὶ μηκέτι ἀνέχεσθαι

6 Ἀμυδρὸν) Ἀφανὲς, σκοτεινόν. V.

10 Ἀπρόσμαχος) Ἀκαταγώνιστος. V.

aemulatus profunde mea placita, neque omnino ab iis abhorrens; ſed, velut Hippocentaurorum genus, compoſitum quiddam & mixtum, inter impoſturam & philoſophiam medium oberrans, neque ignorantiae plane adhaerens, neque in nos defigere intentos oculos auſum; ſed velut lippientes, prae heberudine viſus obſcurum quoddam & evanidum noſtri ſimulacrum aut umbram forte nonnunquam videntes. At iſti accurate omnia ſe noſſe arbitrabantur. Unde apud illos inutilis illa ac ſuperflua ſapientia, &, ut ipſi putabant, invicta, accendebatur: comtulae illae, & dubitabiles, & inexſpectatae reſponſiones, & exitum non habentes labyrinthiſque ſimiles reſponſiones. Deinde prohibiti ac reprehenſi a meis ſodalibus, indigne ferre & adverſus illos coire, ac tandem in ius cogere, & eo dare, ubi cicutam biberent. Oportebat forte tum ſtatim fugere,

τὴν συνουσίαν αὐτῶν· νῦν δὲ Ἀντισθένης με, καὶ Διογένης, καὶ μετὰ μικρὸν Κράτης, καὶ Μένιππος, οὗτοι ἔπεισαν ὀλίγον ἐπιμετρῆσαι τῆς μονῆς· ὡς μή ποτε ὤφελον· οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἐπεπόνθειν ὕστερον.

ΖΕΥΣ. Οὐδέπω μοι λέγεις, ὦ Φιλοσοφία, τίνα 12
ἠδίκησαι, ἀλλὰ ἀγανακτεῖς μόνον.

ΦΙΛ. Καὶ μὴν ἄκουε, ὦ Ζεῦ, ἡλίκα ἐστί· μιαρὸν γάρ τι φῦλον ἀνθρώπων, καὶ ὡς τὸ πολὺ δουλικὸν, καὶ θητικὸν, οὐ ξυγγενόμενον ἡμῖν ἐκ παίδων ὑπ' ἀσχολίας· ἐδούλευε γὰρ, ἢ ἐθήτευεν, ἢ ἄλλας τέχνας, οἵας εἰκὸς τοὺς τοιούτους, ἐμάνθανε, σκυτεύειν, ἢ τεκταίνειν, ἢ περὶ πλυνοὺς ἔχειν, ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ, καὶ εὐμήρυτα, καὶ καταγάγοιτο εὐμαρῶς, ὁπότε ἢ κρόκην ἐκεῖναι στρέφοιεν, ἢ μίτον κλώθοιεν. τοιαῦτα τοίνυν ἐν παισὶ μελετῶντες, οὐδὲ ὄνο-

nec amplius illorum ferre consuetudinem. Iam vero Antisthenes & Diogenes, & paulo post Crates, & Menippus, hi, inquam, mihi persuasere, ut paulum adhuc morae quasi corollarium adiicerem: quod utinam non fecissem! Neque enim tot deinde mala subiissem.

Iup. Nondum mihi dicis, Philosophia, quam iniuriam passa sis, sed indignaris tantum.

Phil. Quin tu audi, Iuppiter, quid sit. Impurum enim quoddam genus hominum, & plerumque servile atque mercenarium, non otiose nobiscum a pueritia inde versatum: servitutem enim serviit, aut mercede opus fecit, aut artes alias, quales cadunt in tales, didicit, cerdoniam, fabrilem, fulloniam, quae in lanis carpendis versatur, ut facilius deinde eae tractentur a feminis, sintque ad nendum & deducendum commodiores, quoties vel tramam illae torquere, vel nere licium volunt. Haec ergo isti puerili

μα τὸ ἡμέτερον ἠδέσαν. ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο, καὶ κατεῖδον τὴν αἰδῶ, ὅση παρὰ τῶν πολλῶν ἐστι τοῖς ἑταίροις τοῖς ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τὴν παῤῥησίαν τὴν αὐτῶν, καὶ χαίρουσι θεραπευόμενοι, καὶ συμβουλεύουσι πείθονται, καὶ ἐπιτιμώντων ὑποπτήσσουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα οὐ
13 μικρὰν ἡγοῦντο εἶναι. Τὸ μὲν δὴ μανθάνειν ὅσα τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει πρόσφορα, μακρὸν ἦν· μᾶλλον δὲ κομιδῇ ἀδύνατον. αἱ τέχναι δὲ γλίσχραι, καὶ σὺν πόνῳ, καὶ μόγις ἱκανὰ παρέχειν ἐδύναντο. ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρὺ, καὶ ὥσπερ οὖν ἐστιν, ἀφόρητον ἐφαίνετο. ἔδοξεν οὖν σκοπουμένοις, τὴν ὑστάτην ἀγκύραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοι φασὶ, καθιέναι· καὶ ἐπὶ τὴν βελτίστην ἀπόνοιαν ὁρμίσαντες, ἔτι τε καὶ τόλμαν, καὶ ἀμαθίαν, καὶ ἀναισχυντίαν προσκαλέσαντες, εἴπερ

8 Πρόσφορα) Πρόσφορα, χρήσιμα, οἰκεῖα, ἁρμόδια, ἐπιτήδεια. V.
9 Γλίσχρα) Ταπεινά. V.

aetate meditati, neque nomen noſtrum noverant. Cum vero ad virilem aetatem perveniſſent, animadverſa, quae meis ſodalibus a multitudine habetur, reverentia, & ut ſuſtinent homines illorum in dicendo fiduciam, & curari ſe gaudent, & conſulentibus obſequuntur, & reprehendentibus timide concedunt, regnum non parvum arbitrabantur eſſe haec omnia. Ac diſcere quaecunque huic inſtituto vitae conveniunt, longum fuerit, aut potius plane illis negatum eſt. Artes parcae, & cum labore, & vix tamen vel ſic praeſtare, quod ſatis eſſet, poterant. Quibuſdam etiam grave ſervitutis onus, &, ut eſt, intolerabile viſum. Conſiderantibus ergo placuit, ultimam ancoram, quam ſacram appellant nautae, demittere: firmanteſque *navim* in praeclara illa amentia, advocatis inſuper audacia, inſcitia, atque impudentia, quae maxime hoc illis cer-

αὐτοῖς μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν, καὶ ἀνὰ στόμα ταύτας μόνας ξυμβολὰς ἔχοντες. ὁρᾷς ὁποῖα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια; σχηματίζουσι, καὶ μετακοσμοῦσιν αὐτοὺς εὖ μάλα εἰκότως, καὶ πρὸς ἐμὲ οἷόν τι ἀμέλει ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον, ὃς λεοντὴν περιβαλλόμενος, καὶ τραχὺ ὀγκώμενος, ἠξίου λέων καὶ αὐτὸς εἶναι, καί που τινὲς καὶ ἦσαν ἴσως οἱ πιστεύοντες αὐτῷ. Τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾷστα, ὡς οἶσθα, 14
καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα, (τὰ προφανῆ λέγω) καὶ οὐ πολλῆς τῆς πραγματείας δεῖ τριβώνιον περιβαλέσθαι, καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι, καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν, καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι, ἢ ὑλακτεῖν, καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασι. τὴν ἀσφάλειαν γὰρ αὐτοῖς τοῦ μηδὲν ἐπὶ τούτῳ παθεῖν, ἡ πρὸς τὸ σχῆμα αἰδὼς παρέξειν ἔμελλεν. ἡ ἐλευθερία δὲ πρόχειρος, ἄκοντος τοῦ δεσπότου, κἂν εἰ βούλοιτο ἀπάγειν, παταχθησομένου τῷ ξύλῳ. καὶ τὰ

tamen adiuvant, noviſque excogitatis conviciis, ut praeſto ſtatim & in ore ſint: has ergo ſymbolas ſolas cum habeant, (viden' qualia ad philoſophiam viatica?) figuram ſumunt ornatumque decentem, mihique quam ſimillimum: nimirum quale quid feciſſe ait Aeſopus illum Cumis aſinum, qui leonina circumpoſita aſperum rudens, leo & ipſe eſſe poſtulabat. Ac forte erant alicubi, qui fidem illi haberent. Noſtra vero facilia omnino, ut noſti, & ad imitandum expedita; de manifeſtis illis dico: nec multum negotii eſt palliolo amiciri, & peram geſtare ſuſpenſam, & clavam in manu habere, & clamare, vel rudere potius aut latrare, & maledicere omnibus. Quippe ſecuritatem illis nihil ob eam rem patiendi ipſa habitus praeſtitura videbatur reverentia: porro in promtu eſt, invito etiam domino, libertas, qui ſi aſſerere audeat, fuſti percutiatur. Cibus au-

ἄλφιτα οὐκ ἔτ' ὀλίγα, οὐδὲ ὡς πρὸ τοῦ μάζα ψιλή. τὸ δὲ ὀψώνιον, οὐ τάριχος, ἢ θύμον, ἀλλὰ κρέα παντοδαπὰ, καὶ οἶνος, οἷος ἥδιστος, καὶ χρυσίον παρ' ὅτου ἂν ἐθέλωσι· δασμολογοῦσι γὰρ ἐπιφοιτῶντες, ἢ, ὡς αὐτοί φασιν, ἀποκείρουσι τὰ πρόβατα, δώσειν τε πολλοὺς οἴονται, ἢ αἰδοῖ τοῦ σχήματος, ἢ δέει τοῦ μὴ ἀκοῦσαι κακῶς. Καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ἑώρων, οἶμαι, ὡς ἐξίσου καταστήσονται τοῖς ὀρθῶς φιλοσοφοῦσιν. οὐδέ τις ὁ δικάσων, καὶ διακρινῶν τὰ τοιαῦτα, ἔσται, ἢν μόνον τὰ ἔξω ᾖ ὅμοια. ἀρχὴν γὰρ οὐδὲ τὸν ἔλεγχον δέχονται, ἢν ἔρηταί τις οὑτωσὶ κοσμίως, καὶ κατὰ βραχὺ, ἀλλ' εὐθὺς βοῶσι, καὶ ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν τὴν ἑαυτῶν ἀναφεύγουσι τὴν λοιδορίαν, καὶ πρόχειρον τὸ ξύλον. καὶ ἢν μὲν τὰ ἔργα ζητῇς, οἱ λόγοι πολλοί· ἢν δὲ ἀπὸ τῶν λόγων κρίνειν ἐθέλῃς, τὸν βίον ἀξιοῦσι σκοπεῖν. Τοιγαροῦν ἐμπέπλησται πᾶσα ἡ πόλις τῆς τοιαύτης

tem non iam tenuis, neque, ut ante, nuda puls; opſonium non ſalſamentum, aut thymus; ſed carnes omnis generis, & vinum quodque ſuaviſſimum; & aurum a quocunque voluerint. Nempe tributum quoddam crebro acceſſu ſuo colligunt; vel, ut ipſi loquuntur, tondent oviculas, daturoſque ſperant plures, vel habitus pudore, vel metu, ne male audiant. Nam illud quoque obſervarunt, opinor, ſe aequo faſtigio ſtaturos cum his, qui recte philoſophantur. Neque enim quiſquam erit, qui iudicet iſta vel diſcernat, modo externa ſint ſimilia. Neque enim omnino illud probationis genus admittunt, ſi quis illos ſic placide & ſenſim interroget: ſed clamant ſtatim, & ad arcem ſuam, convicia, confugiunt, & expediunt fuſtem: ac, ſi opera illorum requiras, multa *in ore eſt* doctrina; ſin ex doctrina illos iudicare velis, vitam te conſiderare poſtulant. Itaque plena fraudibus iſtis civitas, illorum praeſertim, qui Dio-

ῥαδιουργίας, καὶ μάλιστα τὸν Διογένη, καὶ Ἀντισθένη, καὶ Κράτητα ἐπιγραφομένων, καὶ ὑπὸ τῷ κυνὶ ταττομένων, οἱ τὸ μὲν χρήσιμον ὁπόσον ἔνεστι τῇ φύσει τῶν κυνῶν, οἷον τὸ φυλακτικὸν, ἢ τὸ οἰκουρικὸν, ἢ τὸ φιλοδέσποτον, ἢ μνημονικὸν, οὐδαμῶς ἐζηλώκασιν· ὑλακὴν δὲ καὶ λιχνείαν, καὶ ἁρπαγὴν, καὶ Ἀφροδίσια συχνὰ, καὶ κολακείαν, καὶ τὸ σαίνειν τὸν διδόντα, καὶ περὶ τραπέζας ἔχειν, ταῦτα ἀκριβῶς ἐκπεπονήκασιν. Ὄψει τοίνυν μετὰ μικρὸν οἷα ἔσται. οἱ γὰρ ἐκ τῶν ἐρ- 17
γαστηρίων ἅπαντες ἀναπηδήσαντες, ἐρήμους τὰς τέχνας ἐάσουσιν, ὅταν ὁρῶσιν σφᾶς μὲν πονοῦντας, καὶ κάμνοντας, ἕωθεν εἰς ἑσπέραν ἐπικεκυφότας τοῖς ἔργοις, καὶ μόγις ἀποζῶντας ἐκ τῆς τοιαύτης μισθαρνίας· ἀργοὺς δὲ καὶ γόητας ἀνθρώπους, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις βιοῦντας, αἰτοῦντας μὲν τυραννικῶς, λαμβάνοντας δὲ προχείρως, ἀγανακτοῦντας δὲ, εἰ μὴ λάβοιεν, οὐκ ἐπαι-

geni se & Antistheni, & Crateti adscriptos, sub Canis illius signis militare aiunt: qui, quod utile inest in natura canum, ut cautionem illam, illam domus custodiam, dominorum illum amorem, memoriam, nullo modo imitantur; latratum vero, & ligurritionem, & rapacitatem, & Venerem crebram, & adulationem, & illa versus dantem blandimenta, & mensarum affectationem, haec omnia ad unguem exprimere laborant. Videbis ergo paulo post, quid futurum sit. Exsilientes enim de officinis universi desertas relinquent artes, ubi videbunt, se quidem, opus cum faciant & laborent a mane inde ad vesperam, operibus intenti suis, vix tamen sibi victum ex illa mercenaria ratione parare: otiosos autem homines atque impostores in omnium rerum affluentia vivere, cum petant, quasi tyranni essent, promte accipiant, si nihil ferant, indignen-

τοῦντας δὲ, οὐδ' εἰ λάβοιεν. ταῦτα ὁ ἐπὶ Κρόνου βίος δοκεῖ αὐτοῖς, καὶ ἀτεχνῶς τὸ μέλι αὐτὸ ἐς τὰ στό-
18 ματα ἐσρεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Καὶ ἧττον ἂν δεινὸν τὸ πρᾶγμα ἦν, εἰ τοιοῦτοι ὄντες, μηδὲν ἐς ἡμᾶς ἄλλο ἐξύβριζον. οἱ δὲ μάλα σεμνοὶ καὶ σκυθρωποὶ τὰ ἔξω, καὶ τὰ δημόσια φαινόμενοι, ἢν παιδὸς ὡραίου ἢ γυναικὸς λάβωνται καλῆς, ἢ ἐλπίσωσι, σιωπᾷν ἄξιον, οἷα ποιοῦσιν. ἔνιοι δὲ καὶ ξένων τῶν σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες, κατὰ τὸν Ἰλιέα ἐκεῖνον νεανίσκον, ὡς φιλοσοφοῖεν δὴ καὶ αὐταί. εἶτα κοινὰς ταύτας ἅπασι τοῖς ξυνοῦσι προθέμενοι, Πλάτωνός τι δόγμα οἴονται ποιεῖν, οὐκ εἰδότες ὅπως ὁ ἱερὸς ἐκεῖνος
19 ἠξίου κοινὰς ἡγεῖσθαι τὰς γυναῖκας. Ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις δρῶσι, καὶ ἃ μεθύσκονται, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν. καὶ ταῦτα ποιοῦσι, πῶς οἴει κατηγορροῦντες αὐτοὶ μέθης, καὶ μοιχείας, καὶ λαγνείας, καὶ

9 Ἐκεῖνον νεανίσκον) Τὸν Πάριδα. G.

tur, non laudent, etiamſi acceperint. Haec vita, qualis ſub Saturno fuit, illis videtur, & coelitus in ora mel influere. Ac minus in ea re mali eſſet, ſi tales cum ſint, nulla nos alia contumelia afficerent. At iſti, vehementer graves & triſtes quantum ad externa & publica qui videantur, ſi puerum formoſum, aut mulierem pulchram, vel nanciſcantur, vel ſperent, quid faciant, ſilere melius eſt. Quidam etiam ſuorum hoſpitum mulieres abducunt corrumpendas adulterio, ut Troianus ille iuvenis, nimirum ut ipſae etiam philoſophentur: tum communes illas omnibus ſuis familiaribus proſtituunt, Platonis quoddam ſe placitum perficere rati, ignari, quo ſenſu divinus ille communes eſſe mulieres voluerit. Quae quidem faciant in conviviis, & quomodo per ebrietatem ſe gerant, commemorare longum fuerit. Et haec faciunt, quid putas? accuſantes ipſi ebrietatem, & adulterium, & laſciviam, & ava-

φιλαργυρίας; οὐδὲν γοῦν οὕτως εὑρεῖς ἄλλο ἄλλῳ ἐναντίον, ὡς τοὺς λόγους αὐτῶν καὶ τὰ ἔργα· οἷον, κολακείαν μισεῖν φασι, κολακείας ἕνεκα τὸν Γναθωνίδην ἢ τὸν Στρουθίαν ὑπερβαλέσθαι δυνάμενοι. ἀληθεύειν τοὺς ἄλλους προτρέποντες, οὐκ ἂν οὐδὲ κινῆσαι τὴν γλῶτταν μὴ μετὰ καὶ τοῦ ψεύσασθαι δύναιντο. ἡδονὴ πᾶσιν ἐχθρὰν τῷ λόγῳ, καὶ ὁ Ἐπίκουρος πολέμιος, ἔργῳ δὲ διὰ ταύτην ἅπαντα πράττουσι. τὸ δ' ὀξύχολον, καὶ μικραίτιον, καὶ πρὸς ὀργὴν ῥᾴδιον, ὑπὲρ τὰ βρεφύλλια τὰ νεογνά. γέλωτα γοῦν οὐ μικρὸν παρέχουσι τοῖς θεωμένοις, ὁπόταν ὑπὸ τῆς τυχούσης αἰτίας ἐπιζέσῃ μὲν αὐτοῖς ἡ χολὴ, πελιδνοὶ δὲ τὴν χροιὰν βλέπωνται, ἰταμόν τι καὶ παράφορον δεδορκότες, καὶ ἀφροῦ, μᾶλλον δὲ ἰοῦ μεστὸν αὐτοῖς ἢ τὸ στόμα. Μὴ 20
δύ γε ἐκεῖθι τύχοις, ὅτε ὁ μιαρὸς ἐκεῖνος ἐκχεῖται βόρβορος. χρυσίον μὲν, ἢ ἀργύριον, Ἡράκλεις, οὐδὲ κε-

3 Τὸν Γναθωνίδην) Κολάκων οἱ περιφανέστατοι οὗτοι. V. 13 Ἰταμὸν) Ἀναίσχυντον. V.

ritiam. Nihil enim ita adversum alteri alterum invenies, ut sunt sermones illorum & facta. Verbi gratia adulationi se inimicos aiunt, cum adulationis causa Gnathonidem aut Struthiam superare possint: veracitatem commendantes aliis, nec movere linguam queant ipsi sine mendacio. Voluptas inimica omnibus in sermone, hostis Epicurus: re vera autem faciunt propter illam omnia. Acuta bilis, querelae de rebus minutis, proclivitas ad irascendum, supra parvulos infantes. Quare risum praebent non mediocrem spectantibus, cum a quacunque causa exarsit illis bilis, luridus pallor apparet in facie, cum torvum quiddam & furiosum vident, & spuma, vel veneno potius plenum os habent. Nolis tu ibi esse, cum impurum illud coenum effunditur! *Aurum*, inquiunt, *aut argentum*, *Mehercules*, *nec*

Timon. 56. κτῆσθαι ἀξιῶ, ὀβολὸς ἱκανὸς, ὡς θέρμους πριαίμην. ποτὸν γὰρ, ἡ κρήνη ἢ ποταμὸς παρέξει. καὶ μετ' ὀλίγον αἰτοῦσιν οὐκ ὀβολοὺς, οὐδὲ δραχμὰς ὀλίγας, ἀλλὰ πλούτους ὅλους. ὥστε τίς ἔμπορος τοσοῦτον ἀπὸ τοῦ φόρτου πλήσειεν ἂν, ὅσον τούτοις φιλοσοφία ἐς χρηματισμὸν συντελεῖ; εἶτ' ἐπειδὰν ἱκανῶς συλλέξωνται, καὶ ἐπισιτίσωνται, ἀποῤῥίψαντες ἐκεῖνο τὸ δύστηνον τριβώνιον, ἀγροὺς ἐνίοτε καὶ ἐσθῆτας τῶν μαλακῶν ἐπρίαντο, καὶ παῖδας κομήτας, καὶ συνοικίας ὅλας, μακρὰ χαίρειν φράσαντες τῇ πήρᾳ τῇ Κράτητος, καὶ τῷ τρίβωνι τοῦ Ἀντισθένους, καὶ τῷ πίθῳ τοῦ Διογένους. Οἱ ἰδιῶται δὲ ταῦτα ὁρῶντες, καταπτύουσιν ἤδη φιλοσοφίας, καὶ ἅπαντας εἶναι τοιούτους οἴονται, κἀμὲ τῆς διδασκαλίας αἰτιῶνται. ὥστε πολλοῦ ἤδη τοῦ χρόνου, ἀδύνατόν μοι γεγένηται κἂν ἕνα τινὰ προσαγαγέσθαι αὐτῶν· ἀλλὰ τὸ τῆς Πηνελόπης ἐκεῖνο πά-

21

5 Ἐς χρηματισμὸν) Ἐς τὴν τῶν χρημάτων συλλογήν. χρηματίζεσθαι, χρήματα συλλέγειν. V.

possidere digner; obolus mihi sufficit, unde lupinos emam; potum enim fons praebebit, aut fluvius. Paulo post non obolos petunt, aut drachmas paucas, sed totas divitias. Quis ergo mercator tantum a navium commeatu affluat divitiis, quantum hisce ad quaestum philosophia confert? Deinde ubi, quantum satis est, collegerint, & viaticum sibi paraverint, abiecto illo infelici palliolo, agros interdum & vestimenta mollia emunt, & pueros comatos, & totos vicos, longum valere iussa Cratetis pera, & Antisthenis pallio, dolioque Diogenis. Vulgus vero ista cum videt, despuunt iam philosophiam, & omnes ex eo genere esse arbitrantur, & me disciplinae istius nomine accusant. Igitur diu iam est, cum ne unum quidem istorum potui allicere, sed illud mihi

σχω. ὁπόσον γὰρ δὴ ἐγὼ ἐξυφήνω, τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται. ἡ Ἀμαθία δὲ, καὶ ἡ Ἀδικία, ἐπιγελῶσιν, ὁρῶσαι ἀνεξέργαστον ἡμῖν τὸ ἔργον, καὶ ἀνήνυτον πόνον.

ΖΕΥΣ. Οἷα, ὦ θεοὶ, πέπονθεν ἡμῖν ἡ Φιλοσοφία πρὸς τῶν καταράτων ἐκείνων; ὥστε ὥρα σκοπεῖν ὅ, τι καὶ πρακτέον, ἢ ὅπως αὐτοὺς μετελευστέον. ὁ μὲν γὰρ κεραυνὸς ἀπάγει μιᾷ πληγῇ, καὶ ὁ θάνατος ταχύς. 22

ΑΠΟΛ. Ἐγώ τοι, ὦ πάτερ, ὑποθήσομαι· μισῶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἤδη τοὺς ἀλαζόνας, ἀμούσους ὄντας, ὑπὲρ τῶν Μουσῶν ἀγανακτῶν. κεραυνοῦ μὲν γὰρ, ἢ τῆς σῆς δεξιᾶς, οὐδαμῶς ἐκεῖνοι ἄξιοι· τὸν Ἑρμῆ δὲ, εἰ δοκεῖ, αὐτοκράτορα τῆς κολάσεως καταπέμψωμεν ἐπ' αὐτούς. ὃς ἅτε δὴ περὶ λόγους ἔχων καὶ αὐτὸς, τάχιστα εἴσεται τούς τε ὀρθῶς φιλοσοφοῦντας, καὶ τοὺς μή.

7 Μετελευστέον) G. Κολαστέον. Τιμωρητέον. V. 13 Αὐτοκράτορα) Βασιλέα. V.

Penelopes *consilium* usu venit. Quantumcunque ego texo, illud momento temporis rursum resolvitur, ridentibus Inscitia atque Iniquitate, cum videant, opus nostrum non procedere, nihil proficere laborem.

Iup. Quantum, o Dii, malorum perpessa nobis est a sacerrimis illis mortalibus Philosophia! Itaque videndum, quid facto sit opus, aut quomodo isti tractandi sint. Fulmen enim uno ictu educit *e vita*, mors ista celeris.

Apol. Ego tibi, pater, subiiciam. Odi enim & ipse iam istos impostores, Musarum vicem indignatus, a quibus aversi sunt. Fulmine aut tua dextra minime digni sunt. Sed Mercurium, si placet, arbitrum poenae in illos demittamus, qui ut in doctrinae studiis ipse quoque versatus, celerrime tum recte philosophantes agnoscet, tum minus:

εἶτα τοὺς μὲν ἐπαινέσεται, ὡς τὸ εἰκός· οἱ δὲ κολασθήσονται, ὅπως ἂν ἐκείνῳ παρὰ τὸν καιρὸν δοκεῖ.

23 ΖΕΥΣ. Εὖ λέγεις, ὦ Ἄπολλον. ἀλλὰ καὶ σὺ, ὦ Ἡράκλεις, ἅμα καὶ τὴν Φιλοσοφίαν αὐτὴν ἔχοντες, ἄπιτε ὡς τάχιστα εἰς τὸν βίον. τρισκαιδέκατον γοῦν ἄθλον οἴου τοῦτον οὐ μικρὸν ἐκτελέσειν, ἢν ἐκκόψῃς μιαρὰ οὕτω καὶ ἀναίσχυντα θηρία.

ΗΡΑΚ. Καὶ μὴν ἄμεινον ἦν, ὦ πάτερ, τὴν κόπρον ἐκκαθαῖραι αὖθις τοῦ Αὐγείου, ἢ τούτοις συμπλέκεσθαι. ἀπίωμεν δ' ὅμως.

ΦΙΛ. Ἄκουσα μὲν, ἀκολουθητέον δὲ κατὰ τὰ δόξαντα τῷ πατρί.

24 ΕΡΜ. Κατίωμεν, ὡς κἂν ὀλίγους αὐτῶν ἐπιτρίψωμεν σήμερον. ποίαν δὲ χρὴ τραπέσθαι, ὦ Φιλοσοφία; σὺ γὰρ οἶσθα ὅπου εἰσὶν, ἢ πρόδηλον ὅτι ἐν τῇ Ἑλλάδι.

ΦΙΛ. Οὐδαμῶς. ἢ πάνυ ὀλίγοι, ὅσοι ὀρθῶς φιλοσο-

deinde illos quidem, prout merentur, laudabit; hi vero, ut pro temporis ratione illi videbitur, punientur.

Iup. Bene mones, Apollo. Sed tu quoque, Hercules, assumta ipsa Philosophia, quam celerrime ad homines abite: tertium enim decimum te puta hunc laborem perfecturum, exstirpandis impuris adeo atque impudentibus bestiis.

Herc. Sane malim ego, pater, Augiae fimum expurgare denuo, quam hisce implicari. Abeamus tamen.

Phil. Invita equidem *eo*: sequendum tamen, prout parenti nostro visum est.

Merc. Descendamus, ut paucos certe obteramus hodie. Quo vero eundum est, Philosophia? Tu enim, ubi sint, nosti. Aut potius, in Graecia illos esse, manifestum est.

Phil. Nequaquam: aut oppido paucos, qui recte philo-

φοῦσιν, ὦ Ἑρμῆ. οὗτοι δὲ οὐδὲν Ἀττικῆς πενίας δέονται, ἀλλ' ἔνθα πολὺς χρυσὸς, ἢ ἄργυρος ὀρύττεται, ἐκεῖ που ζητητέοι εἰσὶν ἡμῖν.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν εὐθὺ τῆς Θρᾴκης ἀπιτέον.

ΗΡΑΚ. Εὖ λέγεις, καὶ ἡγήσομαί γε ὑμῖν τῆς ὁδοῦ· οἶδα γὰρ τὰ Θρᾳκῶν ἅπαντα, συχνάκις ἐπελθών. καί μοι τήν δε ἤδη τραπώμεθα.

ΕΡΜ. Ποίαν λέγεις;

ΗΡΑΚ. Ὁρᾶτε, ὦ Ἑρμῆ καὶ Φιλοσοφία, δύο μὲν 25
ὄρη μέγιστα καὶ κάλλιστα ὀρῶν ἁπάντων; Αἷμός ἐστι τὸ μεῖζον, ἡ καταντικρὺ δὲ Ῥοδόπη, πεδίον δὲ ὑποπεπταμένον, πάμφορον, ἀπὸ τῶν προπόδων ἑκατέρων εὐθὺς ἀρξάμενον· καί τινας λόφους τρεῖς πάνυ καλοὺς ἀνεστηκότας, οὐκ ἀμόρφους τὴν τραχύτητα, οἷον ἀκροπόλεις πολλὰς τῆς ὑποκειμένης πόλεως. καὶ ἡ πόλις γὰρ ἤδη φαίνεται.

sophantur, Mercuri. Isti vero, *quos quaerimus*, nihil Attica paupertate opus habent, sed ubi auri multum & argenti effoditur, ibi nobis quaerendi sunt.

Merc. Recta igitur pergendum in Thraciam.

Herc. Bene mones, & viae ego dux vobis ero. Novi enim Thracum omnia, qui saepe *eam regionem* obierim: & hac iam ingrediamur.

Merc. Qua dicis?

Herc. Videtis, Mercuri & Philosophia, duos montes maximos omnium montium & pulcherrimos? (Haemus est maior, alter ex adverso est Rhodope) camposque infra patentes fertilissimos, a radicibus utrinque incipientes: & colles aliquot, tres quidem pulcherrimos, assurgentes, non deformes asperitate, tanquam plures subiectae urbis arces. Et iam ipsa urbs apparet.

ΕΡΜ. Νὴ Δί', ὦ Ἡράκλεις, μεγίστη, καὶ καλλίστη ἁπασῶν. πόρρωθεν οὖν ἀπολάμπει τὸ κάλλος. καί τις ποταμὸς μέγιστος παραμείβεται, πάνυ ἐν χρῷ ψαύων αὐτῆς.

ΗΡΑΚ. Ἕβρος μὲν οὗτος· ἡ δὲ πόλις, ἔργον Φιλίππου ἐκείνου. καὶ ἡμεῖς ἤδη πρόσγειοι, καὶ ὑπονέφελοι· ὥστε ἐπιβαίνωμεν ἀγαθῇ τύχῃ.

26 ΕΡΜ. Οὕτω γιγνέσθω. τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν, ὅπως τὰ θηρία ἐξιχνευτέον;

ΗΡΑΚ. Τοῦτο μὲν σὸν ἤδη ἔργον, ὦ Ἑρμῆ, κῆρυξ γὰρ εἶ, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων.

ΕΡΜ. Οὐδὲν τοῦτο χαλεπόν. ἀλλὰ τά γε ὀνόματα οὐκ ἐπίσταμαι αὐτῶν. σὺ οὖν, ὦ Φιλοσοφία, λέγε, οὕς τινας ὀνομαστέον, καὶ τὰ σημεῖα προσέτι.

ΦΙΛ. Οὐδὲ αὐτὴ μὲν οἶδα τὸ σαφὲς, οἵ τινες ὀνομάζονται, διὰ τὸ μὴ ξυγγενέσθαι αὐτοῖς· ἀπὸ δ' οὖν τῆς

Merc. Maxima per Iovem, mi Hercules, & pulcherrima omnium. E longinquo igitur iam pulchritudo illius exſplendeſcit. Et fluvius aliquis praeterfluit maximus, plane moenibus illius alludens. [Gr. *in cute eam tangens.*]

Herc. Hebrus hic eſt: urbs autem Philippi illius opus: & nos iam terrae vicini, atque infra nubes; inſcendamus ergo, quod felix fauſtumque ſit.

Merc. Sic fiat! Quid vero iam faciendum? quomodo veſtigandae ſunt illae beſtiae?

Herc. Illae tuae iam, Mercuri, partes ſunt. Praeco es, praeconium tibi faciendum eſt.

Merc. Hic nihil difficultatis. Verum nomina illorum non novi. Tu igitur, Philoſophia, dic, qui nominandi ſint, & ſigna inſuper.

Phil. Ne ego quidem ſatis certo, quomodo nominentur, ſcio, quod cum illis minime verſata ſum. Sed ob *habendi*

ἐπιθυμίας ἣν ἔχουσιν εἰς τὰ κτήματα, οὐκ ἂν ἁμάρτοις προσκαλῶν Κτήσωνας, ἢ Κτησίππους, ἢ Κτησικλέας, ἢ Εὐκτήμονας, ἢ Πολυκτήτους.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις. ἀλλὰ τίνες οὗτοί εἰσιν, ἢ τί καὶ 27
περισκοποῦσι καὶ αὐτοί; μᾶλλον δὲ καὶ προσίασι, καί τι καὶ ἔρεσθαι θέλουσιν.

ΑΝΔ. Ἆρ' ἂν ἔχοιτε ἡμῖν, ὦ ἄνδρες, εἰπεῖν, ἢ σύ, ὦ βελτίστη, εἴ τινας τρεῖς γόητας ἅμα εἴδετε, καί τινα γυναῖκα ἐν χρῷ κεκαρμένην εἰς τὸ Λακωνικὸν, ἀῤῥενωπὴν, καὶ κομιδῇ ἀνδρικήν;

ΦΙΛ. Παπαὶ, τὰ ἡμέτερα οὗτοι ζητοῦσι.

ΑΝΔ. Πῶς τὰ ὑμέτερα; δραπέται γὰρ ἐκεῖνοι ἅπαντες. ἡμεῖς δὲ τὴν γυναῖκα μάλιστα μέτιμεν, ἠνδραποδισμένην πρὸς αὐτῶν.

ΕΡΜ. Εἴσεσθε δὲ καθότι καὶ ζητοῦμεν αὐτούς. τοῦν δὲ ἅμα κηρύττωμεν· εἴ τις ἀνδράποδον Παφλαγονικὸν,

13 Μέτιμεν) Ζητοῦμεν. V.

eorum libidinem non peccaveris, si Ctesones [*Habeones*] & Ctesippos [*Habiequos*], aut Cteficles [*Habiglorios*], aut Euctemonas [*Bonihabios*], aut Polyctetos [*Multihabios*] advoces.

Merc. Bene mones. Verum qui sunt isti? aut quid ipsi quoque circumspiciunt? Quin accedunt etiam, & interrogare aliquid volunt.

Vir. Numquid nobis, viri, dicere potestis, aut tu, optima, si quos praestigiatores tres una vidistis, & mulierem ad curem Laconico more detonsam, virili vultu & plane viraginem.

Phil. Hem! Eadem, quae nos, isti quaerunt.

Vir. Quomodo eadem, quae vos? Fugitivi enim isti omnes. Nos vero mulierem maxime persequimur, plagio ab istis abductam.

Merc. Scietis, cur illos quaeramus: iam vero simul faciamus praeconium: *Si quis mancipium Paphlagonicum, de*

τῶν ἀπὸ Σινώπης βαρβάρων, ὄνομα τοιοῦτον, οἷον ἀπὸ κτημάτων, ὕπωχρον, ἐν χρῷ κουρίαν, ἐν γενείῳ βαθεῖ, πήραν ἐξημμένον, καὶ τριβώνιον ἀμπεχόμενον, ὀργίλον, ἄμουσον, τραχύφωνον, λοίδορον, μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ.

28 ΔΕΣΠ. Νοῶ, ὦ οὗτος, ὃν κηρύττεις· ὡς ἐκείνῳ γε ὄνομα ἦν παρ' ἐμοὶ, Κάνθαρος. καὶ ἐκόμα δὲ, καὶ τὸ γένειον ἐτίλλετο, καὶ τέχνην τὴν ἐμὴν ἠπίστατο. ἀπέκειρε γὰρ ἐν τῷ γναφείῳ καθήμενος, ὁπόσον περιττὸν τοῖς ἱματίοις τῶν κροκίδων ἐπανθεῖ.

ΦΙΛ. Ἐκεῖνος αὐτός ἐστιν ὁ οἰκέτης ὁ σός. ἀλλὰ νῦν φιλοσόφῳ ἔοικεν, ἀκριβῶς ἑαυτὸν ἐπιγνάψας.

ΔΕΣΠ. Ὦ τῆς τάλμης, ὁ Κάνθαρος φιλοσοφεῖν φησιν, ἡμῶν δὲ οὐδεὶς λόγος.

ΑΝΔ. Ἀμέλει ἅπαντας ἀνευρήσομεν, ξυνίησι γὰρ, ὡς φησιν, αὕτη.

Sinopensibus Barbaris, nomine tali, quod ab habendo ductum est, suppallidum, ad cutem detonsum, barba prolixa, peram suspensam gerens, & palliolo indutum, iracundum, indoctum, aspera voce, maledicum, indicare conditione, quam ipse dixerit, voluerit, accedat!

Dom. Non intelligo equidem, mi homo, quid sibi velit tuum praeconium. Nam isti nomen apud me fuit Cantharo, & comam alebat, & vellebat mentum, meamque artem sciebat, qui desidens in fullonia officina detonderet, quidquid superfluorum floccorum eminet in vestibus.

Phil. Ille ipse tuus est servus: at nunc philosopho similis, cum ipse fullonia se arte concinnaverit.

Dom. Vah audaciam! Cantharus philosophari se ait! nostri autem nulla habetur ratio.

Vir. Noli curare, inveniemus omnes: intelligit enim ista, quantum dicit.

ΦΙΛ. Τίς δ' οὗτος ἄλλος ὁ προσιὼν ἐστιν, ὦ Ἡρα- 29
κλες, ὁ καλὸς, ὁ τὴν κιθάραν; Cetegl. 2.

ΗΡΑΚ. Ὀρφεύς ἐστι, σύμπλους ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐμὸς, ἥδιστος κελευστῶν ἁπάντων. πρὸς γοῦν τὴν ᾠδὴν αὐτοῦ ἥκιστα ἐκάμνομεν ἐρέττοντες. χαῖρε, ὦ ἄριστε καὶ μουσικώτατε Ὀρφεῦ, οὐκ ἐπιλέλησαι γάρ που Ἡρακλέους.

ΟΡΦ. Νὴ καὶ ὑμεῖς γε, ὦ Φιλοσοφία, καὶ Ἡρακλες, καὶ Ἑρμῆ. ἀλλὰ καιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μήνυτρα, ὡς ἔγωγε πάνυ σαφῶς, ὃν ζητεῖτε, οἶδα.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν δεῖξον, ὦ παῖ Καλλιόπης, ἔνθα ἐστὶ, χρυσίου γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, δεῖ, σοφὸς ὤν.

ΟΡΦ. Εὖ ἔφης· ἐγὼ δὲ τὴν μὲν οἰκίαν δείξαιμ' ἂν ὑμῖν, ἔνθα οἰκεῖ, αὐτὸν δὲ οὐκ ἂν, ὡς μὴ κακῶς ἀκούοιμι πρὸς αὐτοῦ, μιαρὸς γὰρ εἰς ὑπερβολὴν, καὶ μόνον τοῦτο ἐκμεμελέτηκε.

Phil. Sed quis eſt, Herculès, ille alter accedens, pulcher ille cum lyra?

Herc. Orpheus eſt, qui mecum navigavit in Argo, hortator omnium optimus; ad cuius cantum omnium minime fatigabamur remigio. Salve, Orpheu optime & cantus peritiſſime; nempe non oblitus es Herculis.

Orph. Sane vos quoque, Philoſophia, & Hercules, & Mercuri. Sed debetis mihi indicium, quippe praeclare ego, quem quaeritis, novi.

Merc. Ergo oſtende nobis, fili Calliopes, ubi ſit: auro enim, puto, nihil opus habes, qui ſis vir ſapiens.

Orph. Recte iſtuc dicis. At ego domum quidem vobis, ubi habitat, oſtendero; non ipſum, ne male ab illo audiam: impurus enim ultra modum eſt, & in hoc ſolum ſe exercuit.

ΕΡΜ. Δείξον μόνον.

ΟΡΦ. Αὕτη πλησίον. ἐγὼ δὲ ἄπειμι ὑμῖν ἐκποδὼν, ὡς μηδ' ἴδοιμι αὐτόν.

30 ΕΡΜ. Ἐπίσχες. οὐ γυναικός ἐστι φωνὴ, ῥαψῳδούσης τὶ τῶν Ὁμήρου;

ΦΙΛ. Νὴ Δία. ἀλλ' ἀκούσωμεν ὅ, τι καὶ λέγει.

ΔΡΑΠ. Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος [ἀνὴρ] ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν,

Ὃς χρυσὸν φιλέει μὲν ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴποι.

ΕΡΜ. Οὐκοῦν τὸν Κάνθαρόν σοι μισητέον, ὃς

Ξεινοδόκον κακὰ ῥέξεν, ὅκεν φιλότητα παρέσχε.

ΥΠΟΔ. Περὶ ἐμοῦ τοῦτο τὸ ἔπος, οὗ τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων, διότι αὐτὸν ὑπεδεξάμην.

ΔΡΑΠ. Οἰνοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἐλάφοιο,

Οὔτ' εἰνὶ πτολέμῳ ἐναρίθμιος, οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,

Merc. Oſtende modo.

Orph. Haec proxima! Verum ego e veſtigio abeo, ut illum nec videam.

Merc. Attende! nonne mulieris haec vox eſt, Homeri verſiculos recitantis?

Phil. Sic eſt, per Iovem. Sed audiamus, quid dicat.

Fug. *Hoſtis enim ille mihi velut atri limina Ditis,*
Pectore quiſquis amat nummos, ſed idem negat ore.

Merc. Ergo Cantharum odiſſe debes,
Cui hoſpes laeſus, qui ſe praeſtabat amicum.

Hoſp. De me hic verſus, cuius muliere abducta fugit, quod ipſum *domum meam* receperam.

Fug. *Vah vinoſe, caniſque oculos, & pectora cerve,*
Expers conſilii, numeri nullius in armis.

Θερσῖτ' ἀκριτόμυθε, κακῶν παγάριστε κολοιῶν
Μαὶψ, ἀτὰρ οὐ κατὰ κόσμον ἐριζέμεναι βασιλεῦσιν.

ΔΕΣΠ. Εἰκότως τοῦ καταράτου τὰ ἔπη.

ΔΡΑΠ. Πρόσθε κύων, ὄπιθεν δὲ λέων, μέσση δὲ χίμαιρα,
Δεινὸν ἀποπνείουσα, τρέτου κυνὸς ἀγρίου ὁρμήν.

ΥΠΟΔ. Οἴμοι, γύναι, ὅσα πέπονθας ὑπὸ κυνῶν τοσούτων. Φασί δ' αὐτὴν καὶ κύειν ἀπ' αὐτῶν. 31

ΕΡΜ. Θάρρει, Κέρβερόν τινα τέξεταί σοι, ἢ Γηρυόνην, ὡς ἔχει ὁ Ἡρακλῆς οὗτος αὖθις πόνον. ἀλλὰ καὶ προσίασιν, ὥστε οὐδὲν δεῖ κόπτειν τὴν θύραν.

ΔΕΣΠ. Ἔχω σε, ὦ Κάνθαρε. νῦν σιωπᾷς; Φέρ' ἴδωμεν ἅ τινά σοι ἡ πήρα ἔχει, θέρμους ἴσως, ἢ ἄρτου τρύφος;

ΕΡΜ. Οὐ, μὰ Δία, ἀλλὰ ζώνην χρυσίου.

ΗΡΑΚ. Μὴ θαυμάσῃς. Κυνικὸς γὰρ ἔφασκεν εἶναι

Therſites nugax, in pravis optima pica,
Regibus infeſtus temere ſine more modoque.

Dom. Veriſimiliter exſecrandi hominis verſus *cadunt.*

Fug. *Prima canis, media at capra, atque in fine leaena,*
Horridum olens, triplicique canis ſilveſtris odorem.

Hoſp. Hei mihi, mulier, quantum a tot canibus perpeſſa es! Aiunt illam etiam uterum ab iſtis ferre.

Merc. Bono animo eſto. Cerberum tibi quendam pariet vel Geryonem, novum ut laborem rurſus habeat hic Hercules. Verum accedunt etiam, itaque nihil opus eſt, ut pulſetur ianua.

Dom. Teneo te, Canthare! Nunc taces? Age, videamus, quid habeat tibi pera? lupinos forte aut panis fruſtum?

Merc. Non, ita me Iuppiter; ſed zonam auri.

Herc. Noli admirari. Cynicum enim ante ſe ferebat in

Pitt. 51. τὸ πρόσθεν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, ἐνταῦθα δὲ Χρυσίππειος ἀκριβῶς ἐστι. τοιγαροῦν Κλεάνθην οὐκ εἰς μακρὰν αὐτὸν ὄψει. κρεμήσεται γὰρ ἀπὸ τοῦ πώγωνος, οὕτω μιαρὸς ὤν.

32 ΔΕΣΠ. Σὺ δὲ, ὦ κακὲ, οὐ Ληκυθίων οὐμὸς δραπέτης τυγχάνεις ὤν; οὔμενοῦν ἄλλος. ὦ τοῦ γέλωτος. εἶτα τί οὐκ ἂν γένοιτο; καὶ Ληκυθίων φιλοσοφεῖ;

ΕΡΜ. Ὁ τρίτος δὲ οὗτος ἀδέσποτος ὑμῖν ἐστιν;

ΔΕΣΠ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ὁ δεσπότης ἐγὼ, ἑκὼν ἀφίημι αὐτὸν ἀπολωλέναι.

ΕΡΜ. Ὅτι τί;

ΔΕΣΠ. Ὅτι δεινῶς τῶν ὑποσάθρων ἐστί. τὸ δ' ὄνομα, Μυρόπνουν αὐτὸν ἐκαλοῦμεν.

ΕΡΜ. Ἡρακλεῖς ἀλεξίκακε, ἀκούεις; ἔπειτα πήρα, καὶ βάκτρον· καὶ αὐτὸς ἀπόλαβε τὴν γυναῖκα σύ.

Graecia, hic vero Chrysippeus [*auri famelicus*] ex asse est. Itaque Cleanthen non ita multo post videbis. Pendebit enim a barba homo ita impurus.

Dom. Tu vero, pessime, nonne Lecythio es, meus fugitivus? Non sane alius. Hem risum! Quid postea non fiet? etiam philosophatur Lecythio?

Merc. At tertius ille dominum non habet.

Dom. Minime vero: sed ego dominus lubens illum manu, ut pereat, emitto.

Merc. Quid sic?

Dom. Quia de genere plane suppurato est. Nomen autem ipsi dixeramus Myropnum [*Unguentolens*].

Merc. Depulsor malorum Hercules, audin'? Deinde pera *sumta*, & baculus! Tu quoque tuam tibi uxorem recipe.

ΥΠΟΔ. Μηδαμῶς, οὐκ ἂν ἀπολάβοιμι βιβλίον μοι τῶν παλαιῶν κύουσαν.

ΕΡΜ. Πῶς βιβλίον;

ΥΠΟΔ. Ἔστι τὶ, ὦ ἀγαθὲ, τρικάρανος βιβλίον.

ΕΡΜ. Οὐδὲν ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ Τριφάλης τῶν κωμικῶν εἷς.

ΔΡΑΠ. Σὸν, ὦ Ἑρμῆ, δικάζειν τὸ μετὰ τοῦτο.

ΕΡΜ. Οὕτω μοι δοκεῖ. ταύτην μὲν ἵνα μηδὲν τέρας, μηδὲ πολυκέφαλον τέκῃ, ὀχεσθαι παρὰ τὸν ἄνδρα ὀπίσω εἰς τὴν Ἑλλάδα· τὼ δύο δὲ τούτω τὼ δραπετίσκω, παραδοθέντε τοῖν δεσπόταιν μανθάνειν ἃ πρὸ τοῦ· τὸν μὲν ἀποπλύνειν τὰς ῥυπώσας τῶν ὀθονῶν, τὸν Δηκυθίωνα· τὸν Μυρόπνουν δὲ αὖθις ἀκεῖσθαι τῶν ἱματίων τὰ διερρωγότα, μαλάχῃ γε πρότερον μαστιγωθέντα· ἔπειτα καὶ τοῦτον παραδοθῆναι τοῖς πιττωταῖς, ὡς ἀπόλοιτο παρατιλλόμενος τὰ πρῶτα, ῥυπώσῃ προσέτι καὶ

Hosp. Minime vero! Non sane receperim, quae librum mihi de antiquis unum ferre utero videatur.

Merc. Quomodo librum?

Hosp. Est liber aliquis, optime Mercuri, Tricaranus [*Triceps*].

Merc. Non est mirum, cum etiam Triphales sit comicorum *libellorum* unus.

τα) Abest in *I.* Adest in cett. *Pag.* 217. *l.* 4. Πυνίκην) Recte *Fl. P. Fr. H. S.* Πυνήκην male *Ven.* utraque. Alibi πυνίκην. *l.* 15. Κρυπτόμενον) κρυπτόμενος Gesn. *l.* 17. Δέομαι) δέωμαι *I.* male. *Pag.* 218. *l.* 6. Ἐφέστρια) Nihil variant edd. Ἡφαίστια Palm. *Pag.* 219. *l.* 2. Περιελάμβανον) περιελάμβανων *I.* male. *l.* 16. Ὁ) Constans lectio. *l.* 19. Ἐξ) ἐς male *I.* sola. *Pag.* 220. *l.* 1. Μαννάριον) μνανάριον marg. *A.* 1. *l.* 5. Ἀποστροφὴ) Recepi ex *I.* & *V.* 2. Ἀποτροφὴ cett. *Pag.* 221. *l.* 15. Αἱ ἑταῖραι) In *I.* αἰταῖραι. *Pag.* 224. *l.* 8. Προέξεις ἁπασῶν) πράξεις ἅπαντα Coll. *l.* 9. Λουσομένη) λουσαμένη *Fl. l.* 23. Ἔτι) δ' ἔτι *Fl.* recte, credo, ut init. Dial. seq. & XIII. *Pag.* 225. *l.* 9. Σε) Neglexit *Fl. l.* 12. Πολιάδος) Sic *Fl. I. P. B.* 1. &c. Πωλιάδος *B.* 2. *Pag.* 226. *l.* 1. Ὁ Χῖος) Omisit O. *l.* 2. Ποιησάμενος) An πριάμενος; Pell. *l.* 8. Ἀρεοπαγ.) Ἀρεωπαγ. hic edd. omnes, quae alias ο praeferunt. *l.* 12. Ὀλίγας) Omisit O. *Pag.* 227. *l.* 8. Ἀκαρνανεὺς) Sic *Fl. Ald. H. P.* Ἀχαρνανεὺς *I.* & *V.* 2. Ἀκαρνεὺς marg. *A.* 1. Ἀχαρνεὺς Guyet. & Menag. *l.* 10. Ἀπεμύκτισας) ἀπεμυκτήρισας Pell. *l.* 14. Ἀκαρνάνιος) Et sic *Fl.* notante Solano. *Pag.* 228. *l.* 7. Σωφρονήσης) Sic *P. S.* aliaeque. Σωφρονήσης *H.* Σοφρονήσης *I.* & *Fr.* Σωφρονεῖς *Fl.* Σωφρονήσεις Pell. *l.* 17. *col.* 1. Δήμητρος) Emendante Solano, Δήμετρος edita. Idem τοὺς ante ἀνθρώπους inseruit, & verbum ultimum ποιεῖσθαι restituit, quod ποιῆσθαι male legebatur. *Pag.* 229. *l.* 6. Οἴει) ἔτι οἴει O. *l.* 9. Ἀλλὰ) ὅσα marg. *A.* 1. *l.* 26. Εἴ τις) ὅς τις *Fl. Pag.* 231. *l.* 9. Λυπηθήσονται) Sic legi in omn. addit Solan. *l.* 13. Πύθοιτο) πείθοιντο *Fl.* sola. *l.* 15. Ἑταιρίσ,) ἑτερήσ. *Fl. l.* 16. Ὀκτωκαιδεκαέτης) Nil mut. edd. *Pag.* 232. *l.* 4. Ἤρα δὲ) ἤρα μου marg. *A.* 1. *l.* 12. Αὖθις) Omittit *Fl. Pag.* 233. *l.* 11. ΔΟΡΚΑΣ) Bene *B. Fl. P. S.* &c. ΔΟΡΙΣ. ΠΑΝ. ΔΟΡΚΑΣ &c. *I. Fr.* & *H. l.* 14. Τῆς στρατείας) στρατιᾶς *Fl.* & sine artic. *l.* 19. Καὶ) Abest a *Fl. Pag.* 234. *l.* 3. Ἐπανεληλύθειτε) ἐπανεληλύθατε *Fl. l.* 6. Στρατείᾳ) στρατίᾳ *Fl. l.* 12. Παρμένωνα) Sic Iens. correxit. Παρμένονα edd. hac priores. *Pag.* 235. *l.* 14. Τριδάτων) Sic omnes praeter *I. Ald. V.* 2. (*S.* & *B.* 4.) quae Τριδάταν. *Pag.* 236. *l.* 1. Πάντων) παρόντων melius *Fl. l.* 5. Ἐξευρίσκωμεν) ἐξευρίσκω *Fl. l.* 16. ΠΑΝ.) Omiss. in *B. P. H.* Adest in marg. *A.* 1. *I. S.* In *Fl.* uno Π. duae diversae personae signantur. *Pag.* 237. *l.* 3. Ὑμῖν) ἴσως ἡμῖν L. Idque recipiend. credo. *l.* 4. Οἴχου) Non habet *Fl. Pag.* 238. *l.* 3. ΠΑΝ.) Recepi ex *V.* 2. *B.* 1. & 2. & *S.* Nam ΠΟ. in *P. H. I.* erat, Π. tant. in *Fl. l.* 10. ΠΑΡ.) Ex emendat. Solan. ΠΑΝ.

edd. priores. In *Fl.* omissa persona. *ead.* Ἥκον) ἡκέτωσαν Pell. *l.* 14. Μισθοφόρε) Recte sic pleraeque. Μισθωφόρι *K. Pag.* 239. *l.* 4. Τίβιος) Emendavi ex *Fl.* & aliis Luciani locis. Nam Τίβυς hic habebant edd. cett. *l.* 8. *col.* 1. Διμοιρίτης) διμοιρίτες male edita. *ibid. l.* 9. Τούτῳ) τοῦτο V. *l.* 10. *col.* 2. Ἡμιλοχίαν) Ita scripsit Solan. Ἡμιλοχείαν edita. *ead.* Ταὐτὸ) αὐτὸ V. quod in impressis sic mutatum est. *Solan. l.* 13. *col.* 1. Ὁ λοχαγὸς) ὡς ὁ λοχ— edita. Sed ὡς duce V. delevit Solan. *l.* 23. Πολὺς ἤδη χρόνος) Constans lectio, nisi quod commata tant. addidi. *Pag.* 240. *l.* 16. Ὡμίλησε) Recte plurimae. Ὁμίλησε *I.* & *V.* 2. *ead.* Τριῶν) τρίων *I. Pag.* 241. *l.* 2. Νεβρίδα) Sic marg. *A.* 1. cum *Fl.* ut Menag. voluit. Νευρίδα cett. male. *l.* 4. Ποικίλη) Hic sequor ed. *Amst.* Nam cett. παιδικῇ male. Ποικίλη ἴσως L. *l.* 7. Πόλιν) Al. Ἀκαδημίαν Coll. Nil variat *Fl. l.* 8. Ὅλως) Sic *P.* aliaeque. Ὅλος *I. l.* 10. Ὅ, τι) Sequentia a μοι ad τι omisit O. *l.* 11. Ἐλύπησα) ἐλύπησε *Fl.* quod & adscivit marg. *A.* 1. *Pag.* 242. *l.* 2. Ἐπισεσυρμένα) περισεσυρμένα O. *Pag.* 243. *l.* 1. Σωφρονοῖμι) Recte *H. Fl. P.* &c. Σοφρονοῖμι *I. l.* 6. Τί σοι δ.) Omisit O. *l.* 16. Ὅλως) Nil mut. *I. Fr. Fl. P. Pag.* 244. *l.* 5. Νεβρίδος) Ex Pell. admisi. Νευρίδος edd. *l.* 9. Τι) Omittit *Fl. Pag.* 245. *l.* 13. Ἀπωθοῦ) Sic scripsi cum *I. Fl. H. S. Ald. Fr.* Ἀπόθου *P. B.* 1. & 2. *ead.* Περιπλ. θέλουσαν) περιπλέκουσαν *Fl. Pag.* 246. *l.* 9. Ἑτέραν) Scripsi cum *S.* Ἑταῖραν *I. P. H. B.* 1. *Ald. Fr.* Ἑταίραν accentu acuto *Fl. Pag.* 247. *l.* 4. Ἃ εἶδες) ἃ εἰ εἶδες *Fl. l.* 5. Ἐχρῆν) χρῆν *Fl. Pag.* 248. *l.* 11. Λυπῆσαι) ἵνα λυπήσῃ *Fl. l.* 15. Φενάκην) πανύκην marg. *A.* 1. In vulgato vero consentiunt *Fl. Fr. I. Ald. P.* &c. *Pag.* 249. *l.* 17. ΠΥΘ.) ΚΑΙ ΠΥΘ. *I. V.* 2. *Fr. H. P. S.* Sine καὶ *Fl. B.* 1. & 2. melius. *Pag.* 250. *l.* 10. Φίλας) φιλίας male *Fl. Pag.* 251. *l.* 4. Ἔνευσε) ἐνένευσε *Fl.* & marg. *A.* 1. *ead.* Ὑπέδειξας) ἀπέδωκας *Fl.* & marg. *A.* 1. *l.* 5. Μὴ) Deest in *Fl. l.* 6. Ἂν) Omittit *Fl. l.* 16. Δέ ποτε) δὲ τότε *Fl. Pag.* 253. *l.* 8. Καταγιγνώσκῃς) καταγιγνώσκεις male edd. priores. *l.* 9. Ἀτεγκτος) Sic *I.* ut supra Alex. c. 25 omnes habent. Ἔγκοτος hic edd. cett. Ἀτεγκος marg. *A.* 1. *l.* 13. Καθευδούσῃ) καθευδούσης, ἐμοῦ ἀποστάσης *Fl. l.* 14. Πότε) Al. πῶς, Coll. *Pag.* 254. *l.* 5. Τῷ θριγκῷ) παρὰ τὸν θριγκὸν *Fl. l.* 6. Ῥᾷον) ὁράον male *I. l.* 15. Ἐπειδὴ) ἐπειδὰν *P. ead.* Οὐχ ἑώρων) Sic *Fl. Fr. V.* 2. *P. S.* &c. Οὐκ ἑώρων male *I.* Forſ. οὐχ εὗρον. *l.* 16. Αὐτῇ) αὐτὴν male *Fl.* Id tamen & adscript. marg. *A.* 1. *l.* 18. *col.* 2. Θρίγκον) θρίγγον & θρίγγος ediderat Cler. cum Cod. V. Restituit orthographiam

Solanus, accentu diverso servato. *Pag.* 255. *l.* 15. Πνύκην) Sic *Ald. Fl. I. Fr. H. S.* & Schol. Πνύκην *B. P.* *l.* 16. Περίθετος) Sic esse in C. notabat Solan. quare id recepi pro vulgato ὑπέρθετος. In V. ὑπερίθετος. *Reitz.* *l.* 17. Ἀπατῶσα) ἀπατοῦσα edita. Ἀπατῶσα C. recte. *Solan.* *Pag.* 257. *l.* 5. Οὐθεὶς) Nil varietatis invenio. *Pag.* 258. *l.* 7. Κατεπεπλήγεσαν) κατεπεπήγεσαν *Fl.* *Pag.* 259. *l.* 4. Ὡπλισμένος) Sic *P.* sola cum marg. *A.* 1. Ὁπλισμ. *Ald. I. Fl. H. Fr. B. S.* *l.* 13. Πρότερος) Hoc praeferunt *Fl. P.* aliaeque. Πρότερον *I. S.* *l.* 15. Σαρίσσῃ) σαρίσῃ edd. omnes, ut mox quoque σαρίσης. *l.* 16. Ἀπεδείρυτ.) Rescripsi ex *V.* 2. *S.* & marg. *A.* 1. Ἀπεδηροτόμ. cett. male. *Pag.* 260. *l.* 5. Οὐχ) οὐκ *I.* *l.* 6. Συγκοιμηθοίη) συγκοιμηθείη marg. *A.* 1. *S.* *l.* 13. Σαρίσσῃ) σαρίσῃ rursus edd. *Pag.* 261. *l.* 2. Δοκῶ) Bene sic *Fl. P.* &c. Δωκῶ *I.* *l.* 11. Λιμνιάδας) Λιμνιάδας *I.* & *V.* 2. non reliquae. *l.* 13. Φονεῦ) Nil variet. invenio. Φονεύε emendat Solan. Sed φόνευε voluit. *ead.* Ὁπόσων) ὁπόσον *Fl.* *l.* 16. Κατεφόβησας) κατεφόβισας *I.* *Pag.* 262. *l.* 6. Φανεῖσθαι) φανῆσθαι male *Fl.* *l.* 7. Προσαπολώλεκας) ἀπολώλεκας *Fl.* *l.* 10. Ἀλαζονείας) ἀλαζονίας *Fl.* *l.* 13. Σαρίσσης) σαρίσης edd. *l.* 14. Ἐπεὶ) Recte plurimae. Ἐπὶ male *I.* & *V.* 2. *Pag.* 263. *l.* 22. Ἐπεὶ) ἐπὶ male *I.* *Pag.* 264. *l.* 9. Τὸ πρῶτον) Sic *P.* Τοπρῶτον *I.* aliaeque. *l.* 16. Ἐκλαθομένου) ἐκλανθομένου male *Fl.* *Pag.* 265. *l.* 8. Ἐκ Γυθίου) Luc. Holst. Γύθνου. Nil mut. edd. vett. recentioresque. *Pag.* 266. *l.* 10. Ἐκεῖνος) Omittit *Fl.* *l.* 11. Ἀλλ' ὂν) ἄλλον *Fl.* *l.* 13. Κατέβαλεν) κατέλαβεν *Fl.* *l.* 14. Γυθιακὸν) Γυθιακὸν Holst. *Pag.* 267. *l.* 1. Ἔτη μὲν) ἔγημεν edd. priores male. Ἔτη recepi ex L. Ἔτη μὲν bene marg. *A.* 1. *l.* 8. Ἡμῶν) Edd. vulgo ὑμῶν. *l.* 13. Γυθίου) Sic omnes. Γύθνου Holst. emendat. *Pag.* 268. *l.* 5. Αὐλήσασαν) αὐλοῦσαν marg. *A.* 1. non male. *l.* 9. Ἐπεισπαίσας) Ita recte edd. & constanter. Sed Coll. al. ἐπεισπεσὼν, al. ἐπεισπέσας, male. Pell. ἐπεισπάσας. *Pag.* 269. *l.* 14. Ἀνίστατο) ἀνίσταται marg. *A.* 1. *l.* 16. Ἐπεισέπαισαν) Ex emend. Kusteri. Ἐπεισέπεσον edd. priores. *Pag.* 270. *l.* 2. Γόργος) Γεωργὸς marg. *A.* 1. *l.* 14. Ἔστ' ἂν) ὁπόταν *Fl.* *ead.* Ἀπολαύω τῆς μισθοφορᾶς) ἀπολάβω τὴν μισθοφορὰν *Fl.* *Pag.* 271. *l.* 3. Ψόφοι) Nihil mut. edd.

IN DE MORTE PEREGRINI.

Pag. 273. *l.* 15. Δράματος) πράγματος edd. hac priores. *Pag.* 274. *l.* 5. Ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν) τὴν ἐκ τρ. ἀρ. T. Fabr.

Nil iuvant libri. *Pag.* 277. *l.* 1. Ἐπιπολὺ) Iam & sic *P.* cum ante divideret. *l.* 11. Ἐπεὶ) Recte *B. S.* Aliae Ἐπεὶ, quasi nova periodus inciperet. *l.* 14. Ἀλόμενος) Sic omnes. Malim ἀλλόμενος. *l.* 18. *col.* 2. Πολλὰς) Lege ποινάς. *Gronov.* Sed si ita legas, post ἄλλας reponito. *Solan. ead.* Ἄλλας) ἄλλας αἰκίας Voss. ad Catull. p. 42, ubi non intellexit τελευτῶντες. *Gron.* *Pag.* 278. *l.* 15. Ἡγοῦντο) Sic Ms. RG. Ἐδιηγοῦντο edd. male. *l.* 18. *col.* 1. Ἐπέκεινα) Scripsit, credo, ἐπινικᾷ. *Solan.* *Pag.* 280. *l.* 10. Ἐποιήσατο) ἐποιήσαντο edd. male. *l.* 13. Αὐτοὺς) ἑαυτοὺς Fab. Αὐτοὺς edd. *l.* 17. *col.* 2. Ἑλληνικῶν) Ἑλληνίων. V. *l.* 19. *col.* 1. Καὶ χρυσοῦς θυσ.) Haec corrupta censeo. Respicit autem inprimis cap. 5 Θυσ. *Solanus.* *Pag.* 281. *l.* 3. Κοινὰ) Sic & *Fl.* cum cett. Κενὰ T. Fab. male. *l.* 12. Οἰκείαν) Sic Ms. RG. Οἰκίαν edd. *l.* 17. *col.* 1. Ὅς σε) σε huc inseruit Solan. cum id ante editum legeretur post ἀθανάτῳ. *ibid. l.* 18. Ἀθανάτῳ — κολάσει) ἀθανάτου — κολάσεως V. *ibid. l.* 19. Παραβάτην &c.) παραβάτῃ — διασύροντι V. Sed emendationem primi editoris secutus sum. *Solan.* *Pag.* 283. *l.* 19. *col.* 1. Τῆς πατροκτονίας) τὴν πατροκτονίαν. V. *Pag.* 284. *p.* 7. Τὸ ἀδιάφορον) Sic edd. omnes. Τῶν ἀδιαφόρων — καλουμένων Tan. Fab. Ἀδιάφθορον Ms. RG. male. *Pag.* 285. *l.* 8. Τοῦτο) τούτῳ Schol. Ταὐτὸ Guyet. melius. *l.* 16. *col.* 2. Ἐπώνυμον) Hoc recepi ex V. cum Solano; nam ἐπώνυμος male ed. Cler. est enim ᾧ καὶ ἐπώνυμον, *cui etiam cognomentum erat.* *Reitz.* *ibid. l.* 17. Ἱκανοὺς) Et hoc recepi ex V. pro edito ἱκανῶς. *Reitz.* *Pag.* 286. *l.* 11. Τοῦ τὸ) Divisimus monente Fabro & Guyet. Τοῦτο edd. priores male. *Pag.* 287. *l.* 5. Ὑπισχνούμενος) ἐπιδεικνύμενος Tan. Fab. Nihil mut. edd. *Pag.* 288. *l.* 2. Χανόντα) Al. χανέντα Coll. Nihil mut. *Fl.* *l.* 4. Ὀξύτερος) Sic edd. Fors. ὠκύτερος, adscripsit Solan. *Pag.* 289. *l.* 1. Καύσεως) Receptum ex Ms. RG. κακώσεως edd. *l.* 8. Δέξαισθ') Ita recte *B.* 2. Δέξασθ' cett. oratione directa, & nova quasi periodo. Εὔξαισθε Kusterus. *l.* 14. Συμπεσὼν) καὶ συμπεσὼν edd. Abest καὶ a Ms. RG. quod hoc duce delevit Solan. *Pag.* 290. *l.* 1. Συκίνων) Bene sic *B.* 1. & 2. Σικύνων perverse cett. *l.* 6. Ὑμῶν) ἡμῶν male *l.* Forsan κυῃῶν, adscriptum eius margini. *l.* 12. Αὐτὸν) Ex emend. Fabri & Guyet. Ἑαυτὸν edd. priores. *Pag.* 291. *l.* 2. Ἐκτρέψαντες) Ex emendat. Fabri. Ἐντρέψαντες edd. *l.* 5. Μὴ ἀναπηδήσ.) Nihil mut. edd. Μεταναπ. vult Gronov. *l.* 11. Ἀποθάνοι) Sic *B.* 1. *I. P. S.* &c. Ἀποθάνει *H.* In qua nonnemo emendarat ἢν — ἀποθάνῃ, quod iam non opus. *Pag.* 293. *l.* 1. Σιβύλλαν) Σιβύλ-

λως Coll. *Pag.* 294. *l.* 2. Βαλέειν) Bene *S. Amst.* Βαλλέειν male cett. *Pag.* 295. *l.* 2. Σοι) τοι Fab. Nihil mut. edd. *l.* 7. Τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος) Sic edd. omnes. Nec quidquam libri variant. *l.* 8. Αὐτοῦ) αὐτοῦ edd. *ead.* Ὡς) ὃν Anonym. *l.* 14. Μακρὰ) Recepi ex Pell. Μακρὰν edd. *l.* 15. Τότε) τόγε emend. Gron. Nihil variant edd. *Pag.* 296. *l.* 11. Πάνυ) Inserui ex R. Aberat ab edd. *ead.* Ἔτι) Recepi ex RG. non habebant edd. *Pag.* 298. *l.* 16. Περιεσχέσθυ) Sic omnes praeter *S.* & *A.* quae περιεσχέθη. *Pag.* 299. *l.* 5. Φθόνου) φόνου legendum fortassis, bene marg. *A.* 1 *W.* *l.* 15. Ἦξαν) Quod Faber voluit, in *l.* est; excepto puncto subscripto. Cett. ἧξαν. *Pag.* 300. *l.* 11. Ἐπιβήσεσθαι) ἐπιβήσεται Pell. non male. *Pag.* 302. *l.* 6. Καταγελῶν τὰ) καταγελῶντα male edd. priores. *l.* 13. Ἔλεγον) ἔλεγεν edd. priores. *l.* 16. Τούτῳ) Recepi ex MS. RG. Τούτων edd. *Pag.* 303. *l.* 4. Τῷ) Sic Pell. recte. Τὸ edd. pessime. *l.* 5. Ἁλέσθαι) Sic edd. omn. *l.* 9. Ἦκον) Secutus sum scripturam *S.* Ἥκων cett. male. *l.* 16. *col.* 2. Ἀγάσεται) ἀγάσηται edita. Mutavit Solan. *ibid.* *l.* 17. Οὕτω) Sic dedit idem; nam οὕτον edita prave. Οὐ τὸν V. Recepi οὕτω, quia sic esse in C. notat Solanus. *Reitz.* *ibid.* *l.* 18. Τοῖς) τινὶ V. *Pag.* 304. *l.* 14. Αὐτὸν) αὐτὸν αὐτὸν *P.* male. *Pag.* 305. *l.* 1. Τὸ ἐν τῷ) τῷ ἐν τῷ male *l.*

IN FUGITIVOS.

Pag. 307. *l.* 3. Ἀποφέρ.) ἀναφέρ. malit Gesn. *ead.* Ὀπτωμένων) Sic *V.* 2. & Iensius. Ὀπτομένων vulgo male. *l.* 12. Ἐμπεσὼν) Sic edd. omnes. Ἐμπεσόντα Graev. *l.* 15. Ἥλατο) Adspirate *P. S. Amst.* Ἅλατο spir. leni *l. Fl. B. H. Fr.* *Pag.* 308. *l.* 7. Ἀδικουμένη) Sic bene *Fl. P.* aliaeque. Ἀδικουμένη sine puncto male *l. V.* 2. *Pag.* 311. *l.* 7. Ἧξα) ἧξα *V.* 2. Ἧξα cett. *l.* 10. Ἐργάσασθαι) Ex emendatione Iensii. Εἰργάσασθαι edd. male. *Pag.* 315. *l.* 4. Ὤφελον) Sic esse in omnib. edd. addit Solan. *Pag.* 316. *l.* 14. Ὁρμίσαντες) Ex emendatione Gesneri. Ὁρμήσαντες vulgo. *l.* 16. Πρόσφορα) πρόφορα bis edita, emendavit Solan. non addens, anne idem error in V. *Pag.* 317. *l.* 5. Αὐτοὺς) αὐτοὺς edd. priores. *l.* 16. Ἄκοντος) Et sic *Fl.* cum cett. *Pag.* 319. *l.* 3. Οἱ) Recte L. *S. Amst.* Ceterae ἢ male. *l.* 4. Οἷον) Recepi ex *Fl. S.* & *Amst.* pro οἳ, quod in *P. H. Ald.* &c. erat In L. ἢ. *l.* 6. Λιχνείαν) Ita dedit Solanus. Λιχνίαν edd. hac priores. *l.* 14.

Ἀφθόνοις) Ex emend. Fab. & Solan. Ἀφθόνως edd. *Pag.* 320. *l.* 5. Σκυθρωποὶ) σκυθροποὶ *I.* male. *Pag.* 322. *l.* 2. Καὶ) Omissum in *Ald. I. H. Fr. B.* 1. *S.* Adest in *Fl. P.* *l.* 5. Πλήσειεν) πλουτήσειεν Pell. *Pag.* 323. *l.* 1. Τοῦτο) Et sic esse in *Fl.* adlevit Solan. *l.* 7. Μετελευστέον) Et hoc ita *Fl. Fr.* &c. *l.* 16. Μετελευστέον) Ita ex *G.* restituit Solan. cum in *V.* esset Κολαστέον] quasi sic foret in Luciano. *Pag.* 324. *l.* 13. Ὡς κἂν) ὡς οὐ κἂν *Fl.* male. Ὡς οὐκ ἂν marg. *A.* 1 *W.* *Pag.* 325. *l.* 12. Ὑποπεπταμένον) Sic edd. omnes. *Pag.* 326. *l.* 12. ΕΡΜ. Οὐδὲν τοῦτο) τοῦτο Ἑρμ. οὐδὲν *Fl.* male. *Pag.* 327. *l.* 11. Ἡμέτερα) Sic *Fl Ald. I. H. B.* 1. &c. Ὑμέτερα *P.* sola. *ead.* Οὗτοι) Omittit *Fl.* *l.* 12. Δραπέται) ΦΙΛ. personam praemittit *P.* sola. *Pag.* 328. *l.* 5. Αὐτονόμῳ) μηνύτρῳ adscripsi. Solan. At nihil variant edd. *l.* 6. Ὃ οὗτος) Admisi ὃ ex *B.* 1. & 2. quod aberat ab cett. *ead.* Ὃν) Recepi ex *Fl.* Ὃ cett. *Pag.* 329. *l.* 8. Ἡρακλῆς) Et sic *Fl.* cum *Fr. I. P.* &c. *Pag.* 330. *l.* 10. Μισητέον) μισιτέον male *P.* *l.* 16. Εἰνὶ) Sic *P.* Ἐνὶ cett. *Pag.* 331. *l.* 4. Ὄπιθεν) Recte *P.* & Hom. Ὄπισθεν male cett. *ead.* Μέσσῃ) Sic Hom. Μέσσῃ *P. B.* 1. ac 2. Μέσῃ male reliquae. *l.* 6. Ὁρμὴν) ὁδμὴν Gesn. bene. *l.* 7. ΥΠΟΔ.) Ὑποδεξάμενος adscript. marg. *I.* Sed ὑποδίκου personam intelligi, patet ex titulo, nisi & is ex coniectura factus. *Pag.* 332. *l.* 2. Κλεάνθην) Nihil mut. edd. Χρεμήτα Palm. Κρεμάνθην Pell. *l.* 15. Σὺ) σοῦ ἴσως L. Nihil a vulgato abit *Fl.* *Pag.* 333. *l.* 5. Τριφάλης) Sic *Fl.* Τριφάλλης cett. *l.* 7. ΔΡΑΠ.) Fors. ΦΙΛ. vel ΗΡΑΚ. In *Fl.* Δ. tantum. *l.* 11. Πρὸ τοῦ) Sic *B.* 1. *Fl.* & *P.* Προτοῦ *I. Ald. H. Fr. S.* *l.* 12. Τὸν μὲν ἀποπλ.) τὸν μὲν Κάνθαρον ἀποπλ. adscriptum marg. *I.* *l.* 13. Τὸν Μυρόπνουν) Articulum hunc delet marg. *I.* *l.* 16. Τὰ πρῶτα) τὸν πρωκτὸν legendum notat marg. *I.* Τὰ πρῶτα seiungunt *Fl. P. B.* 1. Ταπρῶτα connectunt *I. H. Ald. Fr. S.*

ANNOTATIONES

IN ADVERSUS INDOCTUM.

Pag. 2. *l.* 4. Τοὺς σέας) Εἰ μὴ τῷ διαβεβρῶσθαι καὶ κατακεκόφθαι αὐτὰ τεκμαίροιο, καὶ συμβούλους τοὺς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνεις; Benedictus: *Nisi inde coniicias, quod arrosi sint ac mutili, tineasque his diiudicandis in consilium adhibeas?* Miror, hoc vitii tolerari in omnibus editionibus. Atqui σέες non sunt *tineae*, sed σῆτες. Nam quod nonnulli aiunt, σεὺς quoque inveniri, saltem in casibus obliquis, falluntur, & videntur hoc loco corrupto esse decepti. Glossae veteres: Σὴς, ἡ σῆψις, *haec tinea, robigo.* In Addendis adiecerat GRAEV. Occurrit σέων gen. plur. apud Aristoph. in Lysistr. v. 731, ubi σητῶν per versum stare non potest. KUSTER. Parvula vox, parvuli animalis nomen, offendit hic magnum Graevium: & ostenderat se eam ignorare etiam Bisetus ad Aristoph. Lysistr. 731, ubi sunt ἔρια ὑπὸ τῶν σέων κατακοπτόμενα, quo ipso verbo etiam Lucianus hic utitur. Reduxit utrumque in viam Kusterus ad l. c. Bisetus hic post Schol. Hesiodi Ἔργ. 420 collegit vermiculos varii generis, monosyllabos plerosque, suae quemque materiae hostes & destructores. Nempe lanas & vestes perdit σὴς, δὴξ ligna, cornua ἶψ, vineas ἶξ, τρὼξ legumina, ficus ψήν. Omissa θρὶψ lignis infesta, σὴψ carnium vivarum pernicies, haec credo, quod non insectum, sed maior serpens. GESN.

ibid. Παραλαμβάνεις) Παραλαμβάνοις. GUYET. Adsciscerem, si vel una ed. praeiret. REITZ.

ead. l. 7. Καλλῖνος) Nobiles illius aetatis librarii; certe ut vivorum meminisse videtur. De alio Callino legimus apud Diog. Laërt. in Theophrast. pag. 126 E. & Lycone pag. 131 B. SOLAN.

ibid. Ἀττικὸς) Conf. infr. c. 24. Supra Σκυθ. c. 7. SOLAN.

Pag. 3. *l.* 6. Κλῶνα) Vide Hesiodum Θεογ. 30. SOLAN.

ibid. Ὁ ποιμὴν ἐκεῖνος) Hesiodus Theog. v. 29 seq. ad quem

locum cum in Rhetorum magistro, non procul ab initio, respicit, tum infra in disput. cum Hesiodo princ. GESN.

ead. l. 8. Οὐδὲ διατριβὰς τοιαύτας) Τὰς αὐτάς. Sic paulo ante καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι. MARCIL.

ead. l. 9. Ἡμῖν ἐν παισὶν) Forsan ἦ μήν. Hesych. ἦ μὴν, ὄντως δή. Ita legisse interpres videtur. GUYET. Τὸ ἡμῖν hic locum habere non videtur. An legendum ἦ μὴν, id est, *revera*, *omnino*. Hesychius ἦ μὴν, ὄντως. MENAG. Tuetur vulgatum Iensius in Lectt. Lucian. p. 62 contra Menagium, (cui semper concinit Guyetus) qui ἦ μὴν hic corrigit: exemplaque similia ex Nostri Necyom. Contempl. & Sacrif. Iens. affert, aliosque pronominum pleonasmos producit, de quibus cum abunde viderimus alibi, & res sit notissima, hic nihil repetemus. Et video pleraque Iensii iam inserta T. I huius ed. pag. 432. REITZ.

ibid. Σοὶ καὶ μεμνῆσθαι) Σοὶ δὲ καὶ μεμνῆσθαι. MARCIL.

ead. l. 12. Πρὸς τῆς Λιβανίτιδος) Iurat numen ei, quem hic lacerat, familiare, Venerem, & simul summa illius, quae deinde obiecturus est, scelera complectitur, ut cum in Pseudologista c. 11 per πάνδημον, & γενετυλλίδα, & κυβήβην, inimicum obtestatur. Nimirum vix dubito, quin *Libanitis*, quod nondum alias inveni nomen, a loco sui cultus dicta sit Venus illa, *Aphacitidis* appellatione decantata ante, quam illius templum, in Libano monte positum, everteret Constantinus M. Locus classicus est Eusebii de Vita Constant. 3, 53, de quo ponamus quaedam, unde & Libanitidis nomen intelligatur, & quantum in hac iurandi formula amaritudinis insit. Erat ergo Ἄλσος καὶ τέμενος — αἰσχρῷ δαίμονι Ἀφροδίτης, ἐν ἀκρωρείαις μέρει τοῦ Λιβάνου ἐν ἀφάκοις ἱδρυμένον. Σχολή τις ἦν αὕτη κακοεργίας πᾶσιν ἀπολάστοις, πολλῇ τε ῥᾳστώνῃ (sic Ro. Steph. Sed malim πολλή τε ῥᾳστώνη, ut referatur ad σχολὴ) διεφθορόσι τὸ σῶμα. Γύνιδες γοῦν τινες ἄνδρες οὐκ ἄνδρες, τὸ σεμνὸν τῆς φύσεως ἀπαρνησάμενοι, θηλείᾳ νόσῳ τὸν δαίμονα ἱλεοῦντο. Γυναικῶν δ' αὖ παράνομοι ὁμιλίαι, κλεψίγαμοί τε ὁμιλίαι, ἄῤῥητοί τε καὶ ἐπίῤῥητοι πράξεις, ὡς ἐν ἀνόμῳ καὶ ἀποστάτῃ χώρῳ κατὰ τόνδε τὸν νεὼν ἐπεχειροῦντο. Ἔφορός τε οὐδεὶς ἦν τῶν πραττομένων, τῷ μηδένα σεμνῶν ἀνδρῶν αὐτόθι τολμᾶν παριέναι. Reliqua de hoc templo Bochartus Chanan. II, 14. Videtur idem esse, de quo in libello de Dea Syr. GESN.

ead. l. 13. Λιβανίτιδος) An Veneris? GUYET. Quidni? REITZ.

ead. l. 15. Μυῤῥίνη) An μυρίκη; GUYET. Non male, ut ludibrii causa maior sit oppositio inter laurum & vilem myricam atque malvam, quam quae iam est inter laurum & myrtum. REITZ.

ibid. Μαλάχης φύλλοις) Nempe ferulacei generis est malva, de qua Plin. XIX, 4, f. 22, *in Arabia septimo mense arborescere* baculorumque usum *praebere extemplo*, ex Theophr. hist. pl. I, 5. Itaque adhibet ad eam rem Noster etiam Δραπετ. extr. GESN.

ead. l. 16. Ἀπήλαξαν) Forsan ἀπήλασαν. GUYET.

Pag. 4. *l.* 1. Ὀλμειὸν) De his fontibus Hesiod. Θ. 6. SOLAN. Cum nullam fontis huius & rivi mentionem fecerit Cellarius, iuvat annotare, eum ab Hesiodo Theogon. v. 5 & 6 iungi cum Hippocrene & Permesso. Etymon ex oriente arcessit laudatus modo Bochartus Chanan. I, 16. Strabo lib. IX, p. 281 pr. ὁ Περμησσὸς καὶ ὁ Ὀλμειὸς ἐκ τοῦ Ἑλικῶνος συμβάλλοντες ἀλλήλοις εἰς τὴν αὐτὴν ἐμπίπτουσι λίμνην τὴν Κωπαΐδα τοῦ Ἀλιάρτου πλησίον. GESN.

ead. l. 3. Καίτοι, οὐδὲ, εἰ καὶ πάνυ &c.) Vulg. καίτοι οὐδὲ εἰ πάνυ &c. Sed praeferenda nobis videbatur cum cl. Bel. de Ballu lectio Ms. Reg. 2954, quam expressimus. Simul interpunctionem in melius direximus, monente eodem viro doctissimo.

ead. l. 5. Ἐν χρῷ πρὸς) A coitu metaphora. GUYET. Supra Ζεύξ. c. 6 f. &c. SOLAN.

ead. l. 7. Ἢ τῷ δεῖνι ξυνεφοίτας) Ἢ σὺ τῷ δεῖνι ξ. MARCIL.

ead. l. 9. Κατὰ δὴ ταῦτα, ἔχε ξυλλαβὼν ἐκεῖνα τὰ τοῦ Δημοσθένους, ὅσα τῇ χειρὶ τῇ αὐτοῦ ὁ ῥήτωρ ἔγραψε) Vertunt: *si hoc es animo, age conquire, quaecunque Demosthenes orator propria manu scripsit.* Num κατὰ δὴ ταῦτα est Graecis, *si hoc es animo?* Videtur scribendum, καὶ δὴ ταῦτα ἔχε, *habe sane ista, conquisitis, quaecunque Demosthenes propria manu scripsit.* Haec in Addendis supplevit GRAEV.

ead. l. 12. Αὐτὰ ὀκτάκις) Thucydidis historia a Demosthene octies descripta. GUYET.

ead. l. 13. Σύλλας) Vid. supra Ζεύξ. c. 3, & quae ibi de statuis a Sulla Romam missis annotata sunt. Plutarchus de libris, de quibus & hic Noster; sed Plutarchus rem tantam non satis docere videtur in *Imperatoris huius vita:* cum enim narrasset, Apelliconis Teii bibliothecam ab eo Athenis sepositam, missis aliis, ait tantum, *Aristotelis* & *Theophrasti* opera in ea fuisse multa ea aetate non satis nota, quae Romam ab eo translata

& a Tyrannione grammatico compilata, ex iisque Codicibus a Tyrannione comparatis deinde Rhodium Andronicum catalogos, qui Plutarchi aetate circumferebantur, concinnasse, p. 856 A. SOLAN. Narrat Plutarchus in Sulla pag. 856 H. Steph. Nimirum Apelliconis Teii bibliothecam Romam deportavit: in quibus Aristotelis praesertim atque Theophrasti scripta. V. Fabric. Biblioth. Gr. III, 6, pag. 175 seq. GESN.

Pag. 5. *l.* 2. Πίθηκος γὰρ ὁ πίθηκος) Proverb. BOURD.

Pag. 6. *l.* 2. Διὰ χειρὸς) Conf. supra, si tanti est, Nigr. § 2, ibique Hemsterh. ex Alciphr. διὰ χειρὸς afferentem. Adderem Nostrum infra Pseudol. cap. 24 f. ἃς διὰ χειρὸς ἔχεις, nisi rem notam scirem. Long. Past. I, p. 19, διὰ χειρῶν ἐπεδέσθαι τῇ χλόῃ. Ael. V. H. VII, 1, διὰ χειρὸς καὶ γνώμης ἔχουσα πάντα. REITZ.

ead. l. 8. Ἰσμηνίου) Dives is Thebanus, musices cultor. Vid. Plat. Πολ. A. 5. ed. Ald. & Plutarchus passim. Fuit & eiusdem nominis tibicen clarus. Plut. 595, 2, 839 f. 925 f. 1123 f. Diog. Laërt. pag. 193 f. sed is ab hoc diversus. Vid. Xen. pag. 294, 13, & 326 & seqq. *Citharam* non *tibiam* vocat alicubi vir doctissimus. (Spanhem. pag. 4.) Conf. supra Ἁρμον. c. 1. SOLAN.

ead. l. 12. Ὀλύμπου) Vid. Plut. de Mus. 2075... Marsyae hic discipulus, qui musicae sacrorum Graeciae fere omnium auctor, in quam primus musicam *Canonicam* invexit. De huiusce Olympi calamo seu tibia vid. Eur. Ἰφ. A. pag. 267 B. Utriusque meminit Basilius de Leg. Graec. lib. (Grot. ed. 99.) Philostr. 574, Μαρσύας ἤρα Ὀλύμπου, καὶ Ὄλυμπος τοῦ αὐλεῖν. SOLAN.

Pag. 7. *l.* 2. Κατὰ ταῦτα) Nihil mutare *Fl.* adscripsit Solan. An τ'αὐτὰ maluit? Conf. mox ad c. 7, ubi id potius requirerem, quam hic. REITZ.

ead. l. 6. Ἵππον — Μῆδον, ἢ Κενταυρίδην, ἢ Καπποφόρον) Per equum Centauridem intelligit, credo, Thessalum: nam & equi Thessali olim in pretio, & Centauri Pelium, Thessaliae montem, & loca vicina habitabant. Cappophorum vero intelligit, cui inusta erat nota K. Talis Aristophanis Κοππατίας in Nebulis, ad quem locum vide Scholiasten. PALM.

ibid. Κοππαφόρον) Omnes, quos vidi, libri Καπποφόρον, nisi quod *Fl. P.* forte κοππόφορον. Ego cur mutaverim, audi: quia apud Aristophanem & Philostratum, p. 334, etiam de equo, cui Κοππατίας nomen est, legimus ipso fere Nubium

initio; ubi Scholiastes, quamquam depravatissimus, inde dictos docet, quia signum *Coppa* gerebant; qua figura apud Graecos nonagenarius numerus signabatur. Ea autem figura erat P inversum in hunc modum [q]: rem totam egregie enucleavit doctissimus Scaliger in ea, quam de *literis Ionicis* operi suo ad Eusebii Chron. inseruit *dissertatione*, poster. ed. p. 110, quam omnino consule. Quam in rem ut & ego aliquid de meo amplius conferam, accipe simul figurae illius descriptionem, si ulla, liquidissimam a Quintiliano exhibitam, & eadem opera in eius textu non poenitendam emendationem. Is itaque lib. I, cap. 4, Inst. *de literis redundantibus* agens, sic scribit: *Et K quae & ipsa quorundam nominum nota est, & Q, cui similis effectus speciesque, nisi quod paulum a nostris obliquatur,* Κάππα *apud Graecos, nunc tantum in numero manet.* Hic si COPPA legas pro ΚΑΠΠΑ, quod tamen omnes libri, quos quidem viderim, praeferunt, tam impressi, quam Mss. habebis & mentem Quintiliani, & id, quod volumus, huius signi imaginem speciemque, quam limpidissime potuit descriptam, cum doceat, *Coppa* Graecorum Romano Q simile, nisi quod a suis obliquetur, id est, pro recta linea, qua Graeci efformabant [q], Romanos curva uti [Q]; unde liquido conficitur, idem ab eo signum describi, quod Scholiastes Aristophanis optime etiam per P inversum designavit, hanc nempe formam, q. Ne ultra te morer, duo haec observes velim: figuram literae Latinae Q antiquis illis temporibus a dextro latere caudam gestasse, quam nos fere scribentes a sinistro ducere incipimus. Deinde male & iam a prisco more longe diverso, istud ἐπίσημον in Graecis nostris libris pingi; cum vera forma ea sit, quam Scaliger primus restituendam docuit, nempe inversum Rho (P), seu circulus, a cuius latere intuenti dextro ducitur, inferne recta linea tangens q, minusculo nostro q prorsus simile, in nummis tamen varia est huius Episemi, literae etiam aliquando forma. Adi Spanhem. de usu & praest. numism. apud quem tres hae occurrunt ϙ. Ϙ. ϙ. Pro K in aliquot nummis invenitur (p. 92, 95.) deinde pro numero XC. (pag. 92 & 97.) Hactenus de *Coppa*. Equorum autem femori inurebatur; vid. Anacr. ed. Steph. pag. 73:

Ἐν ἰσχίοις μὲν ἵπποι
Πυρὸς χαράγμ' ἔχουσι.

V. Ἀναβ. c. 47, πιθηκοφόρους. SOLAN.

Pag. 8. *l.* 1. Καὶ ἐγένετό τις πρὸ πολλοῦ) Καί τοι ἐγένετό

τις πρὸ π. MARCIL. Tollendum censeo illud καὶ, odiose hic; ut puto, initio sententiae affixum. V. Plut. 1216 C. & 1239 C. SOLAN.

ead. l. 9. Νεοτμήτους) Non ausim damnare nomen, quod libri tuentur & analogia, cum praesertim τέμνειν esse proprium hac in re verbum σκυτοτόμοι doceant. Venit tamen in mentem, an non posuerit Lucianus verbum paulo generalius, νεοκμήτους. Certe Latine non ausus sum dicere crepidas *recens scissas*, cum a *suendo* potius *sutores* dicti sint, quam a *scindendo*. GESN.

ead. l. 11. Οὐ ταῦτα) Et ita habere *Fl.* adlevit Solan. Quare? quia forsan ταὐτὰ quaesivit, quod non improbarem, si alicubi invenirem, sed est ταῦτα etiam in cett. Conf. modo c. 5, ubi eadem suspicio. REITZ.

ead. l. 12. Συκίνην) Proverbium est, de quo Erasm. adagio *ficulnus*. COGN. Confer supra Alex. cap. 47. Infra Peregr. cap. 24. REITZ.

ead. l. 13. Χρυσοῦς ἐμβάτας) Misere aberratum est supra in Iov. Trag. c. 41, tam in textu Luciani, ubi τοὺς ἐμβάδας ex *P.* editum, cum *I. B.* 1. *H. S.* ut iam video, recte ἐμβάτας habent; quam in nota ad Schol. ubi & αἱ male exaratum pro οἱ ἐμβάται. In differentia τοῦ ἐμβάδες & ἐμβάται, misere quoque sibi contradicunt Lexicogr. & Grammatici, sed genus tamen est certum; nam ἡ ἐμβὰς dicendum, ὁ ἐμβάτης. Ammonius p. 49, Ἐμβάδες, ait, κωμικὰ ὑποδήματα, ἐμβάτα (immo ἐμβάται) δὲ τὰ τραγικά. Idem ait Th. Mag. Budaeus contra ἐμβὰς *calceamentum tragic.* ἐμβάται *comica*. Stephanus, idem ἐμβάδες, quod ἐμβάται, ait, ex Luciani Gall. (c. 26 f.) Pollux vero a se ipso dissentit, L. IV, c. 18, seg. 115, scribens: Κόθορνοι μὲν τὰ τραγικὰ καὶ ἐμβάδες. Ἐμβάται δὲ τὰ κωμικά. Et VII, s. 91, Ἐμβάται δὲ, ὄνομα τοῖς κωμικοῖς ὑποδήμασιν. Sed ibid. s. 85, Ἐμβάδες, εὐτελὲς μὲν ὑπόδημα — κοθόρνοις ταπεινοῖς ἔοικε. Hemsterh. rem non expedivit ad Necyom. c. 16 f. ubi καταβὰς ἀπὸ τῶν ἐμβατῶν habemus, dum ad Spanh. nos ablegat. Nam is ad Aristoph. Plut. 759, eundem Luciani ex Necyom. locum allegat, ac si ἐμβάδες legeretur, aeque ac in Gall. c. 26 f. dum tamen, ut modo vidimus, ipso volente Hemsterh. ἐμβατῶν ibi editum, inque eo edd. vett. illic consentire video, veluti in ἐμβάδων consentiunt in altero loco, ubi tamen diserte de tragicis agit. At quia infra Epist. Sat. § 19, τραγικοὶ ἐμβάται aeque ac in Necyom. l. d. item Iov. Trag. sic quoque ex consensu edd.

optimar. legendum est; potius & in Gall. c. 26 f. forsan ἐμβατῶν iam corrigendum, etsi ibi edd. ἐμβάδων praeferunt. Tumque non male Solanus coniecerit, hoc loco pro χρυσοῦς ἐμβάτας, legendum χρυσᾶς ἐμβάδας, quod calceos humiliores designet, non plane tragicos. Sic supra Bacch. § 2, χρυσῇ ἐμβάδι. Rhet. Praec. c. 15, ἐμβὰς Σικυωνία. Aristoph. Plut. 759, ἐμβὰς γερόντων· ubi Spanhem. eo usque recte consulitur, quo exempla alia tria ex Aristoph. affert, ubi ἐμβὰς de solea calceove senum adhibetur. Sed spatii angustia non sinit haec fusius exponere; alioqui pluribus traderem, ἢ ἐμβὰς generalius esse, ὁ ἐμβάτης tragicis cothurnis magis proprium, & Ammonium adeo melius sensisse, quam Pollucem. REITZ.

ead. l. 16. Βῆτα — ῥαψῳδ.) Hinc usu receptam iam tum fuisse eam rationem constat, qua nos hodieque in dividendis Homeri carminibus utimur. SOLAN. Si certa est scriptura, patet hinc, non solum libros Homericos iam tempore Luciani sic divisos, sed literas illas appositas non mere numerales fuisse, verum elementarias. Et ita ap. Eustath. ad Il. A, Nota 1: διὸ καὶ τὰ εἴκοσι τέσσαρα τμήματα τῆς Ὁμηρικῆς ποιήσεως — οὐ μόνον ἄλφα καὶ βῆτα καὶ γάμμα ὀνομάζονται, καὶ τὰ ἑξῆς, ἀλλὰ καὶ γράμματα καλοῦνται· atque apud alios Schol. non semel Ἰλ. ἄλφα, βῆτα &c. plene legitur. Non tamen ab ipso Homero profectam divisionem, satis norunt eruditi. A Grammaticis Homero posterioribus ortam monet Duker. in Latin. Vet. Iurisc. p. 203. Vulgo Aristarcho tribuitur; vid. quos ille allegat Casaub. & Fabric. REITZ.

Pag. 9. *l.* 2. Δημηγορῶν παγγέλ.) Hom. Il. B, 212. SOLAN.

ead. l. 5. Ὑπερπηδήσεται) Hom. Il. Φ, 268. SOLAN.

ead. l. 7. Ἕκτορα, — Λυκ. — Ἀστερ.) Hom. Iliad. Φ, 34, & seqq. it. 179. SOLAN.

ead. l. 10. Γέλωτα ἂν ὀφλισκάνοι) Supra Deor. Dial. XXII, § 2 f. καὶ γέλωτα ὀφλήσω παρὰ πᾶσιν. Ac Dial. Mort. XV f. Item Bis Accus. c. 15. Et persaepe alibi. Dion. Hal. VII, p. m. 473, μὴ καὶ γέλωτα ὄφλῃ. Aristophan. Nub. 1031, καὶ μὴ γέλωτ' ὀφλήσῃς. REITZ.

Pag. 10. *l.* 1. Πορφυρᾶν — διφθέραν &c.) Supra Συγγρ. c. 19. SOLAN.

ead. l. 7. Πυθοῖ) Πυθοῖ & Πειραιοῖ non esse adverbia, uti vulgus Grammaticorum statuit, sed ablativos obsoletorum nominum Πυθὼ & Πειραιὼ, quae in tertio & sexto casu habent οῖ, contracte οῖ, ut Ληδοῖ, αἰδοῖ, atque in illis intelligi

ἐν, contendit L. Bos de Ellipſ. p. 282 & ſeq. ubi plura ex aliis exempla, & hoc Luciani quoque affert. Adſcripſerat Hemſterh. annotaveratque ſimul, quod verſum erat *in Pythiis*, reddendum, *Delphis*. REITZ.

ibid. Εὐάγγελος) Similem Hiſtor. vid. apud Cic. ad Heren. IV, 47. SOLAN.

Pag. 11. *l.* 3. Σφραγῖσι) Conf. fin. c. ſeq. Et Tragop. v. 79. Et Ovid. Met. XI, 167. SOLAN.

ead. l. 9. Εἰσέρχεται — ὅλος) Nihil referre, ὅλος ne, an ὅλως recipias, vid. ſupra Tom. VII, Herc. cap. 1, ὅλως Ἡρακλῆς. REITZ.

Pag. 12. *l.* 14. Κατὰ τὸν νόμον τῆς τέχνης) Vide haec copioſe illuſtrantem Gataker. in Cinno pag. 246 ed. minor. P. 303 ed. maior. REITZ.

ead. l. 16. Σφραγῖσιν) I. e. *gemmis*. GUYET.

Pag. 13. *l.* 3. Ὠνήσω) Ὠνήσω legiſſe videtur interpr. GUYET.

ead. l. 6. Περὶ πόδα) Heſych. οὕτως ἐκάλουν τὸ ἁρμόζον, μεταφέροντες ἀπὸ τῶν συμμέτρων τοῖς ποσὶν ὑποδημάτων· ἢ ἀκριβῶς. GESN.

ead. l. 10. Θρᾶτται) *Thraciae*, quas depingit Ovid. 2 Metam. COGN.

ead. l. 11. Εἰς τὸν Ἕβρον ἐμπεσοῦσαν ἐμβληθῆναι εἰς τὸν μέλανα πόντον) Exhibuit quoque interpres *in nigrum pontum*; nec intercedo, quo minus ab poëta aliquo ſic ſcriptum credatur. Sed Lucianum nunc ſimpliciter narrantem non reſpexiſſe opinor ad talem quandam imitationem, & intelleXiſſe Melan ſinum, ut illam maris partem appellari novimus ab ingrediente eam Mela fluvio. Vide Geographos. GRON.

ead. l. 12. Μέλανα πόντον) Mare nigrum Luciano notum. Sed de Propontide hic intelligendum videtur. GUYET. Quando ita appellari mare hoc coeperit, alii doceant. SOLAN.

Pag. 14. *l.* 3. Νέανθον) De hoc Politianus *in Nutritia*. SOLAN.

ead. l. 16. Κληρονομήσαντα τῆς &c.) Attice cum genitivo ait Schol. bene. Ita & ſupra Quom. Hiſt. cap. 20. Verum & cum accuſandi caſu Alciphr. I, Ep. 39, pag. 192 f. ἔναγχος γὰρ πλούσιον κεκληρονόμηκε πατέρα τὸ μειράκιον. REITZ.

Pag. 15. *l.* 7. Τῶν ἄλλων βαρβίτων) Hinc videtur colligi poſſe, lyram & barbiton idem fuiſſe. LONGOL.

ead. l. 10. Τρισχιλίων δραχμῶν) A ſolo Luciano hoc memoratur; ſed facile fidem facit. Quoniam autem de lucerna fictili venerandi ſenis ſermo incidit, operae pretium eſt ex ipſo Epicteto apud Arrianum p. m. 72 B. cur fictili ea uſus

sit, audire. *Ego*, inquit, *nuper cum apud Lares ferream haberem lucernam, audito strepitu sublatam accurrens animadverti. Rem deinde reputans, furtique causam satis obviam; cras*, inquam, *fictilem invenies.* At, o bone, quam tu tam vilem comparabas, ut qui furaretur neminem inventum iri putares, inventus est eo usque fatuus, ut ter mille drachmis emeret. Libros Pythagoricos a Platone, Speusippi philosophi ab Aristotele, immenso pretio emtos narrat A. Gellius III, 17. Sed horum alia prorsus ratio est. SOLAN.

ead. l. 11. Τῶν νυκτῶν) Subaudi τὸ διά. GUYET.

ead. l. 13. Τῷ θαυμαστῷ ἐκείνῳ γέροντι) Serio Epictetum laudat: neque enim semper ridet Lucianus, neque omnia. Qui si Socratem ipsum aliquando inclementius tractarit, suspiciebat tamen. Senem fuisse docent & alii scriptores, & ipse apud Arrianum p. 66 A. Aul. Gell. II, 18: *De Epicteto autem philosopho nobili — recentior est memoria, quam ut scribi quasi obliteratum debuerit.* Ad M. Aurelii usque tempora vitam produxisse, auctor est Suidas. SOLAN.

ead. l. 14. Χθὲς) Paulo post Peregrini mortem itaque haec scripta sunt. Vid. Περεγρ. c. 36. SOLAN.

ead. l. 15. Πρωτέως) I. e. Peregrini. GUYET.

Pag. 16. *l.* 1. Τεγεάται τοῦ Καλυδωνίου) Memorat inter ἀναθήματα eius verbi etiam Pausan. Arcad. pag. 275, 38 Wech. Ἔστι μὲν, inquit, τὸ δέρμα ὗς τοῦ Καλυδωνίου· διεσήπετο δὲ ὑπὸ τοῦ χρόνου καὶ εἰς ἅπαν ἦν τριχῶν ἤδη φιλόν. GESN.

ead. l. 2. Τὰ ὀστᾶ τοῦ Γηρύονος) An factum de Geryonis ossibus, quod Sanctorum reliquiis contigisse cum admiratione legimus, ut vel multiplicatae sint, vel translatae? Pausanias enim in Atticis p. 34, 20, in Lydiae urbe non magna, Τημένου θύραις, inventa, narrat, post nudatum a tempestatibus collem, ὀστᾶ τὸ σχῆμα περιέχοντα ἐς πίστιν ὡς ἔστιν ἀνθρώπου· ἐπεὶ διὰ μέγεθος οὐκ ἔστιν ὅπως ἂν ἔδοξεν. (conformatio suasit humana esse, magnitudo elephantum potius aut cetum suasisset) Αὐτίκα δὲ λόγος ἦλθεν ἐς τοὺς πολλοὺς, Γηρυόνου τοῦ χρυσάορος εἶναι μὲν τὸν νεκρὸν, κ. τ. λ. Dicemusne lacunam esse post Θηβαῖοι, aut post ὀστᾶ adeo. Sed hariolari nolo. Magnam vim eiusmodi reliquiarum, (κειμήλια, θαύματα, ἀναθήματα, pro diverso respectu vocant Graeci) breviter indicat Ez. Spanhemius in ipso ingressu magni operis pag. 3. GESN.

ead. l. 3. Γηρυόνου) Γηρύονος diserte scripsit Gesner. in nota

sua; an quia Latini amant *Geryon*, *onis?* Dubito tamen, num & sic in Luciano corrigi velit, cum etiam Γηρυόνου in *H.* 2. qua utebatur, intactum reliquit. Et cum nihil varietatis notatum reperirem, edd. decem evolvi, easque in Γηρυόνου consentire deprehendi, nempe ab recto Γηρυόνης, quam formationem esse usitatissimam, vel ex Loydii Lex. poët. notum, qui id vel quater ex Palaeph. & Γηρυονῆα a Γηρυονεὺς ex aliis profert. Addo Conon. Apollodoro annexum p. m. 247: τοῦ Γηρυόνου περικαλλεῖς ὅσαι βόες. Et Ptol. Hephaest. p. 310 f. Ἥρα συμμαχοῦσα τῷ Γηρυόνῃ. Parth. Nic. c. 30, τὰς Γηρυόνου βοῦς. Nec aliter Suidas, nec Aristoph. quem vid. Acharn. v. 1081. Ideoque iam nulla mendi suspicio: nec scio, ubi Γηρύων aut Γήρυον inveniatur. REITZ.

ead. l. 7. Λέγεται — Διονύσιον) Ut Latini verbis passivis imperson. positis nominativum addere magis amant, ita contra Graeci accusativum iis frequentius adiungunt. Diod. Sic. I, cap. 95 pr. Λέγεται προσελθεῖν Ἄμασιν τὸν Βασιλέα. Ib. med. λέγεται τὸν Ξέρξου πατέρα — ἐπιστῆναι. L. II, c. 21, λέγεται τὸν Μέμνονα, & millies apud eundem deinde. Parth. Nic. c. 30, λέγεται δὲ καὶ Ἡρακλέα — ἀφικέσθαι. Et cap. 31, λέγεται δὲ καὶ Διμοίτην. Item c. 36, λέγεται δὲ καὶ Ῥῆσον ἥναι. Aesop. f. 86, λέγεται ταύτην. Arrian. Exp. Al. in praef. λέγεται Φίλιππον μὲν τελευτῆσαι, ubi Gronov. sex, septem alia simil. ex Ael. & Xen. Interdum tamen & nominativum reperias, ut Diog. Laërt. T. II, p. 582, λέγεται ὁ Πλάτων υἱὸς γενέσθαι. Diod. Sic. V, c. 55, λέγονται δ' οὗτοι καὶ γόητες γεγονέναι. Mox ibid. Ζεὺς λέγεται ἐρᾶσθῆναι. REITZ.

ibid. Διονύσιον) Meminit Cic. ad Att. L. IX, unde proverbium factum est, Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ. COGN. Dionysius tyrannus. GUYET. *Seniorem* intelligit, qui tragoedias & comoedias edidit. Vid. Plut. 838, 2; 1276; 1532, 1. De tragoediis eius vide Suid. & Plut. Timol. 442, 2, & 602 f. ubi fragmentum hoc etiam habet, ἡ γὰρ Τυραννὶς ἀδικίας μήτηρ ἔφυ, quod apud Stobaeum etiam reperitur, Grot. Flor. 187 B. adde Philostr. p. 499. SOLAN. Adleverat Hemsterh. adeundum Davis. ad Cic. Tusc. Disp. V, p. 350 ed. 2. Ibi Cicero de eodem Dionysio tyranno: *musicorum vero perstudioso poëtae etiam tragico quam bono, nihil ad rem.* Davisius autem: *Themist. Or. IX, p. 126,* Τραγῳδίας δὲ, *inquit,* ἱκανῶς γράφειν, καὶ Διονύσιος ὁ Τυράννος ἱκανὸς ἦν. *De poëtica eius facultate non tam bene sentiunt reliqui, & in horum sententia fuisse se, non obscure docet Tullius. Ammian. Marcell. L. XV, c. 5:* Legimus, Dionysium

intentasse poëtae Philoxeno mortem, cum eum recitantem *proprios versus absurdos & inconcinnos*, laudantibus cunctis, solus audiret immobilis. — Dein additis etiam his Luciani, pergit: *alia de Philoxeno in lapicidinas coniecto testimonia corrasit Iac. Perizon. ad Aelian. V. H. L. X, c. 9. At de Dionysii tragoediis vide Schefferum & Kuhnium ad L. XIII, c. 18.* Haec Davisii adscribere non piguit. REITZ.

ead. l. 8. Τὸν Φιλόξενον) Nota Philoxeni historia, disertissime enarrata a Diodor. Sic. l. 15 post pr. brevius a Stobaeo Serm. 13 περὶ παῤῥησίας. Tangit Cic. ad Att. 4, 6 med. Aliam causam coniecti a Dionysio in Lautumias Philoxeni, corruptam nempe ab illo Galateam, tyranni pellicem, indicat Athenaeus L. I, p. 6 F. & Schol. Aristoph. ad Plut. 290. Tragoediarum Dionysii nomina, & quae ad hoc argumentum alia pertinent, vid. apud Fabric. B. Gr. II, 19, p. 675, in quo Catalogo Tragicorum etiam Philoxenus illustratur p. 686. Add. viri docti ad Aelian. V. H. X, 9 & XII, 44. GESN.

ead. l. 10. Οὐ δυνάμενον κατ. τὸν γέλωτα) Aliam causam assignat Plut. 595 f. Tragoedia nempe Tyranni ei ut emendaret data, a principio ad finem ab eo est obliterata. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐγγελᾶται) Lege ἤγγελται, & vid. Παρασ. c. 40; vel potius ἐγελᾶτο, ut Diog. Laërt. p. 159 F. quamvis de alio illic sermo. De hac veterum curiositate vid. Spanh. p. 4 ed. ult. Adde his ob similitudinem Silii Italici factum, qui in Virgilii monumento decubuisse fertur, quasi eodem afflatu inspirandus. Narrat Iac. Pontanus 281. Philoc. SOLAN.

ead. l. 15. Δωρικὸν) Ubinam hoc Doricum invenies? Corruptum censeo; necdum, quid reponam, satis video. Aliquid tamen habeo, quod afferam. Fuit altera Dionysii uxor nomine Doris; v. Aelian. V. H. IX, 8, & XIII, 10; Val. Maxim. IX, 14; de qua haud dubie hic sermo est. Adde Cic. Tusc. V. Locra erat, Xeneti, viri civium suorum nobilissimi, filia. Sed ibi Loris dicitur. Vid. not. ad Cornel. Nep. in Dione. SOLAN.

ibid. Ἦν ἡ Διονυσίου) Non puto, ridiculum quaerendum esse in his versiculis, prout hic recitantur, in quibus humile quiddam forte videas, & minime Tragicum; ridiculum, nescio, an quis hodie observet? sed citari arbitror carminum principia eorum, quae miserum poëtam praeter cetera declarent. GESN.

Pag. 17. *l.* 1. Μάλιστα εὐστ. — ἢ τῷ Διον.) Aut μᾶλλον scribi debuit, aut εὐστοχώτερον. SOLAN.

ead. l. 4. Καὶ ἀγελίττεις) Haec omnia Pers. eiusque inter-

pretes ad Sat. 3. BOURD. Perinde quidem est, sive legas, ut in editis habetur, καὶ ἀνελίττεις ἀεὶ, sive, ut in Ms. exstat, καὶ ἀνατυλίττεις ἀεί. Utrumque enim significat *libros, versus, evolvis*, utrumque verbum hunc apud scriptorem alibi quoque occurrit in hac notione. Sed cum ἀνατυλίττειν, quod hic Codex vetustus prae se fert, sit verbum rarius, credibile est, librarios pro eo substituisse notius & tritius. Proprie ἀνατυλίττειν dicitur de voluminibus, quae evolvuntur. In sequentibus mox ineptissime vertitur, καὶ διακολλᾷς καὶ περικόπτεις, *coagmentas, spolias*, cum vertendum sit *conglutinas, circumcidis*. Chartae enim glutine iungebantur, deinde frontes librorum circumcidebantur, capiti vero voluminis adglutinabatur membrana purpurea, cui plerumque literis aureis index libri inscribebatur, ut erudite docuit maximus vir Isaacus Vossius ad Catullum p. 52. Vide, quae ibi notavit, quae maxime faciunt huic loco illustrando. GRAEV.

ibid. Καὶ διακολλᾷς, καὶ περικόπτεις) I. e. recidis, *tu les rognes*. GUYET.

ead. l. 6. Ἐυτίθεις) Ἐυτίθης. GUYET. Ni Atticum foret εις pro ης, ut c. 19 f. προὐτίθεις. REITZ.

ead. l. 8. Τῶν ἰχθύων ἀφωνότερος) Proverb. BOURD. Supra Z. Τρ. c. 35. Ἀλεκτ. c. 1. SOLAN.

Pag. 18. *l.* 1. Τίλφαις) Lege σίλφαις, ut Ἀλ. c. 31. Mutare tamen nolui, quia sic etiam usurpari notat Scholiastes ad illum locum. SOLAN.

ead. l. 9. Χανεῖν σοι) Hom. Il. Θ, 150. SOLAN.

ead. l. 11. Δημήτριος) Vide Ὀρχ. c. 63, Δημον. c. 3, & Τοξ. c. 27. SOLAN. De hoc aliisque XX Demetriis vid. Philostr. IV, 25, notasque Olear. p. 163, b. 1. REITZ.

ead. l. 12. Τὰς Βάκχας) Eur. Bacch. 1041. Quae fabula etiamnum exstat. In *Fl.* βάπτας, prave. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Ἐπιμήκη) Ἐπίμηκες dederat Solan. non adiiciens unde. Ideo non satis causae, cur vulgatum deserem videns, non obsecutus sum, nec enim comma addiderat: at si post ἐπίμηκες distinguas, construasque ζωΰφιον ἐπίμηκες, κέρατα ἔχον, Solani coniectura non displicebit; non tamen certum erit, Scholiasten sic dedisse. REITZ.

ibid. col. 2. *l.* 1. Τούτου) Sic Solan. pro vulgato τοῦτο, quod ei facilius dedi, quia ex C. est, etsi neque ἀδύνατον vulgatum ab Scholiasta profectum. REITZ.

ead. Ἐγχρίψαιτο) Legendum existimo ἐγχρίμψ. REITZ.

ead. Ἀποβάλλον) Exc. G. eadem, nisi quod habent ἀποβάλ-

λων. C. etiam, nisi quod τούτου pro τοῦτο, quod in reliquis est. Sed legendum πολιὸν, non πέλιον. SOLAN.

Pag. 19. *l.* 3. Τήμερον) *Usque ad hanc diem.* GUYET.

ead. l. 6. Τῶν καὶ ἐπ' ἐλάχιστον) In edd. aberat καὶ ante ἐπ' ἐλάχιστον, quod addidimus fide MSS. Regg. 2954 & 3011.

ead. l. 10. Μὴ) Lege πῇ. SOLAN.

ead. l. 13. Κἀμὲ Σύρον ὄντα) Syrus ergo & ille indoctus. SOLAN.

Pag. 20. *l.* 6. Ἐκκεκραγέναι) Delerat ἐκ Solanus, praeeunte *Fl.* Facerem idem, si plures addicerent, etsi posses ἐγκεκραγέναι coniicere, quod similia frequentet Noster, ut ἐμβοᾶν, ἐμφαγεῖν &c. Sed quia supra de Merced. Cond. § 28 quoque χερσαίου βατράχου δίκην διψῶντα κεκραγέναι, neque compositum ἐκκεκραγέναι in Nostro observavi, Solano assentior. REITZ.

ibid. Ἢ μὴ) Καὶ μή. GUYET. Probo; sed ne sine auctoritate librorum grassari videar, vulgatum exhibui. REITZ.

ead. l. 9. Βασιλεῖ τινι) *M. Aurelio; eruditum* enim paulo post dicit c. 22. Sapientem etiam &c. quod & a Scholiaste probe fuerat animadversum, quem vide a me emendatum. Praeterea post Peregrini mortem scripta; vide supra. SOLAN.

ead. l. 10. Ὁ ψευδαλέξανδρος) Ille *sortis extremae iuvenis, qui Syriae regnum velut paternum* (Antiochi Epiphanis filium mentitus) *armis repeteret* a Demetrio Sotere. Vid. Iustin. XXXV, 1, 6. GESN.

ibid. Καὶ ψευδοφίλιππος ἐκεῖνος κναφεὺς) Ammian. L. XIV, c. 19, etiam hunc Pseudophilippum in fullonio natum testatur. *Haec*, inquit, *fortuna mutabilis & inconstans fecit Agathoclem Siculum ex figulo regem, & Dionysium gentium quondam terrorem, Corinthi literario ludo praefecit. Haec Adramyttenum Andriscum in fullonio natum, ad Pseudophilippi nomen evexit.* L. BOS. Ψευδοφίλιππος) Andriscus ille, *vir ultimae sortis* apud Flor. II, 14, 3, sive *stirpis.* Vell. Pat. I, 11, 1, qui quod vulgo *ex similitudine Philippi* (Persei Macedoniae regis filii) *Pseudophilippus vocabatur, regiam formam, regium nomen animo quoque regio implevit.* In *fullonio natum* etiam Ammianus Marcellinus dicit XIV, 11. GESN.

ead. l. 11. Ψευδονέρων) De Pseudoneronibus tribus vid. Casaubonus ad Suetonii Neronem extremum. GESN.

ibid. Καὶ εἴ τις ἄλλος τῶν ὑπὸ τὸ ψεῦδος ταττομένων) Benedictus, *qui mendacio subditi sunt.* Cedo, quos tales intelligam? Quin etiam cum conditionem huiusmodi innuit auctor, usur-

pat casum tertium; ut in principio Fugitivorum: Ἀξιοῦσι γοῦν ὑπ' ἐμοὶ τάττεσθαι. Et rursus: Κράτητα ἐπιγραφομένων καὶ ὑπὸ τῷ κυνὶ τατταμένων. In Reviviscentibus: οἱ δὲ ὑπὸ τῇ ἐναντίᾳ τέχνῃ τατταμένοι. Anastasius apud Basileenses, *& si qui alii hoc modo mentiti sunt*, sententiam, ut videtur, non voces crassius considerans. Puto velle auctorem, *& si quis alius eorum, qui post vocem* ψεῦδος *nomen positum habent.* Tales enim sunt illi, qui praecedunt, Pseudonero & Pseudophilippus. Similiter lusit in citato loco ex Reviviscentibus in verbo multis praepositio φίλος. GRON. Ὑπὸ τοῦ ψεύδους τεταγμένων legit cl. Bel. de Ball. vertens: *& tous ceux enfin, qui sont rangés sous les enseignes du faux.*

ead. l. 12. Ὑπὸ τὸ ψεῦδος τεταγμένων) I. e. vocem ψεῦδος nomini proprio praepositam habentium, quales sunt isti, ψευδαλέξανδρος, ψευδοφίλιππος, & sim. GUYET. Nam Bened. dederat, *qui mendacio subditi sunt.* Anastasius: *si qui alii mentiti sunt.* REITZ.

Pag. 21. *l.* 4. Μουσικῶν τοῦτο· δὶς διὰ πασῶν) Emendationem hanc nostram firmat L. proxime etiam accedit *V.* 2. in qua tantum desideratur δὶς, in aliis depravate prorsus legitur Μυσῶν τοῦτο διὰ πάντων. Confer *ἀ. μισθ.* c. 11, si forte adhuc dubites: vide etiam, si lubet, Plut. 212, 2, ubi Μυσῶν καὶ Φρυγῶν ὁρίσματα. Proverbium quidem est, de rebus a se invicem discretis. Ita ut edidimus, emendasse etiam in suo Codice Kusterum video, qui proverbium de re, quae alteri, e diametro, ut aiunt, opposita est, dici notat. SOLAN. Τῶν Μυσῶν τοῦτο) Quae Scholiasta de Mysorum & Phrygum terminis dicit, declarari possunt e Strabone Lib. XIII, pag. 432, 33: τὰ δὲ ἑξῆς ἐπὶ τὰ νότια μέρη τοῖς τόποις τούτοις ἐμπλοκὴν ἔχει μέχρι πρὸς τὸν Ταῦρον, ὡς τὰ Φρύγια, καὶ τὰ Λύδια, καὶ τὰ Καρικὰ, καὶ ἔτι τὰ τῶν Μυσῶν δυσδιάκριτα εἶναι παραπίπτοντα εἰς ἄλληλα, κ. τ. λ. ubi apparet, de rebus parum distinctis & ad discernendum difficilibus, dici potuisse illud proverbium. At Noster de maxima & in sensus facile incurrente dissimilitudine hic agit. Deinde quis putet, Lucianum, scriptorem, si quis alius, disertum, & verborum minime parcum, quin περίεργον potius quam obscurum, ita abrupte ad illud proverbium allusurum fuisse? Quid ergo? corruptum iam olim putamus locum e compendio scribendi, pro μυσῶν legendum μουσικῶν. Nam illud alterum, quod διὰ πάντων dictum putamus, pro vulgatiore διὰ πασῶν, non habebit difficultatem, arbitror; cum etiam διὰ παντὸς (intell. διαστήμα-

τος) dici observaverimus ab Hippocr. de diaeta I, 9, 17. GESN. Τῶν Μουσικῶν τοῦτο· δὶς διὰ πασῶν) Vulgatum τῶν Μυσῶν &c. non esse sanum, Guyetus quoque animadverterat, non vero qui sanandum. Sed iam inventa veritate ab Solan. & Gesnero aliis coniecturis non indigemus. Cumque & Wessel. in Observ. p. 35, eodem modo emendandum viderit, ἄμουσος forem, si his viris non auscultarem. Habuimus id proverbii supra in de Merced. Cond. cap. 11, ubi ad Ptolem. Harmon. remisi. Item in Prometh. c. 6. Et in Quom. Hist. c. 7. Et expositum est de summa distantia, maximaque differentia. REITZ.

ead. l. 5. Τοῦ Πύῤῥου) Pyrrhus Alexandro similis. GUYET.

ead. l. 12. Ἔπαυσεν αὐτὸν τῆς κορύζης) *Obesae naris*, itemque contra ea *emunctae naris* homines, simili translatione dicunt Latini. Sed κόρυζαν satis ad verbum reddere num liceat, dubito. Frequentissime ludunt in hoc verbo Graeci ad infantiam exprobrandam & ἀβελτερίαν. Antiquissimam esse eam rationem, ostendit Plato, apud quem de Rep. I, p. 416 C. Thrasymachus Socratem sic superbe tractat, Τιθήσοι ἐστί; cum respondisset Socrates τί δέ; ὅτι τοι σὲ, inquit, κορυζῶντα περιορᾷ, καὶ οὐκ ἀπομύττει δεόμενον. Sed haec copiosissime iam olim & magno apparatu Hemsterhusius in dialogis Nostri selectis p. 25. GESN. Supra Dial. Mort. XX, § 4, κενοδοξίαν, καὶ τύφος, καὶ πολλὴ κόρυζα. Et Dial. IV, § 2, κορύζης μὲν τὴν ῥίνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὄντα. Ubi Hemsterh. hoc paucis exponit, promittens se opportuniore loco plura daturum; unde coniicio, eum h. l. id acturum fuisse; cum loco priore non repetierit, quae super κορύζῃ copiose dedit in ed. Dialogor. Luciani minore, p. notar. 24 — 30. At cum & alibi similes minoris ed. observationes non recudi in hacce curarit, nolim iam istam notam tam longam huc inferere, quia praescriptum foliorum numerum excedere non licet, & altera editio plurimorum in manibus versatur. Hoc solum repetam, prae aliis Lucianum κορύζῃ pro *stultitia* frequenter uti, ut praeter superiora, de Mort. Peregr. sub init. & in Navig. § 45 &c. REITZ.

Pag. 22. *l.* 14. Εἰ βασιλεὺς μάθοι) Marcus Antoninus Philosophus. GUYET.

Pag. 23. *l.* 13. Βάσσος) De quodam Basso legimus apud Philostratum pag. 165, & ad quem Apollonii Epistolae exstant XXXVI & XXXVIII, & apud Suidam, sed alius is videtur ab eo, qui hic notatur: de hoc vid. Ovid. Trist. II, 417. SOLAN. Variorum quidem Bassorum meminit Tacit. nullius, quem

huius Sophistae nomine insignire queam. Fuit & Bassus Neronis tempore, homo dicacissimus, qui *Asinus albus* vocabatur, ut refert Quintil. L. VI, c. 3, p. 545. *Asinum*que ob ineptias, *album* ob iucunditatem, dictum vult Turneb. At Burman. ob stuporem vel magnas aures, & colorem cutis. Hunc designari non ineptum foret, si tempus conveniret. REITZ.

ibid. Βάταλος) De hoc apud auctores ambigitur, aliis *tibicinem, poëtam* aliis facientibus. Vid. Plut. v. Demosth. 1554, I. qui monet, ita dictum ab obscoenitate Demosthenem. Libanius in vita Demosth. tibicinem Ephesium fuisse ait supra modum mollem, a quo deinde molles omnes B. dicti sint. Consule etiam Suidam, & in eum eruditissimi editoris notam. Ipse Demosth. eius opprobrii meminit, p. m. 179 B. C. Poëtam mollem facit Ios. Barberius AG. X, 823. Vid. etiam Brodaeum Miscell. I, 20. SOLAN.

ead. l. 14. Ἡμιθέων) Ovid. Trist. II, Epist. ad Aug. *Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.* Huius, ut videtur, auctor Hemitheon. Alludit Philo Hebraeus in vita Mosis. *Comoedias*, inquit, *& Sybaritica nequitias componentes.* Mart. etiam XII Thes. Crit. Grut. p. 27, 1. Lil. Gyrald. p. 482. SOLAN.

Pag. 24. *l.* 2. Χύτραις λημῶντες) Comicus in Nub. p. 144: εἰ μὴ λημᾷς κολοκύνταις. Ad quae verba vetus Schol. Ὁ δὲ Λουκιανὸς ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον, οὐκ ὤκνησεν εἰπεῖν χύτραις λημῶντες. Hesych. Κρονικαὶ λήμαι, παρὰ τὴν παροιμίαν τὴν χύτραις λημᾷν, καὶ κολοκύνταις ἐπὶ τῶν ἀμβλυωττόντων. L. Bos. V. Scholiast. Aristoph. Νεφ. ad v. 326, p. 144, & Hesych. Κρονικαὶ λήμαι. SOLAN.

ead. l. 3. Μυρία γὰρ) Sic de Calum. c. 10 & 29. Sic apud Aristen. Epist. 19, lib. II. BOURD.

ead. l. 5. Μαστίχη) Ad depilanda corpora adhibebant molles isti; quod & hodieque facitant Asiatici. Vide supra notam ad Μισθ. c. 33. SOLAN.

ead. l. 15. Ἀττικὸν καὶ Καλλῖνον) Supra c. 2 pr. SOLAN.

Pag. 25. *l.* 6. Κἀκεῖνα) Non liquet. SOLAN. In marg. *Iunt.* notarat idem, nihil variare edd. Sed in phrasi καὶ γὰρ κἀκεῖνα nihil est vitii; tam saepe enim habuimus illud καὶ γὰρ καὶ, ut neque repetere velim, neque credere possim ad id haesisse Solanum: verum aliud in sensu quaesivit vitium; nam vel κἀκεῖνα, vel sequens ταῦτα melius abesset. Scio quidem, αὐτὸς ἐκεῖνος haud infrequens esse, ut Aelian. V. H. IV, 9, ἀλλ' ἐγώ, φησιν, αὐτὸς ἐκεῖνός εἰμι. Herodian. III, 13, 7, αὐτήν τε ἐκείνην καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτῆς. Aristot. de Gen. Animal. III, 6 pr.

τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ, & similia Nostro etiam familiaria; vid. ad Abdic. cap. 6. Habeoque in promtu multos pleonasmos, veluti hoc Lysiae in Ἀπολ. δωροδοκ. p. 378 ed. Lond. ἢ τῶν ἰδίων τῶν ὑμετέρων αὐτῶν, aliaque partim exhibita ad Gall. c. 20, Icar. c. 1, atque alibi, partim alia occasione expromenda; non tamen ad verbum huic loco respondentia. Sed & prope accedentia afferuntur a viris doctis ad Dial. Mar. III, § 1; nec tamen mihi satisfacio: quare pro ταῦτα levissima mutatione legerim ταὐτὰ, tumque ταὐτὰ ἐκεῖνα idem erit, quod αὐτὰ ἐκεῖνα, *illa ipsa*, s. *eadem illa*; nam qui opposita illa pronomina eodem spiritu iungantur, nondum capio, dum ταῦτα ἐκεῖνα idem sonat, atque *haec illa*, & si δύο accedit, erit, *illa haec duo*, quod dici posse, nondum observavi. At si oratio possit fieri bimembris, & construi, καὶ γὰρ κἀκεῖνα δεινῶς ἐσπούδακας, & *in ista valide incubuisti*, περὶ δύο ταῦτα, *circa haec duo*, salva res foret. At vix patiuntur sequentia. REITZ.

ead. l. 8. Ἐξώρων) *Validos* dederant, cum sit *exoletos*. Vide Suid. Et Philostr. Epist. 14, οἱ ἐρωτικοὶ τῶν ποιητῶν ἀγαθὴ ἀκρόασις καὶ ἐξώροις, i. e. *senioribus, quam ut amatoria exerceant*. Generaliter enim signif. aetatem iustam egressos, quod satis iam docuit Steph. REITZ.

ead. l. 10. Ἱερὸν χρῆμα συμβουλὴ) Supra Rhet. Praec. § 1 habuimus: Ἱερόν τι χρῆμα τὴν συμβουλὴν οὖσαν. REITZ.

ead. l. 11. Ἀξιῶ γάρ σε ἀφέμενον) Longe hic a sententia Luciani Latinus interpres. Locus enim hic totus sic Latinus fieri debuit: *auctor enim tibi sum, ut omissis, quae nihil ad te attinent*, nempe librorum emtione, *alterum illum morbum tuum cures, & ministros illos*, nempe libidinis tuae, *dimittas, qui liberi sunt, cum vernae tibi non desint, quibus, si fugerint, non sit tutum, eliminare omnia, quae post epulas & vinum agitis vos, etsi a te nihil acceperint*. Quare non tutum vernis potius, quam liberis, aperta res. MARCIL.

ead. l. 12. Τοὺς ὑπηρέτας) Sensum ex verbis Graecis, ut nunc quidem se habent, haud facile elicias. Ego corruptissima existimo, sed absque Mss. Codd. ope quid reponam, nondum satis video. SOLAN.

ead. l. 13. Ὠνῇ δ' ὅμως μὴ ἐπιλειπόντων σε τῶν οἴκοθεν) Ut eis pauca, καὶ φύλαττε ὡς οἴκοι. MARCIL. Locus difficilis, quem interpretando magis obscuravit Marcilius. Nempe corruptum esse, illud indicat, quod infinitum, postulante constructione, non sequitur. Ait, ἀξιῶ σε ἀφέμενον — θεραπεύειν, καὶ τοὺς ὑπηρέτας — quid exspectamus? non profecto ὠνῇ

δὲ, sed ὠνεῖσθαι, nec ὅμως, sed ὅπως. Blandissimam esse utramque emendationem, agnoscet, qui manus librariorum non ignorat. Denique οὐδ' mutandum censeo in οὖν. Non mirum, plura in uno loco esse corrupta. Cum enim semel in illo ὠνεῖσθαι peccatum esset, nube obiecta loco alioquin claro, reliquis quoque corrumpendis nata opportunitas. Sententiam huic loco aptissimam esse, quam in versione expressimus, nemo in dubium vocabit, arbitror. Suadet, ut servis ad malam libidinem abutatur potius, quam liberis; illos obnoxios, hos sine suo periculo enuntiare turpitudinem illius posse. Hoc satis declarant, quae sequuntur. GESN.

ead. l. 14. Μεταστέλλοιο) Μεταστέλλεσθαι forsan legendum. Sed locus mendosus videtur. GUYET. Ante hanc vocem excidisse puto μηδέ. SOLAN.

ead. l. 15. Λάβωσιν) Subaudi τὶ, δῶρα, aut quid simile. GUYET.

Pag. 26. *l.* 1. Ἔτι καὶ δείγματα ἐπιδεικνὺς) Ἔτι καὶ δείγματα ἐπ. Morsiunculas nempe amatorias. MARCIL.

ead. l. 6. Ταῦτα καὶ λόγοις διηγουμένοις) Ταῦτα καὶ λοιποῖς. MARCIL.

ead. l. 10. Οὐδὲ γὰρ κύων &c.) Utitur & Alciphr. III, Ep. 47 fin. verborum ordine aliter collocato, οὔτε γὰρ κύων σκυτοτραγεῖν μαθοῦσα τῆς τέχνης ἐπιλήσεται· ubi Bergler. & haec Luciani addit, cetera ad Erasmum remittens. REITZ.

ibid. Σκυτοτραγεῖν) Proverbium hoc expressit Hor. Sat. 5, L. II, v. 8: *Ut canis a corio nunquam absterrebitur uncto.* SOLAN.

Pag. 27. *l.* 2. Ἐνδιατρίβειν) Sumitur hic pro *celebrare, virtutes laudare*, uti Οἰκ. cap. 2; aut potius *palpere*, ut Ἀλεξ. cap. 33. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀντισθένους) Periere haec omnia, non mala tamen, si rite hic cum Platonicis recensentur. SOLAN.

ibid. Ἀντιλόχου) Forsan Ἀρχιλόχου. GUYET. Idem adscripserat etiam La Croze. REITZ.

ead. l. 7. Αἰσχίνου) Supra de Merced. c. 7 pr. REITZ.

ead. l. 8. Τιμάρχου) Τοῦ καταπύγωνος scil. GUYET. Haec oratio hodieque exstat. SOLAN.

ead. l. 10. Ὑποδέδυκας) Cum omnium, qui modo laudabantur, auctorum commemoratio acerbum quid habeat, ut qui aspere invecti sint in ea flagitia, quae Indocto bibliothecae possessori obiicit Lucianus; tum in Aristophanis atque Eupolidis Comoediis utitur vocabulo ὑποδεδυκέναι, puto, ut indicet, eum personas turpes, v. g. Hyperboli, & similium

subiisse, & histrionis instar *egisse*: quem intellectum verbi hic tanto magis annotandum putavi, quod adhuc nondum mihi observatus est. GESN.

ibid. Τὰς Βάπτας) Τοὺς Βάπτας esse nomen huius Comoediae evincit Platonius ille, cuius περὶ διαφορᾶς κωμῳδιῶν libellus Aristophani praefigi solet, post princ. Ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν, ἐπὶ τῷ διδάξαι τοὺς Βάπτας, ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλασσαν ὑπ' ἐκείνων, εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας· & magis etiam Iuvenalis II, 92: *Cecropiam solisti Baptae lassare Cotytto.* Vetus Scholiastes ad h. l. suppiet Platonii narrationem, & dubitationem, si qua esse poterat, eximit, simulque Lucianum unice declarat: Baptae *titulus libri, quo impudici describuntur ab Eupolide, qui inducit viros Athenienses ad imitationem feminarum saltantes, lassare psaltriam.* Baptae *ergo molles, quo titulo Eupolis Comoediam scripsit, ob quam ab Alcibiade, quem inprimis perstrinxerat, necatus est.* An hi βάπται gestarunt βαπτά; de quibus Hemsterh. ad Nigrin. c. 40. GESN. Τοὺς Βάπτας legend. videtur. Βάπται Eupolidis drama, in quo τῶν βαπτῶν τῆς Κοτυττοῦς sacerdotum libidinem exagitat. Iuvenal. *Guyet.* Recte coniicit Guyet. nam Baptae sacerdotes mares erant Deae Cotyttus, cui nocturnis & impudicis saltationibus sacra faciebant. Iuvenal. Sat. II, v. 92: *Cecropiam soliti Baptae lassare Cotytto;* ubi vid. Interprett. quos non exscribo. Et quamvis *molles* eo nomine etiam insigniantur, adeoque per iocum femineus articulus addi posse videatur, tamen id hic locum habere nequit, ubi titulus dramatis ipse indicatur. REITZ.

ead. l. 13. Τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, ἅπτει τῶν βιβλίων, ὁποίαις αὐτὰ χερσὶν ἀνελίττεις) Ridiculissime Latinus interpres, *quali animo, qualibus manibus libros verses.* Non intellecta locutione Attica, ἀπὸ ψυχῆς ἔχειν, ut ἀπὸ θυμοῦ ἔχειν, *aversari, avoir à contrecoeur.* Hoc dicit Lucianus: *quem tu mollium tuorum aversatus, libros attingis, aut quibus eos manibus evolvis?* Perinde ut si diceret, molles tui tibi tam προσθύμιοι, tam προσκάρδιοι, manus tuae tam rebus obscoenis occupatae, ut libris vacare nullo modo possis. Haec intelligi non magni refert, sed neque ubi maxime βιωφελὴς Lucianus, interpretes Latini magnopere aliquid intellexere. MARCIL. Τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, pro τίνα βιβλία ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, ἅπτη τούτων. Nam & ἅπτη pro ἅπτει legendum. GUYET. Etiam hic infeliciter rem cessisse arbitror Marcilio. Vult sine dubio hic dicere Lucianus, *quo animo, qua mente?* Sed nimirum non scripsisse videtur τίνα ἀπὸ ψυχῆς ἔχων, verum τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων, vel τί ποτε

ψυχῆς ἔχων. Lysias in narratione, quam refert in ipsius vita Halicarnassensis Dionysius, ex persona mulieris pro filiis suis, contra suum patrem, agentis, interrogat, τίνα ποτὲ ψυχὴν ἔχων ἀξιοῖ περὶ τῶν παίδων τοιαύτῃ γνώμῃ χρῆσθαι; *quo tandem animo?* Vid. p. 193 extr. Ald. GESN.

ibid. Ἅπτῃ) Sic emendare necesse duximus pro vulgato ἅπτει, quod ferri non poterat. In *Fl.* quidem & L. ἅπει. Sed quid hoc ad rem, quaeso? Contra aptissimum est illud ἅπτῃ, facillimusque librariorum lapsus, qui ἅπτει inde fecerant; quod tot editorum diligentiam fugisse miror, cum statim recte ἀνελίττεις eodem halitu sequatur. Ut enim ἅπτεις, quod unum restat, scripserit, a me impetrare non possum, ut credam. SOLAN. Ἅπτει) Delerat posteriorem syllabam Solan. & ἅπτῃ sua auctoritate dederat. Fateor, sensus perspicuitati ita consuli; verum quia ex seq. ἀνελίττεις facile intelligitur, etiam secundam pers. requiri, eaque Atticis saepe formatur in ει pro ῃ, nihil mutem: nam ut βούλομαι, οἴομαι, ὄψομαι fere perpetuo faciunt βούλει, οἴει, ὄψει pro βούλῃ, in secunda sing. forsan & ἅπτομαι, ἅπτει formavit Noster. In multis enim aliis quoque verbis id obtinere, ut ἐκπυνθάνει *scisciteris* apud Aristoph. Plut. 60; item τύπτει, ψεύδει, ac permulta similia; vide larga manu indicata ap. Maittair. de Dial. p. 63. Et licet Suid. ad recentiores Atticos haec referat, tamen hoc ipsum ἅπτει, quod hic occurrit, indicat ab iis usurpatum, dum ait: ἅπτει, καὶ τὰ ἄλλα τὰ ἐπὶ τοῦ ἐνεστῶτος χρόνου διὰ τοῦ ει λεγόμενα τῶν νεωτέρων μᾶλλον Ἀττικῶν ἐστιν. REITZ.

ead. l. 16. Ἡδὴ ἐκείνοις) Libidinibus illis probrosis. GUYET.

Pag. 28. *l.* 1. Τῶν λόγων) Quid est? GUYET. Mallem, si per Codd. liceret, ἔργων. Quorsum enim illud λόγων, nisi cum *Fl.* pro ἐπιτεταμένος, ἐπιτεταγμένος legas? quod ferri hic non posse, ego quidem existimo. SOLAN. Cl. Bel. de Ball. coniiciebat δόρπων. Eligant lectores.

ibid. Μηκέτι μὴ — μηδὲν) De triplici illa negatione vid. supra Philops. c. ult. οὐδὲν οὐ μὴ ταράξῃ. Et de Merced. Cond. § 4. Item Reviv. c. 18, οὐδὲν οὐ μὴ γένηται ἄδικον. REITZ.

ead. l. 2. Ἄφες δὲ τὰ βιβλία) Ἄφες δή. MARCIL.

ead. l. 4. Τὴν τοῦ Εὐριπίδου Φαίδραν) Cum nondum satis probatum sit, fuisse fabulam Euripidis hoc nomine, de quo vid. Barnesius; hic autem locus sit in Hippolyto v. 418, & ibi ex persona Phaedrae proferatur: nolim Luciani verba sic accipere, quasi is Phaedram, fabulae Euripideae nomen, laudare voluerit. GESN.

ead. l. 6. Οὐδὲ σκότον) Eurip. Hipp. 417. SOLAN.

ead. l. 8. Ἴθι) Confer supra Ῥητ. c. 10. SOLAN.

ead. l. 12. Τῇ γλώττῃ) Lingua, supple impura, a fellatione scil. GUYET.

ead. l. 14. Αἰθίοπα σμήχειν ἐπιχειρῶ) Paroemiogr. BOURD. In Schotti Adagio legendum ἀνόνητον. SOLAN.

Pag. 29. *l.* 13. Μαχαιρίδας) Cf. supra Ἀναβ. c. 45. SOLAN.

Pag. 30. *l.* 6. Τὸ τῆς κυνὸς) Supra idem Τιμ. cap. 9. (iam § 14.) Nota Aesopi fabula. SOLAN.

ead. l. 11. Αὖθις ἀκούσῃ πολλάκις) Ubinam? nisi forsan ἀποφρ. eundem spectat. SOLAN.

IN CALUMN. NON TEMERE CRED.

Pag. 31. *l.* 1. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΜΗ) Huic libello Th. Mag. titulum facit περὶ ἀγνοίας. V. μά. SOLAN.

ead. l. 2. ΔΙΑΒΟΛΗι) Haesi aliquantum in hac voce, utrum possit retineri pervulgatus titulus, *non credendum Calumniae.* Sed cum *calumnia* semper falsa sit, cui proinde non modo non temere, sed nunquam sit credendum; ac praeterea latius multo pateat, quam διαβολὴ, & ad omne genus *cavillationum, pravarumque interpretationum* referatur: in titulo malui illud ponere, quod Apellis historia, & definitio auctoris, ac tota disputatio maxime postulare videbatur. In contexto tamen orationis non abstinui interdum *calumniae* appellatione, quoties ea videbatur commodior. Nempe hic etiam experimur, quod singulis paginis, non satis sibi respondere voces singulas binarum linguarum, non esse temere nomina plane synonyma. GESN.

ead. l. 3. Δεινόν γε ἡ ἄγνοια) Ita ferme Plato in Philebo: Οὐκοῦν τὴν ἄγνοιαν εἴπομεν ὅτι κακὸν πᾶσιν; *Nonne igitur ignorantiam dicemus omnibus esse malum?* & huc forsan respiciens noster interpres vertit, *mala res est ignorantia:* sed vim vocis δεινὸν non satis expressit, quae diritatem innuit. Malim igitur vertere, *dira res est ignorantia.* Est enim ab illo Graeco hoc Latinum vocabulum derivatum, *v* in *r* mutato. TOLL.

ead. l. 4. Ὥσπερ ἀχλύν τινα) Atque haec est ratio, cur anima nostra, (aut eorum saltem, qui non penitus obbrutuerunt) quae lumen est, ut philosophi voluere, ignorantiam non secus horreat, atque corpus mortem. Sunt enim lux & tenebrae ita inter se oppositae, ut altera alteram destruat, atque

dissolvat. Hinc Plutarchus Graecos veteres hominem φῶτα, id est, lumen, dixisse existimat, ὅτι τοῦ γινώσκεσθαι, καὶ γινώσκειν ἑκάστῳ διὰ συγγένειαν ἔρως ἰσχυρὸς ἐμπέφυκεν· αὐτήν τε τὴν ψυχὴν ἔνιοι τῶν φιλοσόφων φῶς εἶναι τῇ οὐσίᾳ νομίζουσιν, ἄλλοις τε χρώμενοι τεκμηρίοις, καὶ ὅτι τῶν ὄντων μάλιστα τὴν μὲν ἄγνοιαν ἡ ψυχὴ δυσαναστρεπτεῖ, καὶ πᾶν τὸ ἀφεγγὲς ἐξαιρεῖ, καὶ ταράττεται τὰ σκοτεινὰ, φόβου καὶ ὑποψίας ὄντα πλήρη πρὸς αὐτήν. *Quod unicuique nostrum ob cognationem cum lumine acris est insitus amor cognoscendi & innotescendi. Ipsam vero animam nonnulli philosophorum LUMEN suapte natura esse statuunt, cum aliis utentes argumentis, tum quod nullam rem anima magis aversetur, quam ignorantiam, & omnia lucis expertia vitet, tenebrisque turbetur, eas metuat, ac suspectas habeat.* Familiaris est autem illa ignorantiae cum tenebris & caligine comparatio. Sic Lucretius lib. II: *O miseras hominum mentes! o pectora caeca! Qualibus in tenebris vitae, quantisque periclis, Degitur hoc aevi quodcunque est!* Phaedrus f. XI, lib. III, de Augusto: *Qui postquam tenebras dispulit calumniae.* Cicero lib. I Tusc. Qu. c. 26: *Philosophia ab animo, tanquam ab oculis, caliginem dispulit.* TOLL.

ead. l. 7. Μᾶλλον δὲ τυφλοῖς) Ita paulo ante Lucretius: *o pectora caeca!* Sic Plato τοῖς ἀγνοοῦσι κακὸν εἶναι dixit τὴν ἄγνοιαν, ὥσπερ τὴν τυφλότητα μὴ βλέπουσι, teste Plutarcho in Lysandro. Id est, *ignorantiam, ignorantibus haud minus esse malum, quam caecitatem non videntibus.* TOLL.

ead. l. 8. Τῷ δὲ) Forsan τὸ δέ. GUYET. Sic *Ven.* utraque, Ms. Ox. & L. In impr. reliquis τῷ δέ. SOLAN.

ead. l. 9. Τὸ μὲν πλησίον) Tertullianus in Apologetico: *Sed caecitatis duae species facile concurrunt, ut, qui non vident, quae sunt, videre videantur, quae non sunt.* TOLL.

ead. l. 10. Ὡς ἐνοχλοῦν δεδιότες) Lucretius lib. II & VI: *Nam veluti pueri trepidant, atque omnia caecis In tenebris metuunt: sic nos in luce timemus Interdum, nihilo quae sunt metuenda magis, quam Quae pueri in tenebris pavitant, finguntque futura.* TOLL.

Pag 32. *l.* 1. Τοὺς Λαβδακίδας) Notissima fabula est, e mythologis & poëtis, Oedipi patrem per ignorantiam interficientis, matremque ducentis uxorem: filiorum item ad Thebas mutuis vulneribus concidentium. TOLL.

ibid. Τοὺς Πελοπίδας) Atrea & Thyesten, eorumque filios. Adeantur Tragici Graeci & Latini, apud quos haec fusius. TOLL. Non repeterem, recte Tollium dicere, Atrea & Thyesten intelligi, i. e. Pelopis filios, Tantali Nepotes, nisi vide-

rem aberrasse I. C. Schroderum, qui in Epistt. Cic. selectt. L. II, Ep. 32, verba Ciceronis ad eosdem spectantia, quando ait, *ut ibi esses, ubi nec Pelopidarum*, ad ducem Pelopidam Thebanum, de quo C. Nepos, male refert. REITZ.

ead. l. 7. Καὶ οἶκοι ἀνάστατοι) Ita fere & Photius, in praestantissima illa ad Michaëlem Bulgariae principem epistola, χείλη δὲ, inquit, κατήγορα, καὶ συκοφαντίας ἀποστρέφου· πολλάκις γὰρ παῖδας κατὰ πατέρων, καὶ πατέρας ἐξέμηνε κατὰ παίδων, καὶ βίου ἔσχισε συζυγίας, καὶ συγγενεῖς ἐπανέστησε κατ' ἀλλήλων· καὶ τί λέγω; πόλεις ὅλας, καὶ οἰκίας ἀνέτρεψε μία φωνὴ συκοφάντου. *Labia accusatoria & sycophantica aspernere: nam non raro & liberos furere in parentes, & parentes in liberos adegerunt, vitae vincula & connexiones disruperunt, & in se invicem consanguineos concitarunt. Quid autem illa minora commemoro? vel unica sycophantae vox civitates & domos integras subvertit saepe.* Qui locus hinc desumtus esse videtur; ita omnia quadrant. Nec multum diversa sunt, quae ap. Themistium in Orat. III leguntur: διαβολὴ δὲ χαλεπὸν μὲν, inquit, ἁπανταχοῦ καὶ πολεμοποιὸν, οὗ ἀντιπαρεισρυῇ, καὶ πρὸς παῖδα πατρὶ, καὶ πρὸς ἀδελφὸν ἀδελφῷ, καὶ τὸ δρᾶμα ἐκείνης καὶ ὁ Ἱππόλυτος. *Calumnia porro ubique permolesta est, rixasque & contentiones ubique provocat, quocunque se insinuaverit: ac cum patre filium, cum fratre fratrem committit: a qua illa est de Hippolyto Tragoedia excitata.* Praeclare igitur Menander: ψεύδους διαβολὴ τὸν βίον λυμαίνεται, *mendacii calumnia vitam labefactat.* Exemplum praeter cetera egregium est apud Phaedrum fab. 2, lib V; ut ne quid de Philippis dicam, Macedoniae regibus, quorum alterius filio Alexandro exsilii, alterius Demetrio necis causa fuit. Sed & ipse Alexander vel solus possit sufficere, ut, quantum mali mortalibus afferat calumnia, ostendatur. TOLL.

ead. l. 14. Καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς) Velut in tabella. Sic Velleius lib. II: *Nos memores professionis universam imaginem principatus eius oculis animisque subiecimus.* Ubi τὸ *animisque* ab aliena manu, adeoque inducendum videri possit; neque est tamen. Ἓν διὰ δυοῖν. TOLL.

ead. l. 16. Ἀπελλῆς ὁ Ἐφέσιος) Ad distinctionem istius Apellis, qui sub Alexandro & Ptolemaeo Lagi vixit, maximi nominis & artis, Coi patria. Hic autem patria Colophonius, verum θέσει, id est, adoptione, fuit Ephesius, teste Suida, Pamphili Amphipolitae discipulus. TOLL.

Pag. 33. *l.* 1. Πρὸς Πτολεμαῖον) Φιλοπάτορα, Evergetae filium, qui quartus Ptolemaeorum Aegypti rex fuit, *Gallus*

dictus; uti ex Excerptis Chronici Casauboniani, Scaliger in notis ad Eusebium docet. Citat idem ibidem Etymologicon: ubi cum locus mihi videatur parum emendatus, una eum opera restituam. Γάλλος, inquit, ὁ φιλοπάτωρ Πτολεμαῖος, διὰ τὸ φύλλα κισσοῦ κατεστίχθαι, ὡς οἱ Γάλλοι· ἀεὶ γὰρ ταῖς Διονυσιακαῖς τελεταῖς κισσῷ ἐστεφανοῦντο. Addit Scaliger: *& Gallos Magnae Matris foliis hederae, & Ptolemaeum quoque compunctum fuisse, hoc est, stigmata foliorum hederae inusta ipsi fuisse.* Fateor, me nunquam tale quid de Gallis legisse: nec video, quomodo aliquis foliis compungi possit, aut quomodo foliorum stigmata alicui inuri queant: nisi peiore, quam pessimi στιγματίαι, conditione futuri sint. Lego igitur, φύλλοις κισσοῦ κατεστέφθαι. Et hoc liquet e sequenti voce ἐστεφανοῦντο. Nam, si vera erit futura ratio, illic quoque ἐστίζοντο legendum erit. TOLL. Articulum τὸν ante Πτολεμαῖον, qui aberat ab edd. reposuimus ex Mss. Reg. 2954. & 3011.

ibid. Ὡς μετεσχηκὼς Θεοδότᾳ τῆς συνωμοσίας) Quem hic vocat bis Θεοδόταν, Polybius semper Θεοδότον vocat, Aetolum praecipitis audaciae virum; eum vide libro V historiarum. PALM. *Theodotus* Polybio vocatur, qui hanc historiam lib. V fuse narrat. TOLL. Θεοδότᾳ) Aetolus, qui a Ptolemaeo Philopatore deficiens Tyrum Antiocho prodidit. Historiam habes apud Polybium L. V, pag. 404 & seqq. Vide etiam Prideaux P. II, L. II, p. Angl. 100. Gall. T. III, p. 164 & seqq. SOLAN. Apellem cum Theodota coniurasse narrat Noster: sed anachronismum commissum redarguit Bayle in Lex. T. I, tit. Apellis, ex Polyb. quod Apelles sub isto Ptolemaeo superstes esse non potuerit, qui C annis ante vixit. REITZ.

ead. l. 2. Ἐν Τύρῳ) Quam per Panaetolum Theodotus occupaverat. TOLL.

ead. l. 6. Ἀντίφιλος) Non ignobilis pictor. Meminit eius Plinius lib. XXV, c. 10. Opera eius aliquot recensent perquam eximia. TOLL.

ead. l. 10. Παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον) Neglexit haec interpres. Verte: *toto coenae tempore.* TOLL.

ead. l. 11. Πρὸς τὸ οὗς αὐτῷ κοινολογούμενον) Probabile sit mendacium oportet. Ergo a consuetudine eorum, qui, quae alios nescire volunt secreta, in aurem dicunt, desumta similitudo veri, qua calumnia exornaretur. Noster in Gallo, de regum curis: λυπεῖ δ' ἄλλον Δίων πρὸς οὗς τισι Συρακουσίων κοινολογούμενος, *alium Dio angit, cum Syracusanorum quibusdam in aurem consilia communicans.* Sic Homerus: Ἀγχι σχὼν

κεφαλὴν, ἵνα μὴ πυθοίατο ἄλλοι. *Prope admovens caput, ne alii audirent.* Plura collegit Erasmus in Adagiis, qui respici poterit. TOLL.

ead. l. 12. Πηλουσίου κατάληψιν) Non Pelusii, sed Ptolemaïdis, ut ex Polybio constat. Nam Pelusii castrametatum Ptolemaeum refert Polybius, cum adversus Antiochum proficisceretur. TOLL.

ead. l. 13. Ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὡς ἂν κάρτα καὶ τἄλλ' οὐ πάνυ φρενήρης τις ὢν) Salmuriensis: *Tum Ptolemaeus, ut qui praeter cetera non esset admodum prudens.* In hac versione κάρτα omittitur, inepte: etiamsi φρενήρης *prudens* exponas, opponuntur κάρτα & οὐ πάνυ· ineptius interponitur & sine sententia καὶ τἄλλα. Locus laborat, cui suffragante Ms. sic sanitatem reddes: ὡς ἂν κάρτα ἀλλ' οὐ πάντα φρενήρης τις ὢν, *qui quidem valde, sed non in omnibus desipiebat.* Nam φρενήρης etiam est παράφρων, ut Suidas ostendit, frustra repugnante Stephano, cum & hic locus Suidae & Etymologici magis sententiam firmet. Nam si hic φρενήρης est prudens, quam quaeso sententiam ex Graecis verbis conficias? Quid enim est? *qui quidem summopere, & in aliis non omnino, aut non valde prudens erat.* Sic neminem sanum loqui, nec sanus iuret Orestes. Vides igitur recte locum inquinatissimum esse purgatum, & φρενήρης esse *imprudens.* GRAEV. Primo illud festinanter nimis affirmat vir magnus, φρενήρη etiam esse *imprudentem.* Apud Suidam, ubi etiam παράφρων esse dicitur, manifestus error est, forte nec ipsi auctori tribuendus, qui περίφρων voluit. Certe exempla Agathiae potius ad oppositum intellectum pertinere, praeclare vidit Kusterus. Quatuor locis Homeri (quae facile Index dabit) Eustathius ita explicat, ut ἀρηρότα τὰς φρένας, ἀντίφρονα dicat. Quatuor locis sic utitur Herodotus, nempe III, 30 & 35, V, 42, & IX, 54. Sic Scholiastae Eurip. ad Heracl. 151, φρενήρης est ἀντίφρων, ἀρτίας φρένας ἔχων, φρένας ἀρηρεμένος. Sic ipsum hunc locum Luciani interpretatur Schol. φρόνιμος. Atque ad Herodoti locum aliquem respici hic etiam a Luciano, suadet etiam illud Ionicum & Herodoteum κάρτα. Quare optabam illum ipsum locum invenire, sperabamque inde aliquid ad hunc, quem tractamus, emendandum praesidii. Sed non licebat tantum ab aliis decerpere, ut totum legerem Herodotum. Itaque proponere interim placet coniecturam, quam forte serius ocius vel firmabit locus iste, vel nihili esse ostendet. Nempe apposuisse aliquem puto glossam τῆς κάρτα, vocabulum πάνυ. Posteriorum aliquis

eam forte assumsit, & eadem ordinem verborum aliquantum turbavit, sic restituendum, ὁ δὲ Πτολεμαῖος, ὡς ἂν καὶ τἄλλα οὐ κάρτα φρενήρης τις ὤν, κ. τ. λ. Sic certe converti, eaque interpretatione sententiam auctoris reddi, persuasum habeo. GESN.

ead. l. 14. Καὶ τἄλλα) Ante has voces antea legebatur κάρτα in omnibus impressis; sed in O. evanidis quidem literis exstat tantum κα τα αλλ', unde coniicio, fuisse tantum καὶ τὰ ἄλλ', quod, misso odioso illo κάρτα, secutus sum. Φρενήρης enim ap. M. Aur. IX, 51, significat *prudentem*. Apud Plutarch. etiam in Alex. 487, 2. Sic autem satis consultum esse huius loci sanitati, exsulare tantum iusso κάρτα, exiftimo. V. Eur. Ἀλκ. p. 261 A. SOLAN. Κάρτα delerat Solan. in *l.* adscripseratque: *Cod.* B. κα τα ἀλλ' οὐ πάνυ. *Unde coniicio, fuisse tantum* καὶ τὰ ἄλλ' οὐ πάνυ. *Sed adeo evanida erat eius loci scriptura, ut legere non valerem, an* κάρτα *vel* καὶ τὰ *scriptum esset.* Ego igitur in lectione tam incerta vulgatam retinere satis habui. REITZ.

ibid. Οὐ πάνυ φρενήρης) Fatuitatem eius, & socordiam, vitamque luxui, compotationibus, & insanis amoribus deditam cognosces e Polybio lib. V Historiarum, apud quem & aliud calumniae in Cleomenem, & stultitiae regis exemplum invenias. Item ex Iustino lib. XXX, c. 1; nec non Plutarcho in vita Cleomenis. Pro *praeter cetera*, verterim *alias*. TOLL.

ead. l. 15. Ἐν κολακείᾳ δεσποτικῇ) Quippe rex, & regis filius. Vide, quae infra ad c. 7 (nobis c. 10.) notavimus. TOLL.

ibid. Τεθραμμένος) *Fractus* verterat interpres Parisinae, quasi legerit τετριμμένος. Sed potius errante oculo sic vidit; nam inepta foret illa lectio. REITZ.

Pag. 34. *l.* 1. Τῆς παραδόξου ταύτης διαβολῆς) Malim, *minimeque verisimili ista calumnia.* TOLL.

ead. l. 2. Ὥστε μηδὲν τῶν εἰκότων λογισάμενος) *Ut nihil eorum, quae reputare aequum fuerat, animo perpendens, non, quod aemulus illius esset auctor calumniae; non, quod ea proditio supra pictoris fortunam esset; non, quod & magnis a se beneficiis, & supra ceteros artis aemulos honoribus auctus esset &c.* TOLL. *Quoniam nihil rationis est, ubi semel affectus inductus est, insque illi aliquod voluntate nostra datum est*, teste Seneca lib. I de Ira, c. 8. IDEM.

ead. l. 3. Ὅτι ἀντίτεχνος) Acrius namque urit invidia eandem artem profitentes. Notum illud Hesiodium: Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ, *Et figulus figulo invidet, & cantor cantori.* Themist. Orat. III: σφαλερὰ γὰρ ἡ ὁμοιότης ἔρωτα ἐντιθεῖσα τῶν αὐτῶν ἐπαίνων ἠρέμα ἀντιπαρεξάγειν εἰς

ἅμιλλαν, *periculosa enim res est similitudo, facileque, dum earundem laudum amorem occulte animis inserit, ad certamen & contentionem impellit.* TOLL.

ibid. Ὅτι μικρότερος) Quid enim pictori cum re militari, praesertim tanti momenti, & periculi? tantam igitur caliginem hominum oculis ignorantia offundit, ut nihil plane cernant, sed velut in densissimis tenebris oberrent. TOLL.

ead. l. 4. Εὖ πεπονθὼς) Quippe minime erat verisimile, ipsum in regem tam bene de se meritum eam fraudem, ac tantum scelus esse machinatum. Sed hoc dispicere irato regi non licebat. TOLL.

ead. l. 6. Ὡς εἰ) Redundat ὡς in omnibus nostris libris. Vox ἔαδε, quae mox sequitur, mihi valde suspecta est. SOLAN. Παρέλκειν videtur ἡ ὡς. GESN.

ead. l. 7. Εὐθὺς ἔαδε μηνίειν) Ex aliquo poëta senarii dimidium videtur. GUYET. Ῥῆσις videtur e Dorico poëta sumta. GESN.

ibid. Μηνίειν) Male haec interpres verterat: quare nonnulla immutavi. TOLL.

ead. l. 15. Οὕτω λέγεται μεταγνῶναι) Isocrates in Orat. de Permutatione, loquens de Atheniensibus: Οἶμαι δ' ὑμᾶς οὐκ ἀγνοεῖν, ὅτι τῇ πόλει πολλάκις οὕτως ἤδη μετεμέλησε τῶν κρίσεων τῶν μετ' ὀργῆς, καὶ μὴ μετ' ἐλέγχου γενομένων, ὥστε οὐ πολὺν χρόνον διαλιποῦσα, παρὰ μὲν τῶν ἐξαπατησάντων δίκην λαβεῖν ἐπεθύμησε· τοὺς δὲ διαβληθέντας ἡδέως ἂν εἶδεν ἄμεινον ἢ πρότερον πράττοντας. *Arbitror autem, vos non ignorare, nostram urbem saepe poenituisse iudiciorum, quae per iracundiam potius, quam re examinata facta fuerunt; adeo ut paulo post & impostores punire desideraverit, &, calumniis oppressos rebus uti secundioribus quam prius, optaverit.* Longe aliter atque Piso apud Senecam de Ira lib. I, cap. 16, qui non modo falso accusatum militem, ac si commilitonem, qui desiderabatur, occidisset, illoque in ipso supplicii articulo reverso, innoxium deprehensum, duci iussit, sed & ipsum commilitonem, ut & centurionem, qui primum illum a supplicio ad Pisonem reduxerat, capitali poena affecit. TOLL. Parum refert, utrum legas, quod editi prae se ferunt, οὕτω λέγεται μεταγνῶναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere poenituisse eorum, quae egerat;* an, quod in Ms. est, οὕτω λέγεται αἰσχυνθῆναι ἐπὶ τοῖς γεγονόσιν, *tantopere puduisse factorum.* Nec tamen Codicis antiqui scripturam testatam fecisse lectoribus poenitet. GRAEV.

ibid. Μεταγνῶναι) *Tanta subisse regem poenitentia dicitur.* TOLL. Ms. Ox. etiam αἰσχυνθῆναι. Sed nihil muto; proba enim est & hic aptissima vulgata. SOLAN.

Pag. 35. *l.* 1. Ὧν παρεκινδύνευσε) *Aditi periculi memor.* TOLL.

ead. l. 3. Τοῖς τοῦ Μίδου) Aures Midae etiam adagio notatae sunt. Persius: *Auriculas asini Mida rex habet.* Fabulam habes apud Ovid. in Metamorph. XI, fab. IV:

— — Nec Delius aures
Humanam stolidas patitur retinere figuram:
Sed trahit in spatium, villisque albentibus implet,
Instabilesque illas facit, & dat posse moveri.
Cetera sunt hominis: partem damnatur in unam;
Induiturque aures lente gradientis aselli.

Alii ad regum aures huius fabellae referunt originem, qui per exploratores suos etiam procul audiant. Sunt autem asini acriore hoc sensu, quam cetera animalia, praediti. Unde Apuleius: *quamquam graviter succensens errori Fotidis, isto tamen vel unico solatio aerumnabilis deformitatis suae recreabatur, quod auribus grandissimis praeditus cuncta longule etiam dissita facillime sentiebat;* lib. IX Milesiacorum. TOLL.

ead. l. 5. Ἄγνοια) De qua in initio huius libelli plura. TOLL.

ead. l. 6. Ὑπόληψις) Arnobius lib. II adv. gentes: *quid est autem suspicio, nisi opinatio rerum incerta, & in nil expositum iaculatio mentis illata? Ergo, qui suspicatur, non tenet, nec in lumine positus cognitionis incedit.* TOLL.

ead. l. 7. Ὑπόθερμον) Qualis iratorum solet esse vultus, quibus *flagrant & micant oculi, multus toto ore rubor, exaestuante ab imis praecordiis sanguine;* ut est apud Senecam lib. I de Ira, cap. 1. Nilus Monachus in Narrationibus: τεθυμωμένοι, καὶ τὸ βλέμμα πυῤῥωτὸν πλαγίως ὑπελίττοντες, *ira accensi, & micantes oculos oblique volventes.* TOLL.

ead. l. 8. Καὶ παρακεκινημένον) *Et commota.* TOLL.

ibid. Τὴν λύτταν) Prudentius in Psychomachia, de ira: *Sanguinea intorquens suffuso lumina felle.* TOLL.

ead. l. 9. Τῇ μὲν ἀριστερᾷ) Huc mihi facere videntur illa Cypriani de zelo & livore: *Hinc vultus minax, torvus aspectus, pallor in facie, in labiis tremor, stridor in dentibus, verba rabida, effrenata convicia, manus ad caedis violentiam promtae, etiamsi gladio interim vacuae, odio tamen furiosae mentis armatae.* TOLL.

ibid. Δᾷδα κεκιομένην) Non secus ac furiae solent. Queis in irritandis inflammandisque credulorum aut iratorum homi-

num animis perquam similis est. Apuleius de Psyches sororibus Cupidinem calumniantibus, *Tali*, inquit, *verborum incendio flammata viscera sororis iam prorsus ardentis deferentes, ipsae &c. protinus pernici se fuga propipiunt.* Phaedrus l. III, *Incensus ille falso uxoris crimine*, TOLL.

ead. l. 10. Τῶν τριχῶν σύρουσα) Apuleius lib. VI: *Et audaciter in capillos eius immissa manu, trahebat eam nequaquam renitentem*; de Consuetudine Psychen ad Venerem pertrahente. Aristaenetus lib. II, Epist. 7: Καὶ ζηλοτυποῦσα τὴν παιδίσκην τῆς κόμης ἐξείλκεν. TOLL.

ibid. Τὰς χεῖρας ὀρέγοντα) Uti in indignatione fieri amat, ubi vis atque iniuria plus, quam ius & aequum valent. Sic apud Dion. Halicarn. lib. XI Antiq. Rom. cum Appius Claudius Virginii filiam clienti suo addixisset, ὅσοι μὲν ἦσαν ἀκέραιοι, καὶ τῶν τὰ δίκαια λεγόντων παράκλητοι, τὰς χεῖρας ἄραντες εἰς τὸν οὐρανὸν, ἀνέκραγον ὀδυρμῷ καὶ ἀγανακτήσει μεμιγμένην κραυγήν. *Quotquot erant integris iudiciis & iustae causae advocati, sublatis in coelum manibus mixtum ploratu & indignatione clamorem sustulerunt.* Sic Iustinus lib. XIX, cap. 3: *Ipse quoque* (Imilco) *manus ad coelum tendens, nunc sortem suam, nunc publicam fortunam deflet; nunc Deos accusat, qui tanta belli decora, & tot ornamenta victoriarum, quae ipsi dederant, abstulerint.* TOLL.

ead. l. 11. Καὶ μαρτυρόμενον τοὺς θεοὺς) Sic solent homines testes Deos invocare, cum nullum adversus mendacium in innocentia praesidium est. TOLL.

ead. l. 12. Ἀνὴρ ὠχρὸς καὶ ἀμορφος &c.) Describitur elegantier ab Ovidio in Metamorph. sub feminae habitu, quod Latinis femineo genere *Invidia* dicatur, uti contra Graecis masculino φθόνος; sicut & *Livor* Latinis: *Pallor in ore sedet, macies in corpore toto. Nusquam recta acies: livent rubigine dentes: Pectore fella virent; lingua est suffusa veneno* &c. Synesius in I de providentia, ubi de invidia Typhonis agit: ὡς ἤδη τὸ πρᾶγμα παροιμίαν εἶναι, καὶ ἐρώτημα πρὸς τοὺς ὠχριῶντας, μή τι τῷ ἀδελφῷ σου καλόν; *ita ut iam res in proverbium abiret, & haec familiaris esset ad pallentes interrogatio, Num quid fratri tuo boni evenit?* Ideo autem macies in corpore, quia Τήκει καὶ φθονερῶν ὄμματα, καὶ κραδίην, *contabescere facit invidentium & oculos, & cor.* Uti est apud poëtam Graecum in Anthol. lib. I, cap. 83. *Quid infelici viro praestat invidia*, inquit Augustinus serm. 83 de Tempore, *quem in secretis conscientiae quibusdam angulis livor ipse discerpit, & alienam felicitatem tor-*

mentum illius facit, quam, inquam, mercedem ex odio suo recipiet, nisi horribiles animae tenebras, & confusae mentis horrorem, qui vultu semper animoque moerente voto, quo vult alii nocere, se cruciat: quem saevissimis exagitatum stimulis ab omni consilio, ac mentis sobrietate deturbat? quod malum laedit parum aliquid etiam eos, in quos intenditur; gravius tamen, & perniciosius, eos prius, a quibus procedit, affligit. Sicut enim aerugo ferrum, ita invidia illam ipsum animam, in qua est, interimit & consumit. Horatius lib. I Epist. 2: *Invidus alterius macrescit rebus opimis.* TOLL.

ibid. Ὀξὺ δεδορκὼς) Ut enim paulo post dicit auctor, invidi πάντες ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι, *invicem sese acute intuentur:* ut scilicet vitia aliqua in adversariis deprehendant. Themistius Orat. I: ὡς οὐδὲν ἄρα ἄλλο χαλεπώτερον τίκτει ψυχὴ νόσημα φθόνου τε καὶ βασκανίας· καὶ μᾶλλον ὅσῳπερ ὁ νοσῶν ὀξύτερον βλέπει μὴ τὰ πρὸς αὐτὸν μόνον, καὶ τὰ ἐγγὺς, ἀλλὰ καὶ τὰ πόῤῥω, καὶ τὰ μακρὰν ἀφεστῶτα. *Adeo nullus morbus invidia ac livore molestior gignitur: eoque magis, quo qui eo laborat, acutius pervidet, non ea tantum, quae iuxta se atque in proximo sita sunt, verum etiam, quae longinqua sunt, & magno a se intervallo semota.* Plutarchus lib. de Securitate: τί τ' ἀλλότριον, ἄνθρωπε βασκανώτατε, κακὸν ὀξυδερκεῖς, τὸ δ' ἴδιον παραβλέπεις; *quid alienum malum, homo invidentissime, acute intueris, tuum vero pervides?* TOLL.

ead. l. 14. Τὸν Φθόνον) Recte sane Livor Calumniae comes additur. Hesiodus in Operib. Ζῆλος δ' ἀνθρώποισιν ὀϊζυροῖσιν ἅπασιν Δυσκέλαδος, κακόχαρτος, ὁμαρτήσει στυγερώπης. *Livor autem homines miseros omnes Malos rumores spargens, malis gaudens, comitabitur inviso vultu.* TOLL.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Ψόφων αἰσθάνεσθαι) Similia legas apud laudatum iam Palaephatum. CLER.

Pag. 36. *l.* 3. Ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκόνος) Περιηγηταὶ proprie sunt illi, qui hospites ad perlustranda urbis praecipua loca & monumenta circumducunt, iisque singula exponunt. Hinc per translationem de explanatoribus & interpretibus ea vox usurpatur. Familiare autem fuit istiusmodi tabellis vitam humanam describere, iisque interpretandis senem aliquem addere, aut affingere enarratorem. Ut in Tabula Cebetis factum, & in illa Herculis Prodicii fabula: quam aliquantulum immutans Themistius haud aliter Simulationem, & eodem ferme comitatu suffultam subnixamque descripsit, atque hic noster Calumniam. Nam & ipsa fucati medicamentis candoris & ruboris, pigmentisque aliis exornata, com-

taque eleganter, fraudem & insidias, dolum & periurium, & emissariam adulationem secum trahit, quas tandem tristis ac demissa consequitur poenitentia. Locus est in extrema oratione tertia perquam elegans, lectuque dignissimus. TOLL. Conf. supra Dial. Mort. XX pr. περιήγησαί μοι τὰ ἐν ᾅδου πάντα. Et infra Navig. c. 2. SOLAN.

ead. l. 4. Τις) Redundare videtur post ἐπιβουλή. SOLAN.

ead. l. 6. Μετάνοια) *Nam iudicia festinata*, inquit Sarisberiensis in Policratico, cap. 12, lib. V, *poenitentiam pariunt.* Vel ut in Anthologia lib. I, c. 88, Lucianus: Ἡ βραδύπους βουλὴ μεγ' ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα Αἰεν ἑφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει. Id est, *Lento incedens pede consultatio multo praestat; sed festinans Semper poenitentiam secum trahit.* P. Syrus: *Ad poenitendum properat, cito qui iudicat.* TOLL.

ibid. Ἐπεστρέφετο γοῦν) *Quae convertens retro vultum, flens, & pudore suffusa, accedentem veritatem respectabat.* TOLL.

ead. l. 7. Τὴν Ἀλήθειαν προσιοῦσαν) Praeclare hoc Apelles. Namque, utut oppressa aliquamdiu, emergit tandem victrix veritas, & mendaciorum nebulas sua luce dissipat. *O magna vis veritatis,* (exclamat disertissimus Romuli nepotum) *quae se contra hominum ingenia, calliditatem, sollertiam, contraque fictas omnium insidias facile per se ipsa defendat!* Ita enim leg. Uberius aliquanto Polybius lib. XIII: Καί μοι δοκεῖ μεγίστην θεὸν τοῖς ἀνθρώποις ἡ φύσις ἀποδεῖξαι τὴν ἀλήθειαν, καὶ μεγίστην αὐτῇ προσθεῖναι δύναμιν· πάντων γοῦν αὐτὴν καταγωνιζομένων, ἐνίοτε δὲ καὶ πασῶν τῶν πιθανοτήτων μετὰ τοῦ ψεύδους ταττομένων, οὐκ οἶδ' ὅπως αὕτη δι' αὐτῆς εἰς τὰς ψυχὰς εἰσδύεται τῶν ἀνθρώπων· καὶ ποτὲ μὲν παραχρῆμα δείκνυσι τὴν αὐτῆς δύναμιν, ποτὲ δὲ πολὺν χρόνον ἐπισκοτισθεῖσα, τέλος αὐτὴ δι' ἑαυτῆς ἐπικρατεῖ, καὶ καταγωνίζεται τὸ ψεῦδος. *Equidem existimo, Naturam mortalibus Veritatem constituisse Deam maximam, maximamque illi vim attribuisse. Nam haec cum ab omnibus oppugnetur, atque adeo omnes nonnunquam verisimiles coniecturae a mendacio stent: ipsa per se nescio quomodo in animos hominum sese insinuat, & modo repente illam suam vim exserit; modo, tenebris obtecta longo tempore, ad extremum suapte vi ipsa vincit, obtinetque, & de mendacio triumphat.* Ad hoc exemplum, apud Apuleium lib. X Milesiacor. cum novercae scelus, privignum falso insimulantis, patefactum esset, *procedit in medium nuda veritas*, victrix scilicet intentatae calumniae. TOLL.

ead. l. 11. Τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ) Clarius aliquanto ver-

tere potuisset interpres: *quae in calumnia spectanda sunt*; vel; *quae calumniae adsunt*. TOLL.

ead. l. 13. Γενήσεται) Excidit hic haud dubie aliqua vox, quam absque Mss. Codd. ope inserere ex coniectura non ausim. SOLAN. Γένοιτο φανεροτέρα Ms. Reg. 2954.

ead. l. 16. Τριῶν δὲ ὄντων) Recte. Duo scilicet iniuria afficientes, tertius autem, qui iniuria afficitur, ut ait apud Herodotum lib. VII, cap. 10, ad Xerxem Artabanus. Διαβολὴ γάρ ἐστι, inquit, δεινότατον· ἐν τῇ δύο μέν εἰσι οἱ ἀδικέοντες, εἷς δὲ ὁ ἀδικεόμενος· ὁ μὲν γὰρ διαβάλλων ἀδικέει οὐ παρεόντος κατηγορέων· ὁ δὲ ἀδικέει ἀναπειθόμενος, πρὶν ἢ ἀτρεκέως ἐκμάθοι· ὁ δὲ δὴ ἀπεὼν τοῦ λόγου τάδε ἐν αὐτοῖσι ἀδικέεται, διαβληθείς τε ὑπὸ τοῦ ἑτέρου, καὶ νομισθεὶς πρὸς τοῦ ἑτέρου κακὸς εἶναι. *Calumnia res est omnium pessima: in qua duo sunt, qui iniuriam faciant; unus, cui fiat iniuria. Nam qui calumniatur, ea de causa iniurius est, quod absentem accusat; at qui calumniam audit, quia illi credit, priusquam rem certo cognoverit, atque exploraverit. Contra, qui absens accusatur, iniuria afficitur, tum quod ab altero falso accusatur, tum quod ab altero vir malus esse iudicatur.* TOLL.

ibid. Καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις) Unde apud Horatium in Arte: — *Nec quarta loqui persona laboret.* TOLL.

Pag. 37. *l.* 4. Τὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ δράματος) Πρωταγωνιστὴς in fabula dicebatur, qui plurima recitabat; sive, qui *primas partes agebat*, ut in Phormionis prologo Terentius loquitur: *Quia primas partes qui aget, is erit Phormio Parasitus, per quem res geretur maxime.* Huic proximus vocabatur δευτεραγωνιστής; tertiarum vero partium τριταγωνιστής; quod Aeschini quondam a Demosthene obiectum fuit convicium. Erat autem τοῦ πρωταγωνιστοῦ, clariore voce uti: sic ut ceteri, etiamsi clarius possent, tamen vocem suam submitterent, ut ille princeps quam maxime excelleret. Ita Cicero in Verrinis. TOLL.

ead. l. 7. Οὐδεὶς γὰρ ἂν ἀγαθὸς) Cicero l. I de Offic. c. 7: *In iustitia virtutis est splendor maximus, ex qua viri boni nominantur.* Huius *primum munus est, ut ne cui quis noceat, nisi lacessitus.* Plato in Gorgia: Οὐδεὶς γὰρ ἂν χρηστὸς μὴ ἀδικοῦντ' ἄνθρωπον εἰσάγοι, *nemo namque bonus hominem, a quo nullam acceperit iniuriam, accuset.* TOLL.

ead. l. 10. Ἀδικοῦντες — προσλαβόντες) Ita Bar. & *Fl.* In reliquis ἀδικοῦντας & προσλαβόντας, prave. SOLAN. Non obsecundassem Solano vulgatum ἀδικοῦντας reiicienti, quia

in se spectatum, tolerabile erat; at quia mox εὐνοίας προσλαβόντας absurdum erat, & ad ἄλλους nullo modo referendum, sed ad αὐτοὶ, scil. ἄνδρες ἀγαθοὶ, ideo non amplius haesitavi etiam prius ex iisdem fontibus corrigere. REITZ.

ead. l. 12. Ἄδικος ὁ τοιοῦτος) Isocrates in Oratione de Permutatione: Οὐ θαυμάζω τῶν λεγόντων, ὡς ἐστι μέγιστον κακὸν διαβολή· τί γὰρ ἂν γένοιτο ταύτης κακουργότερον; ἢ ποιεῖ τοὺς μὲν ψευδομένους εὐδοκιμεῖν, τοὺς δὲ μηδὲν ἠδικηκότας δοκεῖν ἀδικεῖν, τοὺς δὲ δικάζοντας ἐπιορκεῖν· ὅλως δὲ τὴν μὲν ἀλήθειαν ἀφανίζει, ψευδῆ δὲ δόξαν παραστήσασα τοῖς ἀκούουσιν, ὃν ἂν τύχῃ τῶν πολιτῶν, ἀδίκως ἀπόλλυσιν; *Non miror illos, qui dicunt summum malum esse calumniam, quid enim ea fieri possit maleficentius? quae facit, ut de mentientibus bene existimetur; ut plane innocentes iniurii esse videantur; ut iudices peierent; quae denique veritatis lucem exstinguit, & caligine mendaciorum auditoribus involutis quemvis civium per iniuriam interficit?* TOLL.

ead. l. 13. Καὶ τοῖς χρωμένοις ἐπιζήμιος) Themistius Orat. III: καὶ ἅμα ἀδικεῖ ἀμφοτέρους, ὥστε ἐπιβουλεύει, καὶ ὃν ἐξαπατᾷ· τὸν μὲν ὅτι πάσχει ὑπὲρ δίκην, τὸν δὲ ὅτι ἐργάζεσθαι ἀναγκάζει. *Et ex aequo utrumque laedit, tam eum, cui insidias molitur, quam qui ab eo decipitur: illum quod inique perpeti aliquid cogitur; hunc, quod inferre eam ipsam iniuriam compellit.* TOLL.

ead. l. 14. Τὴν μὲν ἰσότητα) Eam initium esse iustitiae statuebat Pythagoras. Vide Iamblichum cap. 30. Cicero lib. II de Offic. cap. 12: *Ius enim semper quaesitum est aequabile. Nequa enim aliter esset ius.* TOLL.

ead. l. 15. Καὶ τὸ μηδὲν πλέον) Malim, *nec plura sibi appetere.* TOLL. Definitur enim iustitia, *quae suum cuique distribuit*, apud Ciceronem lib. III de Natura Deor. c. 15. IDEM.

Pag. 38. *l.* 3. Ἀποφράττων) Mutant Commentatores interdum in ἐπιφράττων. Conf. mox ἀποφράξαντες — τὰ ὦτα, & Themist. ἀποτειχιστέον, ἀποκρουστέον, ἀποκλείειν in not. Toll. allegatum. Item Nostr. infr. Pseudol. c. 27, ἀπέφραξέ σοι καὶ στόμα. Ne plura. REITZ.

ead. l. 7. Ἐπορκον ποιησάμενοι) Demosthenes in initio Orat. de Corona rogat Deos, ut iudicibus eam mentem dent, ut non adversarium suum, sed leges & *iusiurandum* in consilium adhibeant, ἐν ᾧ πρὸς ἅπασιν τοῖς ἄλλοις δικαίοις καὶ τοῦτο γέγραπται, τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, *in quo praeter cetera, quae aequa forent, & illud adscriptum, ut utramque partem pari benevolentia audirent.* Qui & rationem paulo post subiungit, cur a iudicibus legislator iusiurandum praestari voluę-

rit, videns ſcilicet, ὅτι τὰς αἰτίας καὶ τὰς διαβολὰς, αἷς ἐκ τοῦ πρότερος λέγειν ὁ διώκων ἰσχύει, οὐκ ἔνι τῷ φεύγοντι παρελθεῖν, εἰ μὴ τῶν δικαζόντων ἕκαστος ὑμῶν τὴν πρὸς τοὺς θεοὺς εὐσέβειαν διαφυλάττων, καὶ τὰ τοῦ λέγοντος ὕστερον δίκαια εὐνοϊκῶς προσδέξεται, καὶ παρασχὼν ἑαυτὸν ἴσον καὶ κοινὸν ἀμφοτέροις ἀκροατὴν, οὕτω τὴν διάγνωσιν ποιήσεται περὶ πάντων. *Fieri non poſſe, ut reus criminationes & calumnias adverſarii, quibus, quod prior verba faciat, praevalet, ſuperet; niſi veſtrûm quiſque, qui iudicaturi ſedetis, pietatis erga Deum memores, & rei poſteriore loco dicentis rationes benevolis auribus accipiat, & ſe ipſum aequum, & utrique parti communem auditorem exhibens, ita tandem de tota re ſententiam ferat.* Senior ille e curia apud Apuleium lib. X Mileſiacorum: *Nec patiar falſis criminibus petito reo manifeſtum homicidium perpetrari; nec vos, qui iureiurando adſtricti iudicatis, inductos ſervuli mendacio peierare.* Solebant autem iudices Athenis id iusiurandum quotannis repetere, quo ſanctius iudicarent. Iſocrates in Orat. de permutatione: ἀλλ' ὀμνῦναι μὲν καθ' ἕκαστον τὸν ἐνιαυτὸν, ἢ μὲν ὁμοίας ἀκροᾶσθαι τῶν κατηγορούντων, καὶ τῶν ἀπολογουμένων, *cum quotannis iuratis, vos eadem aequitate audituros tam reos, quam accuſatores.* Unde & Plato lib. XII de leg. Νόμος δὲ κείσθω, δικαστὴν μὲν ὀμνῦναι δικάζειν μέλλοντα, *lex autem ſit conſtituta, ut iudex de re quapiam cognituru prius iusiurandum det.* Nec aliter Chriſtiani. Sarisberienſis in Policratico lib. V, cap. 12: *Et quidem iudices ſacramento legibus alligantur iurati, quia omni modo iudicium cum veritate & legum obſervatione diſponent. Ipſo quoque iure cautum eſt, ut ſacrorum Evangeliorum ſcripturae terribiles ante ſedem iudicialem deponantur, ibique ab initio litium ad finem uſque permaneant, nec amoveantur niſi ſententia recitata: quo totius conſiſtorii latitudo, Dei ipſius repleta praeſentia, omnibus ad ſacroſanctas ſcripturas metum incutiat & reverentiam; & ab inquiſitione veritatis omnis iniquitas propulſetur.* Vide Rittershuſ. ad tit. Inſtit. de Oblig. Salvian. Ep. 4, & de illis A. Gell. lib. 14, cap. 2. TOLL. Exſtat ea de re locus apud Demoſth. de Cor. ipſo initio diſertiſſimus, is nempe, quem Tollius exhibet. SOLAN.

ead. l. 8. Ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι) Ariſtophanes: Πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς, οὐκ ἂν δικάσαις, *priuſquam utramque audieris partem, ne pronunties.* Item Euripides: Τίς ἂν δίκην κρίνοιεν, ἢ γνοίη λόγον, Πρὶν ἂν παρ' ἀμφοῖν μῦθον ἐκμάθῃ σαφῆ; *Quis autem litem diiudicet, aut ſermonem cognoſcat, Qui non prius utriuſque partis clare perceperit verba?* Seneca Medea, v. 199: *Qui ſta-*

sult aliquid parte inaudita altera, Aequum licet statueris, haud aequus fuit. Unde Magistratus apud Apuleium lib. X, *partim decuriones deprecari, partim popularcis compescere, ut rite & more maiorum iudicio reddito, & utrinque secus allegationibus examinatis, civiliter sententia promeretur: nec ad instar barbaricae feritatis, vel tyrannicae impotentiae, damnaretur aliquis inauditus; & in pace placida tam dirum seculo prodeeretur exemplum.* P. Syrus: *In iudicando semper criminosa est celeritas.* TOLL.

ead. l. 11. Πρὶν δέ γε ἀντεξετάσαι) Menander: Ὁ προκαταγιγνώσκων δὲ πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς, Αὐτὸς πονηρός ἐστι πιστεύσας κακῶς. *Qui prius damnat, quam causam recte cognoverit, Is homo improbus est, ut qui temere crediderit.* TOLL.

ead. l. 14. Εἰ τῷ μὲν κατηγόρῳ) Egregium est Iuliani Imperatoris responsum apud Ammianum Marcellin. lib. XVIII. *Numerium*, inquit auctor, *Narbonensis paulo ante rectorem, accusatum ut furem, inusitato censorio rigore pro tribunali palam admissis volentibus audiebat: qui cum inficiatione defenderet obiecta, nec posset in quoquam confutari, Delphidius orator acerrimus, vehementer impugnans, documentorum inopia percitus, exclamavit: Ecquis, florentissime Caesar, nocens esse poterit usque, si negare suffecerit? Circa quem Iulianus: Ecquis, ait, innocens esse poterit, si accusasse sufficiet?* TOLL.

ead. l. 15. Ἀποφράξαντες δὲ τὰ ὦτα) Contra Alexander M. apud Plutarchum in eius vita: λέγεται δὲ καὶ τὰς δίκας διακρίνων ἐν ἀρχῇ τὰς θανατικὰς, τὴν χεῖρα τῶν ὤτων τῷ ἑτέρῳ προστιθέναι, τοῦ κατηγόρου λέγοντος, ὅπως τῷ κινδυνεύοντι καθαρὸν φυλάττηται καὶ ἀδιάβλητον. *Iam initio, cum iudicia capitalia disceptaret, fama tenet, manum eum alteri auri, dum diceret accusator, admovere solitum, reo ut alteram integram & intactam servaret a calumniis.* A qua tamen consuetudine postea desivit. TOLL.

Pag. 39. *l.* 2. Εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι) Hic non tam *fide dignos*, ut interpres voluit, quam *auctoritate pollentes*, quibus obtemperandum sit, τὸ ἀξιόπιστοι significat. Latini *idoneos auctores* dicerent. TOLL.

ead. l. 4. Ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον) Paulo ante eadem ferme haec verba ex Aristophane citavimus, qui ea ab Homero accepit. TOLL.

ead. l. 6. Φησὶ δὲ, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς) Excidit particula ἄν. Sic enim integrum memini me (locus nunc non succurrit) hunc versum legere, Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς. Corruptius hoc

habet editio Florentina, πρὶν ἄμφω μῦθον ἀκούσεις. Porro praecipuum, quod observare soleant calumniatores, illud esse Noster ait, quod ubi in quempiam amici sui odium velint concitare, ea fingant, quae probe norint abhorrere a mente & inclinatione audientis. Puta, si quis sit pietati summopere addictus, ut tum eum, quem calumniari velint, dicant Atheum, & pietati infestum: quo ita exacerbent audientis animum, ut nullam amici sui defensionem auribus velit admittere, inopinato crimine tanquam vero praeoccupatus. Haec ultima Graece ita effert cap. 15, (praecedit autem ὥστε) ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι, τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως (dictae calumniae) ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον. Cur hic haesitet Tollius p. 417 edit. Amst. nihil causae. Τὸ ἀληθεῖ eodem, quo praecedens παραδόξῳ, modo se habet; satisque sensus patet; eumque recte interpretatus est interpres. IENS.

ead. l. 7. Μήτε δίκην δικ.) Haec verba apud Platonem eadem prorsus leguntur in Demodoco suspecto 737 C. apud Plutarchum etiam 1901, 2. Exstant etiam, sed paulo aliter, apud Aristophanem in Vesp. 484 AB. ἤπου σοφὸς ἦν, ὅστις ἔφασκε, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς οὐκ ἂν δικάσαις; sunt etiam, qui Hesiodo tribuant. V. Muret. Var. lect. VII, 18. Eur. paulo aliter idem effert. Ἡρ. p. 590 C. Vid. & Demosth. de Cor. ipso initio, ex quo patet, iureiurando adstrictos iudices τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ex quo autem poëta habeat, incertum esset, nisi Scholiastes Phocylideum esse doceret: nam quod in Phocylide hodierno non reperitur, cum genuinus non sit, movere nos non debet. Pro ea sententia Christianam hanc personatus hic Phocylides suppositit, v. 8: ἀδίκως μὴ κρῖνε πρόσωπον [Ἢν σὺ κακῶς δικάσῃς, σὲ θεὸς μετέπειτα δικάσσει.] SOLAN.

ibid. Πρὶν ἀμφοῖν) Nondum cum Iensio ἂν infero; nam vel sine eo versus constat, cum πρὶν etiam sit syllaba longa apud Homer. Il. B, 348: Πρὶν Ἄρχος δ' ἱέναι. — Et Z, 81: Πάντη ἐποιχομένοι, πρὶν αὖτ' ἐν χερσὶ γυναικῶν. Etsi brevis quoque B, 413: Μὴ πρὶν ἐπ' ἠέλιον δῦναι. — Et ap. Theogn. v. 957, ubi & ἂν additur: Μή ποτ' ἐπαινέσῃς, πρὶν ἂν εἰδῇς ἄνδρα σαφηνῶς. Tamen quia Plutarchus loco Scholiis hic inserto, qui in ed. *Fr.* est pag. 1034 E. non addit ἂν, etiam ego non ingero. Solanus noster in Iuntina ἂν quoque inseruerat, adleveratque ex Scholiasta, Phocylidis esse; sed cum non inveniatur in eius editis carminibus, quis dixerit, quid is reli-

querit? At quia in Aristoph. tamen additur, liberum esto legentis arbitrium in re nullius momenti. Sed ἄμφω forsan non contemnendum. REITZ.

ead. l. 9. Χεῖρον οὐδὲ ἀδικώτερον) Cleanthus apud Stobaeum Serm. XL: Κακουργότερον οὐδὲν διαβολῆς ἔστι πω, Λάθρεῖ γὰρ ἀπατήσασα τὸν πεπεισμένον, Μῖσος ἀναπλάττει πρὸς τὸν οὐδὲν αἴτιον. *Nihil fere tam est malignum, quam calumnia. Haec enim ubi clam aliquem a se persuasum decepit, Odium excitat adversum eum, qui nihil est commeritus.* TOLL.

ead. l. 10. Ἢ ἀκρίτους τινὰς) Seneca de Ira lib. II, c. 29: *De parvula summa iudicaturo tibi res sine teste non probaretur; testis sine iureiurando non valeret. Utrique parti dares advocationem, dares tempus, ne semel audires. Magis enim veritas elucet, quo saepius ad manum venit. Amicum condemnas de praesentibus, antequam audias, antequam interroges? illi, antequam accusatorem suum nosse liceat, aut crimen, irasceris?* Menander: Ὁ προκαταγινώσκων δὲ, πρὶν ἀκοῦσαι σαφῶς, Αὐτὸς πονηρὸς ἐστι πιστεύσας κακῶς. TOLL.

Pag. 40. *l.* 3. Ἀπαῤῥησίαστος) Idem Seneca ibidem: *Hic ipse, qui ad te detulit, desinet dicere, si probare debuerit. Non est,* inquit, *quod me protrahas: ego productus negabo: alioqui nihil unquam tibi dicam. Eodem tempore & instigat, & ipse se certamini & pugnae subtrahit. Qui dicere tibi nisi clam non vult, paene non dicit.* Verumtamen ubi deprehensi iubentur incoram accusare, ab impudentia audaciam mutuantur. Uti Apelles fecit, cum a Philippo delatos falso Aratos cogeretur praesentes arguere. Historia est apud Polyb. lib. IV. TOLL.

ead. l. 5. Ἐξ ἀφανοῦς) Alcaeus: τῷ δ' ἀφανεῖ πᾶς ἕπεται δόλος, *obscura quivis comitatur dolus.* TOLL.

ibid. Τοξεύων) Ut Nisus apud Virgilium lib. VII Aen. Unde *Saevit atrox Volscens, nec teli conspicit usquam Auctorem, nec quo se ardens immittere possit.* TOLL.

ibid. Ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι) Verte: *ut nec ex adverso consistere, nec repugnare detur.* TOLL.

ead. l. 8. Ὅ μέγιστόν ἐστι σημεῖον) Ita & Cassander Alexandro nimium facili ad credendas de patre eius Antipatro calumnias respondit, τοῦτο αὐτὸ σημεῖον εἶναι τοῦ συκοφαντεῖν, ὅτι μακρὰν ἤκουσι τῶν ἐλέγχων, *esse id ipsum calumniae indicium, quod procul probationibus venissent:* ut est apud Plutarchum in eius vita. TOLL.

ead. l. 10. Εἰς τὸ φανερὸν διελέγχει) Cicero pro Caelio,

cap. 3: *Accusatio crimen desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet.* TOLL.

ead. l. 11. Διευθύνει καὶ ἀντεξετάζει) Potius, *persequitur, seque adversarium professus rem iudicio committit*; vel, *iudicio cum eo experitur.* TOLL.

ead. l. 12. Ὥσπερ οὐδεὶς ἄν) Nobile est Alexandri M. ad Parmenionem & Polysperchontem responsum ap. Curtium, lib. IV, cap. 13. Nam cum Parmenio furto, non proelio, opus esse censeret, assentiente prae ceteris Polysperchonte, *Latrunculorum*, inquit, *& furum ista sollertia est* &c. TOLL. Melius, ni fallor, vertisset interpres: *uti neminem tam ignavi abiectique animi reperias, qui, cum hostem aperto marte vincere possit, dolo eum ac insidiis circumvenire malit.* IDEM.

ead. l. 13. Ἐνέδρᾳ ποτὲ) Q. Calaber l. III, v. 76: Κρύβδα δ' ἀνάλκιδες αἰὲν ἀγαυοτέρους λοχόωσι, *clanculum autem imbelles semper praestantioribus insidiantur.* TOLL.

ead. l. 14. Ἐν τε βασιλέων αὐλαῖς) Sarisberiensis in Policratico lib. VII, cap. 24: *Ceterum detractores & invidos sic in curia videbis abundare, ac si in eam, quasi totius orbis sentinam, confluxerint.* De adulatoribus autem Plutarch. in libello de discrimine amici & adulatoris ita loquitur: Ἔτι δὲ ὥσπερ ὁ Σιμωνίδης τὴν ἱπποτροφίαν φησὶν οὐ λεκύθῳ ὀπαδεῖν, ἀλλ' ἀρούραισι πυροφόροις, οὕτω τὴν κολακείαν ὁρῶμεν οὐ πένησιν, οὐδὲ ἀδόξοις, οὐδὲ ἀδυνάτοις ἀκολουθοῦσαν, ἀλλ' οἴκων τε καὶ πραγμάτων μεγάλων ὀλίσθημα καὶ νόσημα γινομένην, πολλάκις δὲ καὶ βασιλείας καὶ ἡγεμονίας ἀνατρέπουσαν. *Atque ut Simonides ait, equos alendi studium non lecythos comitari, sed agros frugiferos: ita videmus adulatores non pauperibus se adiungere, aut ingloriis & plebeiis, sed magnarum familiarum rerumque amplarum ruinam hanc morbumque esse, qui saepe etiam regna imperiaque subvertat.* Plato in Epist. ad Dionysium: Ἑώρων γὰρ καὶ τότε, καὶ νῦν ὁρῶ, τὰς μεγάλας οὐσίας, καὶ ὑπερόγκους, τῶν τε ἰδιωτῶν, καὶ τῶν μονάρχων, σχεδὸν ὅσωπερ ἂν μείζους ὦσι, τοσούτῳ πλείους καὶ μείζους τοὺς διαβάλλοντας, καὶ πρὸς ἡδονὴν μετὰ αἰσχρᾶς βλάβης ὁμιλοῦντας τρεφούσας, οὗ κακοῦ οὐδὲν μεῖζον γεννᾷ πλοῦτός τε καὶ ἡ τῆς ἄλλης ἐξουσίας δύναμις. *Videbam id temporis, & adhuc video, magnas & immensas opes tum privatorum hominum, tum monarcharum, quo fuerint abundantiores, eo plures maioresque calumniatores alere, quique cum turpi damno ad gratiam loquuntur: quo nihil deterius divitiae, altaeque potentiae generant.* Q. Curtius adulationem *perpetuum malum regum* vocat, *quorum opes saepius as-*

sentatio, quam hostis everterit, lib. VIII, cap. 5. Unde Galenus de Dignotione & Curat. proprior. affectuum, virum veridicum explorare docens, Καὶ πρῶτον, inquit, ἐὰν ἴδῃς αὐτὸν ἐπὶ τὰς τῶν πλουσίων τε καὶ πολὺ δυναμένων, ἢ καὶ τὰς τῶν μοναρχῶν οἰκίας ἀπιόντα συνεχῶς, γίγνωσκε μάτην ἀκηκοέναι τὸν ἄνθρωπον τοῦτον ἀληθεύειν ἅπαντα· ταῖς γὰρ τοιαύταις κολακείαις ἕπεται καὶ τὸ ψεύδεσθαι. *Ac primum quidem, si eum videris divitum domos aut potentium, sive etiam regum, frequentantem, certo tibi persuadeas velim, frustra rumorem illum ad aures tuas accidisse, qui de eius integritate in dicendo verum ferebatur. Huiusmodi enim adulationibus mentiri cognatum est.* TOLL.

Pag. 41. *l.* 5. Ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι) Sed nulla versutior aut fraudulentior supplantandi calumniandique ratio, quam laudando. Nam & hanc invidia reperit aulicorum. Καινὸς γὰρ δή τις, inquit Polyb. IV, οὗτος εὕρηται τρόπος διαβολῆς, τὸ μὴ ψέγοντας, ἀλλ' ἐπαινοῦντας λυμαίνεσθαι τοὺς πέλας· εὕρεται δὲ μάλιστα καὶ πρῶτον τοιαύτη κακεντρέχεια, καὶ βασκανία, καὶ δόλος ἐκ τῶν περὶ τὰς αὐλὰς διατριβόντων, καὶ τῆς τούτων πρὸς ἀλλήλους ζηλοτυπίας καὶ πλεονεξίας. *Novus enimvero calumniandi modus hic est inventus, cum non obtrectando, sed laudando alicui nocetur. Quae malignitas, invidia, & fraus ab illis primo fuit excogitata, qui in aulis principum vitam degunt: ea est illorum hominum aemulatio inter ipsos, ea avaritia.* Quare iure Tacitus in Agricolae vita *pessimum genus* vocat *inimicorum, laudantes.* TOLL.

ead. l. 7. Ἐπιτηροῦσιν εἴ που) Homerus de Achille cum Hectore pugnante, Il. X, v. 319:

Ὡς αἰχμῆς ἀπέλαμπ' εὐήκεος, ἣν ἄρ' Ἀχιλλεὺς
Πάλλεν δεξιτερῇ, φρονέων κακὸν Ἕκτορι δίῳ,
Εἰσορόων χρόα καλὸν, ὅπη εἴξειε μάλιστα &c.
Sic ex cuspide fulgor splendebat bene acuta, quam Achilles
Vibrabat dextera, cogitans malum Hectori divino,
Inspiciens corpus pulchrum, ubi cederet maxime.

Similiter fere Virgil. de Darete lib. V Aeneidos:

Ille, velut celsam oppugnat qui molibus urbem,
Aut montana sedet circum castella sub armis,
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrat
Arte locum, & variis assultibus irritus urget. TOLL.

ead. l. 8. Καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος) Seneca lib. III de Ira, cap. 31: *Nulli ad aliena respicienti sua placent. Inde Diis quoque irascimur, quod aliquis nos antecedat, ob-*

liti, quantum hominum retro sit; &, paucis invidentes quantum a tergo sequatur ingentis invidentiae. TOLL.

ead. l. 9. Παραγκωνίζεται) Alciphr. I, p. 26, παραγκωνίσασθαι τοὺς ἀντεραστὰς βουλόμενος· ubi Bergler. idem verbum ex Heliod. & hoc Luciani loco affert. REITZ.

ead. l. 10. Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς) Plutarch. de discrim. amici & adulatoris: οὗτος δὲ τοὺς ἀληθινοὺς ἀποσοβεῖ φίλους, καὶ οὐκ ἐᾷ πλησιάζειν· ἂν δὲ μὴ δύνηται, φανερῶς μὲν ὑποσαίνει, καὶ περιέπει, καὶ τέθηπεν, ὡς ἀμείνονας, λάθρα δ' ὑφίησί τινας καὶ ὑποσπείρει διαβολάς· κρυφίου δὲ λόγου κνίσαντος ἕλκος, κἂν μὴ παντελῶς εὐθὺς ἐξεργάσηται, τὸ τοῦ Μηδίου φυλάττει μεμνημένος· ἦν δὲ ὁ Μήδιος τοῦ περὶ τὸν Ἀλέξανδρον χοροῦ τῶν κολάκων οἷον ἔξαρχος, καὶ σοφιστὴς κορυφαῖος ἐπὶ τοὺς ἀρίστους συντεταγμένος. ἐκέλευεν οὖν θαρροῦντας ἅπτεσθαι καὶ δάκνειν ταῖς διαβολαῖς, διδάσκων, ὅτι κἂν θεραπεύσῃ τὸ ἕλκος ὁ δεδηγμένος, ἢ οὐλὴ μένει τῆς διαβολῆς· ταύταις μέντοι ταῖς οὐλαῖς, μᾶλλον δὲ γαγγραίναις καὶ καρκινώμασι διαβρωθεὶς Ἀλέξανδρος ἀπώλεσε καὶ Καλλισθένη, καὶ Παρμενίωνα, καὶ Φιλώταν &c. *Adulator autem veros amicos arcet, neque appropinquare sinit: aut, si hoc non potest, palam quidem eos demulcet, colitque, & admiratur, ut meliores: clanculum autem submittit aliquas & spargit calumnias. Ubi autem occultus sermo ulceris pruritum excitavit, si non statim rem perfecit, memoria tamen tenet atque observat Medii dictum. Fuit is Medius chori adulatorum, qui Alexandrum cingebat, veluti princeps, & calumniatorum summus, praestantissimis imminens. Iubebat autem suos audacter calumnias iacere, iisque mordere alios; docens, tametsi admorsus ulcus sanarit, tamen calumniae cicatricem mansuram. His quidem cicatricibus, ac vomicis, aut gangraenis potius & cancris corrosus Alexander Callisthenem perdidit, & Parmenionem, & Philotam* &c. Cuius quidem Philotae historiam ab aemulo Cratero per calumniam subversi operae pretium est legisse apud Curtium lib. VI, cap. 8; quae mirum in modum haec, & sequentia illustrat. TOLL.

ead. l. 14. Εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ) Haec ita potius interpretarer: *primas tenet, & illum denique praevertens superat: quandoquidem exemplo suo huius Homerici dicti veritatem confirmant:*

Mars dubius saepe & victorem stravit ovantem. TOLL.

ibid. Ὁ φθάσας) *Ven.* utraque agnoscunt hunc articulum; reliquae respuunt. SOLAN.

ibid. Τὰ γὰρ τοῦ Ὁμήρου) Sic fere in Ep. ad Roman. 2, 14;

ὅταν — τὰ τοῦ νόμου ποιῇ· quibus verbis Elsner. haec Luciani aliaque similia addit. REITZ.

ead. l. 16. Ἐνυὸς ἐνυάλιος) Hectoris verba sunt Iliad. Σ, v. 309. Livius lib. XXVIII, cap. 19: *ubi Mars communis & victum saepe erigeret, & affligeret victorem.* Propert. II, 27: *Cum Mavors dubias miscet utrinque manus.* Ovid. 1 Amor. El. 9, *Mars dubius* &c. TOLL.

ibid. Τὸν κταν.) Adscripserat Solanus, τε in Homero esse pro τὸν, recte; sed quod etiam adleverat, *B.* i. e. Basilienses, sic habere, erravit: nam utraque *Bas.* aeque τὸν habet, ac reliquae. Forsan Codicem B. significare voluit, quod credo, non tamen recipio, quia etiam τὸν in ipso Homero legi potest. REITZ.

ead. l. 17. Ποικίλας — ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν) Unde invidiam πολυμήχανον καὶ πάντολμον θηρίον Photius vocat, Epist. prima, commate νστ'. TOLL.

Pag. 42. *l.* 3. Ἡμισευέλπιδος) Scriptum fuisse ἢ μίσος ἢ ἐλπίδος, minime dubito. Vulgatam tamen tuentur omnes libri & ipse Codex Ox. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης) Vere. Nam, ut ait Plautus Captiv. 11, 1: *Doli non doli sunt, nisi astu colas: Sed malum maximum, si id palam provenit.* TOLL.

ead. l. 9. Οὐδ' ἂν κατίσχυσε) Cicero pro Cluentio, cap. 65: *Hoc uno modo saepe multorum improbitate depressa veritas emergit, & innocentiae defensio interclusa respirat: quod aut ii, qui ad fraudem callidi sunt, non tantum audent, quantum excogitant: aut illi, quorum eminet audacia, atque proiecta est, a consiliis malitiae deseruntur. Quod si aut confidens astutia, aut callida esset audacia, vix ullo resisti modo posset.* TOLL.

ead. l. 13. Ὁ τιμώμενος) Sarisberiensis lib. VII Policratici, cap. 24: *Ubique tamen, qui illustrioribus clarescunt meritis, acrius invidia toxicato dente roduntur.* Velleius Paterc. lib. II, cap. 40: *Nunquam eminentiae invidia carent.* Livius lib. XLV, cap. 35, de Paulo Macedonico, cui triumphus negabatur: *Intacta invidia media sunt; ad summa fere tendit.* Apollodorus Comicus: Πρὸς γὰρ τὸ λαμπρὸν ὁ φθόνος βιάζεται, *nam rebus obstat praelustribus invidia.* Cyprianus de Zelo & Livore: *Quanto ille, cui invidetur, successu meliore profecerit, tanto invidus in maius incendium livoris ignibus inardescit.* Philo περὶ Ἰωσήφ· φθόνος δὲ ἀεὶ ταῖς μεγάλαις εὐπραγίαις ἀντίπαλος, *invidia semper magnae felicitatis adversaria est.* Lucret. lib. III: *Consimili ratione ab eodem saepe timore Macerat invidia, ante oculos illum esse po-*

tentem, Illum adspectari, clarus qui incedit honore: Ipsi se in tenebris volvi, coenoque queruntur. Infinita porro sunt, quae in hanc sententiam cum apud Graecos, tum apud Latinos scriptores belle dicta reperias. TOLL.

ibid. Τοῖς ὑπολειπομένοις) *Nam qui invidet, minor est*, ut ait Plinius lib. VI, Epist. 17. Et, secundum Plautum in Captiv. Act. III, Sc. 4: *Est miserorum, ut malevolentes sint, atque invideant bonis.* TOLL. Τοῖς ὑπολειπομένοις) Melius, dignatione inferioribus. IDEM.

ead. l. 14. Τῷ δ' ἐπιτοξάζονται) Ita recte pleraeque editiones, uti est apud Homerum Il. Γ. O. tamen & *Fl.* τόν δε, prave. SOLAN.

ead. l. 16. Τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον) Verto, *modo principem illum, & in fastigio dignationis collocatum, expugnaverit, ac de illo amicitiae gradu deturbaverit.* TOLL.

Pag. 43. *l.* 1. Καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς) Pindarus Isthm. Carm. IV:

Ἔστιν δ' ἀφάνεια τύχας
Καὶ μαρναμένων,
Πρὶν τέλος ἄκρον ἱκέσθαι.
Τῶν τε γὰρ δίδοῖ τέλος,
Καὶ κρέσσον ἀνδρῶν χειρόνων
Ἔσφαλλε τέχνα καταμάρψασα.

Id est: *Est tamen incertitudo fortunae etiam pugnantium, priusquam ad finem summum veniant. Horum enim dat finem, & virorum deteriorum ars corripiens praestantiorem supplantat.* TOLL.

ead. l. 2. Ὑπὸ) In omnibus impressis & Mss. ἐπὶ, quod ego mutare nonsum cunctatus. SOLAN. Non sustinui vulgatum ἐπὶ repetere, quod ex praemisso ἐπὶ, & scribendi compendio natum, locum hic habere nequit. Quare audaciae veniam dabit ipsa necessitas. REITZ.

ead. l. 3. Τῆς ὕσπληγος εὐθὺς καταπεσούσης) Ὕσπληξ sive βαλβὶς, item γραμμὴ Polluci, repagula, quae Latini *carceres* vocabant, quibus apertis, non *fractis*, ut interpres habet, emittebantur currus. Videtur hic extentus funis fuisse, quo velut repagulo cursores continebantur; eoque remisso procurrebant. TOLL. Constat iam satis, docente praesertim Salmasio Plin. exercit. pag. 648, ὕσπληγγα esse *repagulum*, vectim transversum, qui aequaret vel equos vel cursores, iam in linea stantes, ac paratos ad cursum. Haec ὕσπληξ subito utrinque laxata decidebat in subiectam γραμμὴν, βαλβίδα, lineam cavatam, ad cuius modulum ita attemperate

facta erat, ut decidens illam cavitatem impleret, & reliquo solo aequaret. Unice huc facit Statii locus Theb. VI, 593: *Ut ruit, atque aequum submisit regula limen, Corripuere leves spatium;* ad quem ceteros laudat Barthius. Disertus etiam Harpocrationis locus in βαλβίς. Haec faciunt etiam ad similem locum Nostri, supra Timon. cap. 20. GESN. Ὑστληγξ· οὐχ ὁ τόπος μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁ σιδηρεῖος ὀχεὺς, ὃν νῦν λάμπαν φασί. Schol. Ms. Reg. 2954.

ead. l. 4. Μόνον τοῦ πρόσω) Interpres vertit *primas affectare*, ac si τῶν πρωτείων legeretur. Τοῦ πρόσω ἐφιέμενος, est, *tota mente intentus in spatium, quod cursu conficiendum restat, quo id absolvat.* Nemo hunc locum melius interpretabitur, quam Virgil. lib. V Aeneidos: —— *Signoque repente Corripiunt spatia audito, limenque relinquunt Effusi, nimbo similes: simul ultima signant.* Quod ad verbum est, τὴν διάνοιαν ἀποτείνουσι πρὸς τὸ τέρμα. TOLL.

ead. l. 6. Οὐδέ τι τῶν κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς) Οὐδέ τι κατὰ τῶν συναγωνιστῶν legendum videtur. GUYET.

ead. l. 8. Καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς) Cicero Philippica X, c. 1: *Declarasti enim, verum esse id, quod ego semper sensi, Neminem alterius, qui sua confideret, virtuti invidere.* TOLL.

ead. l. 11. Ἐπιστομιεῖ) An in os cadere faciat? Supra pro Imag. c. 10: μὴ δὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα, μὴ καὶ ἐπιστομίσῃ μέ φησιν ἐμπεριπατοῦσαν. GUYET. Alias esse *os obturo*, nisi notum, vid. notata ad l. d. & Iov. Trag. c. 35, ac Liban. Epist. 12 f. REITZ.

ead. l. 13. Ὁ γὰρ προέχων) Pessime interpres exposuit, *qui prominet.* Repone, *qui ceteris antistat;* ut ap. Catullum: *Veranni, omnibus e meis amicis Antistans mihi millibus trecentis.* TOLL.

ead. l. 14. Καὶ ἀφύλακτος) Cyprianus de simplicitate Praelatorum: *Facilior cautio est, ubi manifesta formido est; & ad certamen animus ante praestruitur, quando se adversarius confitetur.* Verum, ut bene Seneca, *Professa perdunt odia vindictae locum.* TOLL.

ibid. Ἐν μέσῳ ληφθεὶς) Non satisfacit mihi interpres. Malim, *circumventus rapitur.* Eleganter Ausonius in Cupidine Crucifixo locum hunc illustrat: — *Hostemque unum loca non sua nactum Facta nube premunt. Trepidantem, & cassa parantem Suffugia, in coetum mediae traxere catervae. Eligitur moesto &c.* Contra apud Ciceronem pro Cluentio c. 65: *Innocentiae defensio saepe multorum improbitate intercluſa respirat.* TOLL.

ead. l. 15. Οἱ δὲ ἀγαπῶντας, καὶ φίλοι δοκ. ἐξ ὧν &c.)

Cl. Bel. de Ballu emendabat: οἱ δὲ ἀγάλλονται, καὶ φίλοι δοκοῦσιν, ἐξ οὗ βλάπτειν ἄλλους ἔδοξαν, *du moment qu'ils ont paru être en état de perdre les autres.*

Pag. 44. *l.* 3. Ἢ καὶ ἀλλότριον) Sic *Ven.* utraque: reliqui impressi & Cod. Ox. μηδὲ, vel μὴ δ'. SOLAN. Lege ἠδὲ, i. e. καὶ. Τὸ μηδὲ hic locum non habet. *Guyet.* Adeo placet, ut putem in contextum recipiendum. REITZ.

ibid. Τὰ προσόντα) Hic sunt vel fortunae, vel ingenii, vel quaecunque alia bona, commoda, conditio: quae alicui adsunt, quibusve conspicuus est. TOLL.

ead. l. 4. Πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες) Basilius Magnus de invidia: Δεινὸν δὲ ταῖς εἰς τὸ χεῖρον παρατροπαῖς τὸ ἐπαινετὸν διαπτύσαι, καὶ ἐκ γείτονος κακίας τὴν ἀρετὴν διαβαλεῖν. *Improbum autem est, in peius deflectendo, quod laudabile est, culpare, & e malitiae vicinia virtutem criminari.* Sarisberiensis lib. VII Policratici, capite 24, de calumnia loquens: *Et nunc quidem*, inquit, *bona aliena pervertit, nunc minuit: mala autem fingit, quae non sunt; aut magnificat, & extollit, si qua sunt.* Contra ea Quintilianus lib. II, cap. 12: *Est praeterea quaedam virtutum vitiorumque vicinia, qua maledicus pro libero, temerarius pro forti, effusus pro copioso accipitur.* Sic & in amore, & in amicitia vitia proximarum virtutum appellationibus velantur. Lucretius lib. IV: *Nigra μελίχρους est, immunda & foetida ἄκοσμος. Caesia παλλάδιον, nervosa & lignea δορκὰς* &c. Et apud Theocritum Battus Idyl. X: Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντι τὺ πάντες, Ἰσχνὰν, ἁλιόκαυστον. ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον. *O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant, Tenuem, sole adustam: ego vero solus flavam mellis instar.* Est item apud Aristaenetum illius vitiorum in melius interpretationis amatorium exemplum, lib. I, Epist. 18: Καὶ ὁ μέν τις τῶν νέων, ὅτι σιμὸς, ἐπίχαρις παρὰ σοὶ κληθεὶς ἐπαινεῖται· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφης· τὸ δὲ διὰ μέσον τούτων ἐρεῖς ἐμμετρότητα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις, λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας· μελιχρότους δὲ οἶει τοὔνομά τινος, ἀλλ' οὐ ποίημα εἶναι. Ubi nisi & in Platone ita legeretur, & a Plutarcho in προσποίημα mutatum esset, χρῶμα pro ποίημα legerem. Neque vel ita tamen Platonis mihi locus sanus esse videtur. Μελαγχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα, ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ. Lege, μελαγχλώρους, (sive μελίχρους, ut alii malunt) δὲ καὶ τοὔνομα οἴεσθε ἀλλ' οὐ χρῶμα εἶναι ἐραστοῦ &c. ad plures illi sermo institutus est,

sic ut τὸ οἴει vitiosum esse, quivis facile deprehendat. Ceterae mendae manifestae sunt. Posset autem τὸ ποίημα *facies* verti; nisi quis προσποίημα cum Plutarcho malit: cuius vocis vim Cicero pluribus explicat, lib. II de Oratore cap. 14, *ut cum in sole ambulem, etiamsi aliam ob causam ambulem, fieri natura tamen, ut colorer.* De Amicitia locus est eximius, sed prolixior, apud Horatium lib. I, Sat. 3, ubi tandem livorem nostrum, & animi aeruginem perstringit, dicens: *At nos virtutes ipsas invertimus; atque Sincerum cupimus vas incrustare.* probus *quis Nobiscum vivit?* multum demissus homo. *illi* Tardo *cognomen* pingui damus. *pro* bene sano, *Ac* non incauto, fictum, astutumque *vocamus* &c. Plura ad Lucret. & Horatium Lambinus congessit, quae describere nolo, ne alienae fructum diligentiae videar velle intercipere. TOLL.

ead. l. 7. Τὸν τυραννικὸν) Malim, *tyrannidis*, vel *tyranni ministrum*, quam *tyrannum*, vertere. TOLL. Mutuo se explicant ὁ βασιλικὸς apud Ioannem Evangelistam 4, 46, & hic noster τυραννικός. Non est tyrannus ipse ὁ τυραννικὸς, sed minister tyrannidis, humilis apud tyrannum, ad opprimendos cives operam suam illi commodans, certe pollicens, atque opportunus ob id ipsum suspicioni, illum adeo sedulo agere omnia, uti proditionis consilium tegat: ut ille Callicrates, qui, dum se τυραννικὸν simulat apud Dionem Syracusanum, illum evertit. Vid. Nepos 10, 8. GESN.

ead. l. 11. Φασὶ) In omnibus libris nostris φησὶ, quamvis vertant, *inquiunt*: ego mutavi. SOLAN.

ead. l. 13. Ἡ Στρατονίκη) Allusit partim ad historiam Antiochi Seleuci R. filii, qui novercae amore flagrans ope Medici voti compos fuit factus: partim ad calumniam, qua Combabus fuit impugnatus apud eundem Seleucum, ac si Stratonices manifestarius adulter esset. Utramque noster fuse exponit in libello de Dea Syria: illam Plutarchus in vita Demetrii Poliorcetae: quam breviter item Noster attigit in Icaromenippo: Σελεύκου δὲ Ἀντίοχον ἑώρων Στρατονίκῃ διανεύοντα λάθρα τῇ μητρυιᾷ, *Seleuci autem filium Antiochum videbam clam Stratonicae novercae innuentem.* Ex hac historia effictam habes narratiunculam apud Aristaenetum lib. I Epist. 13. Reposui autem, eiecta *uxoris* voce, nomen proprium, in quo ad historiam respicitur, quam exposuimus. Mox legam ἀνδής. Interpres non nimis bene vertit. TOLL. Adversantur haec fidei historiae; nemo enim vel tantillum Antiochi amorem subodoratus erat, quem ars Herasistrati sola

detexit: sed & alibi Noster in eundem incidit errorem. V. Ἰκαρ. cap. 15. SOLAN.

ibid. Ἀνδὴς) Ms. Ox. uti coniecerat Tollius. In reliquis ἀνδῶς. SOLAN. Iens. ad Hermot. sub init. vulgatam contra Toll. defendit, & potest mihi etiam ea ratione defendi, quod εἴχε intelligi queat, vel aliud verbum, quale Gesner. addit. Verum quando Cod. bonae notae habemus coniecturae Tollianae faventem, & melius procedit oratio, id recepi. REITZ.

ead. l. 14. Ἐρωτικὴ) Ἐρωτικῶς. GUYET.

Pag. 45. *l.* 2. Μὰ Δί') Th. Magist. v. Μὰ haec afferens observat, rarissime affirmare τὸ μά. Sed vid. supra ad Icaromen. cap. 14 notata. SOLAN.

ibid. Φιλόξενος) Nobilis poëta Lyricus, qui cum Dionysii tyranni carmina liberius damnaret, ab eo in Latumias detrusus est: unde Tarentum aufugiens Dionysio revocanti epistolam misit una litera O, id est ου, notatam. Plura Suidas. Meminit & Plutarchus de fortuna Alexandri, Orat. II, in initio. TOLL.

ead. l. 3. Καὶ ἄμετρα) *Hiulea*, interpres. Rectius *immodulata*, ut Horatius in Arte: *Non quivis videt immodulata poëmata iudex.* TOLL.

ead. l. 4. Ὁ φίλος διαβάλλεται) Haec ad Lucianum ipsum spectare videntur impietatis accusatum. LA CROZE.

ead. l. 6. Ὁ δὲ ἀκούσας) Verte: *quo ille*, sc. amicus, *audito, statim velut oestro percitis auribus, uti par est, inflammatur, & moram accuratae inquisitionis non ferens, aversatur amicum, repellitque. Plane enim istiusmodi mendacia confingunt, queis maxime norunt audientis animum ad iram posse provocari.* TOLL.

ead. l. 11. Καὶ ἔνθα τρωτός ἐστιν) Sic Alexander Parmenionis auctoritatem moleste ferens, a Cratero in Philotam, invidiosa illius & suspiciosa commemoratione accenditur: Curtius lib. VI, c. 8. Sic Nero a Capitone Cossutiano in Thraseam inflammatus, quod non adfuisset in Poppeae Sabinae consecratione, quam Nero prae ceteris dilexerat: Tacitus lib. XVI, cap. 22. Sic apud Phaedrum libertus ille, *Adiecit id, quod sentiebat maxime Doliturum amanti.* Ceterum exemplorum ὅσα κόνις. Benedictus male legit πρῶτον, pro τρωτὸς, vertitque *& qua parte praestat.* Nos emendavimus & contextum, & interpretationem, vertentes, *& qua quisque parte maxime vulneri patet.* TOLL. Certa est Tollii emendatio. Quid enim est, quod ante eum in omnibus impr. & O. Ms. legebatur πρῶτος; SOLAN.

ibid. Ἐπ' ἐκεῖνον) Ἐπ' ἐκεῖνο interpr. legisse videtur. GUYET.

ead. l. 12. Ἐς αὐτὸν) Glossema videtur. GUYET.

ead. l. 13. Μηκέτι σχολὴν ἄγειν) Verterim: *indagandae, seu perscrutandae; veritati non modo non vacet: verum etiam, si quis obiectum crimen diluere voluerit, non admittat defensionem, insolentia auditae criminationis, tanquam veritate praeoccupatus.* TOLL.

ead. l. 15. Ὡς ἀληθεῖ) Nisi ἀληθεῖ hic neutro genere accipitur pro substantivo, legendum hic vel ἀληθείᾳ, quod malim; vel ἀληθοῦς, ut ad ἀκροάσεως referatur. TOLL. Nescio, quid Tollius haesitarit: ἀληθεῖ enim certe neutrum est, & sanum, ac de mutatione ne cogitandum quidem. Vid. paulo supra notam Iensii. REITZ.

ead. l. 16. Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν) Atticismus, pro ἀνυσιμώτατον γάρ ἐστι. Sic Homer. Iliad. Θ, v. 306: Μήκων δ' ὡς ἑτέρωσε κάρη βάλεν, ἥτ' ἐνὶ κήπῳ Καρπῷ βριθομένη, νοτίῃσί τε εἰαρινῇσιν. Pro βρίθεται. Pro ὁπότε malim, ὥς ποτε. TOLL. Ἀνυσιμώτατον γὰρ ὂν τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς, τὸ ὑπεναντίον τῆς τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι, ἐγένετό τις &c.) Pessime, nisi vehementer me animus fallit, haec sese habent. Luxata est plane oratio, & male coniuncta, quae omnino est dividenda. Primo pro ὂν τὸ, scripsisse Lucianum existimo ὄντως. Dein post ἐπιθυμίας ponenda τελεία στιγμὴ, nec aliter video fecisse Florentinos; recte. Quae sequitur, est nova historia. Primum horum verborum membrum pertinet ad superius memorata, quemadmodum nimirum quis apud muliebriter pium accusatus, licet falsissime, impietatis, nullius veniae, immo ne defensionis quidem locum obtinere queat. *Revera enim* (addit Lucianus pro causa) *haec est efficacissima calumniae species, quae alienum quid ab animi affectione audientis contineat. Quin etiam cum apud Ptolemaeum* &c. IENS. Facile probaverim emendationem doctissimi Iensii. Sed in eo aliter mihi videtur, quod illud ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ κ. τ. λ. seiungit a praecedentibus, & interpretatur, *Quin etiam cum apud Ptolemaeum.* Immo, quod ipsa etiam relativa particula ὁπότε indicat, artissime ista connexa sunt. Exemplum subiicitur illius observationis, quod dixerat τὸ παράδοξον τῆς ἀκροάσεως movere beatulos illos, τὸ ὑπεναντίον τῆς ἐπιθυμίας. Nempe quod vehementer optant homines, illud facile credunt, v. g. amari se: at cum semel adversantis huic persuasioni suspicionis, paradoxae initio, scintilla in animum incidit; ilicet ardent toti, a zelotypia in furorem ruunt. Sic Ptolemaei ἐπιθυμία est,

Bacchum videri: hinc facile credit, bacchaturos in suam gratiam suos amicos. Παράδοξον est, Demetrium huic cupiditati regis adversari, in ea re, quam cordi adeo regi esse norit. Sed cum illud παράδοξον, illud ὑπεναντίον τῇ ἐπιθυμίᾳ, semel percussit aliqua fidei specie animum: actum est, periit Demetrius, nisi praesenti & extemporali remedio sibi succurrat. Huc etiam alterum de Alexandro & Hephaestione exemplum convenit. GESN.

ibid. Τὸ εἶδος) Impressi omnes ὂν τὸ εἶδος. Iensius ὄντως scribendum putat; deinde post ἐπιθυμίας ponendam τελείαν στιγμήν. Ox. Cod. ὂν non agnoscit, recte. SOLAN. Solanus ὂν delerat: ego certe non intruderem, si & in cett. abesset. At nondum reiicio, cum probabile non sit, librarios id, quod difficilius est, tam diligenter ingessisse: nam neque insolitus est Atticismus, sive πλεονάζειν putes, sive participium pro ἐστὶ positum accipias, (cuius exempla satis dedimus alibi) adde Herodian. III, 12, 2, εἰδὼς δὲ ἀδύνατον ὂν δύο διαχειρίζεσθαι βασιλέας. Sed vel magis abundat verbum εἰμὶ ibid. V, 8, 8, οὐδὲν οὖν εἶναι αὐτὴν ἐλάνθανε, quod Stephan. expungendum censet, vel mutand. in ἦν ὅ. At forsan eodem modo hic in Luciano abundat ὂν, atque infra Pseudol. cap. 6, ἡ ἀναισχυντία οὖσα, quod ibi expositum vide, aliaque etiam de abundante verbo εἶναι addita. Confer mox cap. 20, ἐστὶ — ἀδελφή τις οὖσα. REITZ.

Pag. 46. *l.* 2. Πτολεμαίῳ) Δ. Νέος; v. not. Toll. & Herodian. I, qui Antigoni etiam meminit Bacchum imitantis. Adde de hoc cognomento Spanhem. 435, qui ex Euseb. Chron. confirmat, 61, 73, 194. Diserte apud Clem. Alex. IV Ptolemaeorum dicitur, pag. 22 A. ubi plures memorantur reges Deorum nomina usurpantes. At neque *quartus*, neque *undecimus*, sed *decimus* erat. Vid. Tabulam Chronol. Humphr. Prideaux. Idem enim est cum *Aulete*, cui successit Cleopatra, regum Aegypti ultima, primo tamen una cum fratre regnans. Nisi forte hic Διόνυσος Νέος ideo Νέος dicatur, quia iam ante eum alius, nempe quartus ille, Διόνυσος dictus fuerit, qua de re nunc inquirere non vacat. Certe uterque Bacchi nomine non indignus, si id nominis non ab Ethnicis, Bacchum ut numen colentibus, sed a nobis esset inditum, qui exsecramur. SOLAN.

ibid. Τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι) Qui undecimus fuit Ptolemaeorum. TOLL.

ead. l. 3. Τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον) Cuius & Antoninus

Imp. meminit lib. VIII, cap. 22. Adeatur Ionsius in Histor. Philosophica. TOLL. Quis ille Platonicus Demetrius, de quo nihil Diogenes? Adi Tollium. SOLAN.

ead. l. 4. Γυναικεῖα) De eo more multa apud Euripidem in Bacchis p. 545 & seq. SOLAN.

ead. l. 6. Ἑωθεν ἔπινε) Quo nihil viro gravi turpius, nisi cum res poscit, aut iubet valetudo: antiquis autem tam rarum & inusitatum, ut etiam Apostolos illud diei tempus ab ebrietatis potuerit suspicione vindicare. Res igitur erat extremae luxuriae, quam & feminae adamabant nequiores. Apuleius lib. IX: *Quanto me felicior Daphne vicina, quae mero & prandio matutino saucia cum suis adulteris voluptatur.* Idem eodem libro: *Matutino mero, & continuo stupro corpus emanciparat.* TOLL.

ibid. Ταραντινίδιον) Pollux lib. VII, cap. 17: καὶ μὴν τόγε ταραντινίδιον διαφανές ἐστιν ἔνδυμα, ὠνομασμένον ἀπὸ τῆς Ταραντίνων χρήσεως καὶ τρυφῆς. *Est autem pellucida vestis, Tarantinidion, ita a Tarentinorum usu luxuque appellata.* Hesychius: Ταραντινὸν, sive, ut alii legunt, ταραντινίδιον, ἱμάτιον γυναικεῖον λεπτὸν, κρόσσους ἔχον ἐκ τοῦ ἑνὸς μέρους. *Tarantinidium, vestimentum muliebre tenue, fimbrias, seu villos habens ab una parte.* Utebantur eo plerumque meretrices. Lucian. in Dial. Mererr. VII: Οὐκ αἰσχύνῃ μόνῃ τῶν ἑταιρῶν οὐκ ἐλλόβιον, οὐχ ὅρμον, οὐ ταραντινίδιον ἔχουσα. Apud Pollucem cap. 13, lib. VII, fragmentum est veteris poëtae, Παρθένος δ' εἶναι δοκεῖ, φορῶν κροσσωτοὺς, καὶ γυναικείαν στολήν. *Virgo esse videtur, gerens fimbriatas vestes, & muliebrem stolam.* Muliebri autem veste Bacchus amiciebatur. Vide Senecam. Et Tragoedi, omnesque Dionysiaci artifices, quorum nota *syrmata.* Apud eundem Pollucem, Λυδῶν χιτών τις βασσάρα, διονυσιακὸς, ποδήρης. Et apud Hesych. βασσάραι χιτῶνες, οὓς ἐφόρουν αἱ Θρᾴκιαι βάκχαι. Hinc & Bacchus Βασσαρεὺς dictus. Commentator vetus Horat. lib. I, Od. XVIII, Bassareus *dictus est Liber pater a genere vestis Baccharum:* unde & *Bacchae* Bassarides *dictae Pers.* Bassaris & *Lyncem.* Bassaris *enim genus vestis est, ad pedes usque demissa, dicta a* Bassara, *loco Lydiae,* ubi fit. Ubi *Bassara* pro *Bassaris* legendum videtur. Verum Etymologici auctor & in etymologia, & in ipsa nominis denotatione variat. Quamquam etiam *Bassaris* apud Persii Scholiasten inveni, ad Sat. I, v. 101. *Bassarides,* inquit, *Bacchae. Quibusdam videtur a genere vestis, qua Liber pater utitur, demissa ad talos, quam Thraces* Bassarin. *Quidam a vul-*

pibus, quarum pellibus Bacchae succingebantur. Vulpes Thraces Bassares *dicunt.* TOLL.

ead. l. 7. Ἐκυμβάλισέ τε) Cymbala namque cum saltatione iungebantur in Deorum effeminato cultu: praesertim in festis Bacchi, Herculis, & Matris Deûm Cybeles. Iustinus de Ptolemaeo Philopatore, lib. XXX, *adduntur instrumenta luxuriae, tympana & crepundia;* sive, ut alii malunt, *crepitacula.* Ubi tamen τὰ *crepundia* ab interprete esse censuerim. Nam de eodem loquens Plutarch. tympani tantum meminit. Sed, uti dixi, & cymbala in eiusmodi festis solemnia fuere. Apuleius de Gallis Cybeles, lib. VIII Milef. *Qui per plateas & oppida cymbalis & crotalis personantes, Deamque Syriam circumferentes mendicare compellunt.* Lucretius lib. III: *Tympana tenta tonant palmis, & cymbala circum Concava, raucisonoque minantur cornua cantu. Et Phrygio stimulat numero cava tibia mentis.* Erant autem ea vel ex aere, vel e buxo, quae mutuo collisu non ingratum sonum edebant. Ausonius in Epist. ad Paulinum XXV: *Cymbala dant flictu sonitum: dant pulpita saltu Icta pedum: tentis reboant cava tympana tergis.* Propert. lib. III, El. XV ad Bacchum: *Laevis odorato cervix manabit olivo, Et feries nudos veste fluente pedes. Mollia Dircaeae pulsabunt tympana Thebae; Capripedes calamo Panes hiante canent. Vertice turrigero iuxta Dea magna Cybelle Fundet ad Idaeos cymbala rauca choros.* Anthol. lib. IV, de Herc. & Baccho: Ἀμφοῖν δὲ στῆλαι συντέρμονες· εἶκελα δ' ὅπλα Νέβρος, λεοντὴ, κύμβαλα δὲ, πλαταγή. *Sudorumque pares metae, paria arma: leonis Exuviae, hinnuleus, cymbala cum strepitu.* Eleganter ad rem Tertullian. de Pallio: *At quin alius & sericatus & crepidam aeratus incessit, & ut digne quidem Bacchantibus indumentis aliquid subtinniret, cymbalo incessit.* TOLL.

ead. l. 8. Ἀντισοφιστὴς) Exprobrator. Lactant. lib. V, cap. 6: *Et quoniam mores ac vitia regis imitari genus obsequii iudicatur, abiecerunt omnes pietatem; ne exprobrare regi scelus viderentur, si aliter viverent.* Vid. Tacit. XVI, 22. Et Lactant. lib. V, cap. 9, p. 482. Isocr. p. 10. TOLL.

ead. l. 10. Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ) Malim ita vertere: *Ita & apud Alexandrum haec omnium maxime valebat calumnia, si quis neque colere ut Deum, neque adorare velle Hephaestionem deferebatur.* TOLL.

ead. l. 13. Ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ) Praecessit Melanchthon in vertendo, *ad reliquam funeris magnificentiam additum voluit.* Et sequitur promte Bene-

dictus, verba haec ipsa sic exprimens; quod miror ab aliis, qui hunc dialogum & versionem eius tam accurate exegerunt, pro bono acceptum, cum nulla prorsus in Graecis fiat mentio illius funeris. Quin etiam *μεγαλουργία* non patitur, ut de impensa pecuniaria intelligatur, Graecis ad eam exprimendam alia voce utentibus. Immo nec consideratio magnificentiae funeris potest hic locum habere. Maiora desiderantur, quae habebis, si recte vertas mecum *ad reliquam rerum suarum magnitudinem addi voluit, ut & Deum crearet eum, qui erat mortuus.* Inter alia ingentia acta sua referri voluit, ipsum ex mortuo fecisse Deum. GRON.

ead. l. 14. Καὶ θεὸν χειροτονῆσαι) Pluribus haec Arrianus, Curtius, Plutarchus in vita Alex. M. TOLL.

Pag. 47. *l.* 1. Καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος) De Caligula Suetonius refert, eum inter cetera amoris erga Drusillam documenta nunquam deinceps nisi *per numen Drusillae* deieraſſe. Idem in morte Iulii Caesaris narrat, controversias quasdam a plebe *interposito per Caesarem iureiurando* distractas; & Claudium Imper. *iusiurandum* sibi *neque sanctius*, neque *crebrius* instituisse, quam *per Augustum*: quin & violata periurio numina ista gravius vindicata, quam si quis per ipsum Iovis numen, aut maiorum gentium Deos peieraret. Sic ut vere dixerit Tertullianus in Apologetico: *Citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Caesaris, peieratur.* TOLL.

ead. l. 6. Ὀνείρατα) Id enim inter divinitatis signa. Unde & aegrotantes, & futura praenoscere cupientes, in Deum, Aesculapii praecipue, & Serapidis, nec non Apollinis, sese templa conferebant, per somnium illorum voluntatem, responsave expiscaturi. TOLL.

ead. l. 7. Ἐπιφανείας) Illustravit hanc vocem, locumque Luciani, Ez. Spanhemius in V Dissertatione de re Nummaria: quod opus a me iuventuti nunquam non erit commendatissimum. TOLL.

ead. l. 8. Μαντείας) Et oracula ad auctoritatem novo Deo conciliandam efficta. Aemulatus est in Antinoo Hadrianus; quem non secus ipse, ac Hephaestionem Alexander, dilexerat. Spartianus in eius vita: *Et Graeci quidem volente Hadriano eum consecraverunt, oracula per eum dari asserentes, quae Hadrianus ipse composuisse iactatur.* TOLL.

ead. l. 9. Παρέδρῳ) Servius in VII Aeneid. *Revera Virbius est numen coniunctum Dianae, ut matri Deum Attis, Minervae Erichthonius, Veneri Adonis.* Id est πάρεδρος. Πάρεδροι etiam

σύνθρονοι dicti, teste Hesychio, quamquam viri docti τοὺς παρέδρους τοῖς συνθρόνοις inferiores existimant, & ordine, & dignatione. Quin & Gallus sese apud Nostrum in dialogo sui nominis πάρεδρον Ἑρμοῦ iactat. TOLL. Aelianus de Demade, V, 12: ἐψηφίσατο θεὸν τὸν Ἀλέξανδρον τρισκαιδέκατον, id est, πάρεδρον τῶν δώδεκα θεῶν. Συνθρόνους etiam vocabant. *Salmasius.* Unicuique Deorum suos tribuebant παρέδρους. Matri Deûm Idaeos Dactylos, Aesculapio Ὑγίειαν, Ἰασὼ & Τελεσφόρον. Et sic aliis alios assessores. SOLAN. Πάρεδρον hic esse praesentem auxilio, & tanquam *assidentem mortalibus aegris* Deum vel Heroëm, recte monuit vir doctus Ger. d'Arnaud de Diis παρέδροις cap. 27, cuius observatis adiiciendum, quod Salmas. docuit Exerc. Plin. p. 248, b, B. ex Iustino M. & Eusebio, iungi etiam solere παρέδρους & ὀνειροπομποὺς δαίμονας. Ἐπιφάνειαν etiam de somniis dici, ibidem monet vir summus. Verum de hac quidem omnia iam laudatus Tollio Spanh. diss. VII, divini operis p. 425 seq. GESN.

ibid. Ἀλεξικάκῳ) Quod Herculi, quem aemulabatur Alexander, cognomen datum in Deorum numerum cooptato. Fuit item Apollinis cognomen, de quo videndus Pausanias in Atticis, pag. 6. TOLL.

ead. l. 10. Ἐπίστευε) Iuvenal. Sat. IV: — *Quid apertius? Et tamen illi Surgebant cristae. Nihil est, quod credere de se Non possit, cum laudatur Dis aequa potestas.* TOLL.

ead. l. 14. Τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν) Erant enim & peculiares vel populis, vel familiis, seu gentibus Dii. Auson. in Caesaribus: *Aeneadum generis qui sextus & ultimus heres, Polluit, & clausit Iulia sacra Nero.* Inprimis heroës in Deûm numerum relati; ut populo Romano Quirinus. Ceterum, qui plura Deorum nomina desiderat, uni tantum culta vel cognita populo, legat cap. XXIV Apologetici Tertulliani, & lib. IV Augustini de Civitate Dei, cap. 8, & passim; Sermon. VIII Theodoreti ad infideles Graecos &c. TOLL.

in Schol. col. 1. *l.* 5. Λέγεται Λέοντα) Magistri fuit summa dignitas in aula Constantinopolitana, de qua vide Meursium in Lexico Graeco barbaro. Quis autem hic Leo intelligatur, Thrax, Isauricus, vel Copronymi filius, quaerent, quibus per otium licebit. Interea hinc liquet, Scholiastam nostrum saltem ante 1229 annos non vixisse, quandoquidem tum regnare coepit Leo Thrax. CLER.

Pag. 48. *l.* 3. Ταξιαρχῶν) Verte: *Ordinum ductor, quique magno apud Alexandrum in honore erat.* TOLL.

ead. l. 4. Συγκαθείρχθη λέοντι) Alludit ad historiam Lysimachi, quem Alexander leoni obiecerat. TOLL.

ead. l. 6. Ἐπομοσάμενος) Eodem ferme dolo, quo Iul. Proculus usus, interfecto, seu discerpto a Patribus Romulo, quo desiderium plebis leniret. Adi Liv. l. I, & Florum c. 1. TOLL.

ead. l. 8. Ὅτι δὴ) Legebam initio, ὅτι ἤδη. Verum τὸ ὅτι eleganter saepe παρέλκει. TOLL.

ead. l. 13. Καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ) Eadem in Halieuticis similitudine usus est Oppianus lib. V:

Ὡς δ' ὅτε δυσμενέων βριαρὸς λόχος ἀντιβίοισι
Λάθριος ἐμπελάσῃ μεσάτην ἐπὶ νύκτα δοκεύσας,
Εὕδοντας δὲ κίχησε φυλακτήρας πρὸ πυλάων
Ἄρεος εὐμενέοντος, ἐνιπλήξας δ' ἐδάμασσεν·
Ἔνθεν ἔπειτ' ἄκρην τε πόλιν, καὶ τύρσιν ἐπ' αὐτὴν
Θαρσαλέοι σπεύδουσι, πυρὸς βέλος, ἀστεος ἄτην,
Δαλὸν ἐυδμήτων μεγάρων αἰστῆρα φέροντες·
Ὡς τότε &c.

Ac veluti insidiae media sub nocte propinquant
Hostibus occulto, & curis somnisque solutas
Excubias arcis nactae sub Marte quieto,
Caedunt; & sternunt custodum corpora passim:
Hinc propere vadunt summa ad vestigia muri,
Audacesque locant flammas in arce micantes,
Urbis casurae signum, torremque ferentes,
Qui sit robustus iam prensae malleus arcis:
Sic tunc &c.

Ut & Apuleius ex parte lib. V Metam. *Tunc nocte iam portis patentibus nudatum sororis animum facinorosae mulieres, omissis tectae machinae latibulis, districtis gladiis fraudium simplicis puellae paventes cogitationes invadunt.* TOLL.

ead. l. 15. Ἀλλ' ἐν ᾗ) Non satis placere mihi fateor hoc ἐν ᾗ. Possis quidem intelligere χώρᾳ· sed usum formulae huius desidero: ac malim legi ἀλλ' ἔνθα, vel, quod magis probo, ᾗ ἂν vel εἴ πῃ, quod forte omnium proxime ad scripturam receptam accedit, ἀφύλακτόν τι μέρος κ. τ. λ. & sic interpretatus sum. GESN.

Pag. 49. *l.* 3. Ὅ τι ἂν ἀσθενὲς) Themistius Orat. III: Καὶ ὅπου ἂν αἴσθηται αὐτὴν εὐπραγοῦσαν, ἠρέμα εἰσοικισαμένη κατὰ σμικρὸν ὑπορύττει καὶ ἐλέγχει τὸν ἀφρακτόν τε καὶ ἀσθενῆ. *Quae ubi ad votum succedere sibi conatus suos senserit, perblande irrepens paulatim eum subruit, & scrutatur, qua parte minime munitus, ac minime valens est.* TOLL.

ead. l. 4. Καὶ προσάγουσι τὰς μηχανὰς) *Eique suas machinas admovent.* TOLL.

ead. l. 11. Προσλιπάρησις) Non est *obsecratio*, uti reddidit interpres: sed est *assiduitas* in calumniando; aut, si ita mavis, in assentando simul & calumniando, qua quasi obtunditur ille, quem in amicum veterem volunt concitare. TOLL.

ead. l. 13. Συγγενὴς) Πρόδρομον ὑποκρίσεως vocat Themistius, *emissariam simulationis.* TOLL.

ead. l. 16. Διατριβὰς) Et hic secutus sum ed. *I.* quod enim in aliis erat διαβολὰς, ferri nequaquam potest, cum statim sequatur καὶ ταῦτα ἀεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς. SOLAN.

Pag. 50. *l.* 5. Τὸ φιλόκαινον) Plin. lib. XII Nat. Hist. cap. 1: *Est natura hominum novitatis avida.* Plin. Iunior lib. VIII, Epist. XVIII: *aures hominum novitate laetantur.* Hinc Homerus: Τὴν γὰρ ἀοιδὴν μᾶλλον ἐπικλείουσ' ἄνθρωποι, Ἥτις ἀκουόντεσσι νεωτάτη ἀμφιπέληται. TOLL.

ead. l. 6. Τὸ ἀψίκορον) Propert. lib. II, Eleg. 33: *Elevat assiduos copia longa viros.* Monetque Isocrates ad evitandam illam satietatem, τὰς ἐντεύξεις μὴ πυκνὰς ποιεῖν τοῖς αὐτοῖς, *ne saepius eosdem alloquamur*, in Orat. ad Demonicum. Eximium hac de re praeceptum est apud Ciceronem de amicitia cap. 19. *Non enim*, inquit, *amicitiarum esse debent, sicut aliarum rerum, satietates. Veterrima quaeque, ut ea vina, quae vetustatem ferunt, esse debent suavissima: verumque illud est, quod dicitur, multos modios salis simul edendos esse, ut amicitiae munus expletum sit, novitates autem, si spem afferunt, ut tanquam in herbis non fallacibus fructus appareat, non sunt illae quidem repudiandae: vetustas tamen suo loco conservanda est.* TOLL.

ead. l. 8. Λαθρηδὰ καὶ πρὸς τὰς λεγομένας) Locus depravatus. GUYET. Λαθρηδὰ καὶ πρὸς τὸ οὖς λεγόμενα καὶ μεστὰ ὑπονοίας ἀκ.) Ita locum hunc fere conclamatum refinxi faustis, ni vehementer divinatio me fallit, avibus. Vide, quid in omnibus nostris libris antea fuerit: οὐ γ. ὁ. ὁ. ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ, καὶ πρὸς τὰς λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας ἀκούοντες. Nullo prorsus sensu. Quid ad id viri docti? quid Tollius? Conatus est quidem emendare, eo usque laudem meritus est; sed friget eius emendatio. Nostra scribentis mentem ipsam iam liquido praestat. Nec ullus iam scrupulus, pauculis tantum literis mutatis, supersest. Quod iam Lucianus dicit, nemo est, qui non a se dictum, aut scriptum hoc in loco credat aut velit, quod certae emendationis signum est. Haec autem cum scriberet Lucianus, ob oculos

hunc Demosthenis l. habuisse videtur, π. στεφ. circa initium p. ed. Wolf. 473: φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει τῶν μὲν λοιδορεῖν καὶ τῶν κατηγορεῖν ἀκούειν ἡδέως, τοῖς ἐπαινοῦσι δ' αὐτοὺς ἀχθεσθαι. Tacit. Hist. I, 1: *Obtrectatio & livor pronis auribus accipiuntur.* SOLAN. Καὶ πρὸς τὰς λεγομένας) Hunc locum esse corruptum, ipsa insignis varietas indicat. *Ald.* 2. sic, ἡδόμεθα πάντες, λαθρηδὰ καὶ πρὸς τὰς λαθρηδὰ λεγομένας καὶ μεστὰς ὑποψίας ἀκοάς. Hanc lectionem exhibet etiam Io. Caselius, qui separatim hunc libellum dedit Helmstadii 1594, 4. Vertit autem anno proximo sic: *Nescio enim, qui fiat, ut omnes clandestinis sermonibus capiamur, & avide arripiamus, quaecunque suspicionum plena ab aliis insusurrantur.* Melanchthon transtulerat: *Nescio enim, qui fit, ut omnes amore sui immodico admiratio furtim rapiat, & suspicionibus illecti.* Benedictus: *Nescio quo pacto gaudemus omnes clanculum, cum plenas suspicione delationes accipimus.* Scilicet certi quid negat contextum Graecae orationis. Varietas illa orta, nisi fallor, ex quo τὸ οὗς vel τ' οὗς adeo obscure scriptum, transiit in τάς. Nempe dedisse puto, vel ita, vel non multo aliter, Lucianum, Οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες λαθρηδὰ καὶ πρὸς τ' οὗς λεγόμενα, καὶ μεστὰ ὑποψίας ἀκούοντες. GESN. Vix mihi tempero, quin Solani emendationem in contextum recipiam; ac miror, cur ad confirmandam suam sententiam non addiderit, idem occurrere supra cap. 2, καὶ παρ' ὅλον τὸ δεῖπνον πρὸς τὸ οὗς αὐτῷ κοινολογούμενον. Cumque Gesnero eadem emendatio in mentem venerit, iste consensus magnum veritatis indicium. Proinde igitur habeat lector, ac si πρὸς τὸ οὗς λεγόμενα καὶ μεστὰ edi curassem, quamquam corruptam lectionem propter nonnullos retinui, quia in tribus verbis aliquid mutandum erat; quod me tamen non moraretur: nam cum τὸ οὗς vel τοῦς semel transisset in τὰς, quid mirum, sequentes librarios etiam genus adiectivorum ad id accommodando corrupisse? REITZ.

ibid. Μεστὰς ὑπ.) Gnome Gr. Ὑπόνοια δεινόν ἐστιν ἀνθρώποις κακόν. *Suspicio grave est hominibus malum.* Vide, quae ad cap. 3. P. Syrus: *Ad tristem partem strenua est suspicio.* TOLL.

ead. l. 9. Ὑποψίας) Recte igitur Seneca in irae devitatione monet, *tollendam ex animo suspicionem & coniecturam, fallacissima irritamenta;* lib. de Ira, cap. 24. Idem lib. III, cap. 30: *Taurum color rubicundus excitat: ad umbram aspis exsurgit: ursos leonesque mappa proritat. Omnia, quae natura fera ac rabida sunt, consternantur ad vana. Idem inquietis & stolidis ingeniis*

evenit; rerum suspicione feriuntur. Ausonius in Epist. ad Paulinum: *Nec quae compositis male suada & credula causis Concinnat verisimilis suspicio culpas.* Ita enim illic legendum: non *male suadae credula causis*, uti partim Graev. vidit, partim nos emendandum iudicamus. *Compositae causae* sunt fictae calumniae. Sic Phaedr. f. 1: *Qui fictis causis innocentes opprimunt.* Hic autem lubens legam: ἢδ. πάντες πρὸς τὰς λαθρηδὰ λεγομένας, καὶ μ. ὑπ. διαβολάς. TOLL.

Pag. 51. *l.* 1. Τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος) Egregie Cicero Verrina II, cap. 15: *Eum, qui palam est adversarius, facile cavendo vitare possis: hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum non modo non existit, verum etiam opprimit, antequam perspicere atque explorare potueris.* Facete Hispani, *Del agua mansa me guarde Dios, que de la brava me guardaré.* Id est, *A flumine leni ac placido me Deus tutum praestet: A torrente facile me ipse tutabor.* TOLL.

ead. l. 8. Ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν) Seneca de Ira lib. II, cap. 29: *Quid est iniquius, quam secreto credere, palam irasci?* TOLL.

ead. l. 9. Προσιέμενος) In omnibus libris nostris hic legebatur antea προαισθόμενος, quo quid absurdius dici potest? Immo vero προσιέμενος, ut cap. 15 & 25. SOLAN. Προαισθόμενος) Si *praesentit*, *praecipit.* Cur adiicitur τέλος; Suspicor, scripsisse Lucianum προσιέμενος, *admittens*, vel si quod verbum eiusdem potestatis propius ad literas verbi προαισθόμενος accedit. GESN. Et hic Solani emendationem recipiendam duco; verum quia & aliud verbum effingi potest, quod satisfaciat, vitiosam lectionem exhibeo, donec Codd. subsidio veniant. REITZ.

ead. l. 11. Τοῖς χείλεσιν ἄκροις) Hoc est, non ex animo. Sic *summis labiis hospitem invitare*, dixit Hieronymus. Noster autem, ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφεῖν, in Apologia; & in Dialog. Meretr. ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχειν. Plura Erasm. in Adagiis. TOLL.

ead. l. 13. Ὡς ὁ ποιητής φησι) Homer. Ὀδυσσ. ρ. Ἐσθλὰ ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον. *Bona praedicantes, mala autem in pectoribus occultabant loquentes.* Et Ὀδυσσ. ϑ, in adult. Martis & Ven. de Vulcano: κακὰ φρεσὶ βυσσοδομεύων. Est & ap. Hesiod. δόλον φρεσὶ βυσσοδομεύων, *dolum mente occulens.* Hesych. βυσσοδομεύει, ἐνθυμεῖται, μηχανᾶται, ἀποκεκρυμμένως βουλεύεται, καὶ ἐκ βάθους. Noster in Philopatride cap. 1: μύχιον δὲ βυσσοδομεύεις, ἄνω καὶ κάτω περιπολῶν, κερδαλεόφρονι ἐοικώς. TOLL.

ibid. Βυσσοδομεύει τὴν ὀργὴν) Namque, ut in Medea Seneca, *Ira, quae tegitur, nocet: Professa perdunt odia vindictae locum.* TOLL. Βυσσοδομεύει) Utitur hoc verbo Hesiodus, ἀ. 3, δόλον φρεσὶ —ων. Utitur etiam Homer. Od. Δ, 676, & alibi. Sed apud neutrum tota occurrit phrasis. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀδικώτερον) Caecilius apud A. Gellium lib. XV, cap. 9: *Nam ii sunt inimici pessimi, fronte hilari, Corde tristi: quos neque ut apprehendas, neque ut mittas, scias.* TOLL.

ibid. Ἐνδακόντα τὸ χεῖλος) More indignantium. Vide Erasm. in Adag. *Mordere labium.* TOLL.

ead. l. 16. Ἕτερα μὲν κεύθοντα) Achillis verba sunt apud Homerum Iliad. I: Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς ἀΐδαο πύλῃσιν, Ὅσ᾽ ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ βάζῃ. *Ille mihi invisus, non secus ac inferni portae, Qui aliud in animo versat, aliud autem loquitur.* Hinc Phocylides: Μηδ᾽ ἕτερον κεύθῃς κραδίῃ νόον, ἀλλ᾽ ἀγορεύων, *Neque aliam occultes in corde sententiam, alia proloquens.* Et tamen, ut P. Syrus ait, *Homo semper in os fert aliud, aliud cogitat.* TOLL. Iliad. I, 312. SOLAN.

Pag. 52. *l.* 1. Καὶ ὑποκινούμενον) Non cepit haec interpres. Repone igitur: *& hilari mimicoque vultu tristia & tragica consilia versat.* Lege autem cum Graevio, ὑποκρινόμενον. Mox lego, κακῶν γέμουσαν. Val. Flaccus: *Fingit placidis fera pectora dictis.* TOLL. Salmuriensis interpolator: *plenam affectibus tragoediam in se commovet.* Quanto rectius & elegantius Philippus Melanchthon: *agitque laeta & comica facie tragoediam meram, & nihil non triste patientem.* Sed tamen περιπαθὴς non est *triste patiens*, sed potius cum de homine loquuntur, est graviter commotus, & affectus. Περιπαθὴς ὢν τοῖς ὀψοις apud Athenaeum lib. I Dipnosoph. est qui obsoniis valde movetur & delectatur, obsoniorum valde avidus. Περιπαθὴς τραγῳδία est Tragoedia acerba in eum, de quo agitur. Ὑποκινεῖσθαι τραγῳδίαν, Graecis est insolens loquendi genus. Sed scribendum sine dubio & mora, ut olim conieceram, & nunc in Ms. meam coniecturam veram esse deprehendi, ὑποκρινόμενον τραγῳδίαν, *tragoediam agendam.* Ὑποκρίνεσθαι est proprium histrionum fabulam agentium in scena, unde ὑποκριτὴς est histrio. In Pseudologista cap. 19: κἀκεῖνα μέμνησθαι ὡς τὸ εἰκὸς, ἃ πρὸς τὸ θέατρον ἐνεαγιεύου, τοῖς ὀρχησταῖς ὑποκρινόμενος, καὶ συνταγματάρχης ἀξιῶν εἶναι. Salmuriensis: *Ea etiam meminerunt, ut est consentaneum, quae in theatro iuvenis agebas, cum saltatoribus respondebas, atque una chori dux esse cupiebas.* Ultima verba non recte vertuntur. Ὑποκρίνεσθαι non est

respondere, sed est hoc loco *secundas agere* seu *facere*. Sic interpretandum, *cum histrionibus secundas faceres, & gregis dux esse cuperes*. Plautus Asin. II, 1: *Iam nunc secundas mihi facis*. Proprie autem *grex* de histrionibus. Petron. *Grex agit in scena mimum, pater ille vocatur, Filius hic, nomen divitis ille tenet.* GREX ROMANUS in antiqua inscriptione de pantomimis. Ὀρχησταὶ autem dicebantur pantomimi, ut *cantores* histriones. Nondum tamen locus est ab omni mendo purgatus. Quid enim γέμουσα *plena Tragoedia?* Cuius rei erat plena? Excidit vocula. Credo Lucianum scripsisse γέμουσαν μίσους, *plenam odii*. Et sic totum locum vertendum, *agentem sub persona laeta & comica Tragoediam valde asperam & plenam odii. Aspera Tragoedia*; ut apud Sueton. in Augusto, *asperrimae literae*: sed *sub persona*, ut apud Mimum Syrum, *Heredis fletus sub persona risus est*. Clarissimus vir Iacob. Tollius coniecit, legendum esse κακῶν γέμουσαν· quod non improbo. GRAEV. Ὑποκρινόμενῳ) Ms. Gr. & *V.* 2. In reliquis prave ὑποκινούμενον. SOLAN. Ὑποκινούμενον — προσώπῳ) Favet Graevio etiam Caseliana lectio ὑποκρινούμενον. Ac de sententia nullum est dubium. Illud non ausim negare, ὑποκινεῖσθαι forte ipsum quoque aptum huic rei verbum, cui tanquam rariori substituerit aliquis alterum solemne. Κινεῖσθαι certe ad saltantes referri, nemo, puto, dubitat. Sic Aristophan. Νεφ. 296, Μέγα γάρ τι θεῶν κινεῖται σμῆνος ἀοιδαῖς, loqui videtur de modulato ingressu & saltatione, id est choro, nubium. Iam ὑποκινεῖσθαι ἱλαρῷ προσώπῳ τραγῳδίαν videtur idem significare, quod κινεῖσθαι ὑπὸ προσώπῳ τραγῳδίαν, motus tragicos edere sub persona ridente. Τραγῳδίαν γέμουσαν simpliciter verti *plenam*, quod probabilis videretur Gronoviana interpretatio, licet quibus argumentis atque exemplis usus est vir doctissimus, de illis non idem per omnia existimem. GESN. Ὑποκρινόμενον recepi, quia verissime respondet κωμικῷ προσώπῳ· nam Comoedorum propria hypocrisis, cuius mentio etiam hoc Dial. frequens. Gesner. vulgatum ὑποκινούμενον verterat, *agere*. Ego *simulare* reposui. REITZ. Etiam ut nunc constituta est lectio, verbum *agere* in versione relinquendum puto, ut proprium in hac re, & τῷ ὑποκρίνεσθαι plane respondens. GESN. *in Add.*

ibid Ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ) Claudianus in 1 Cons. Stiliconis lib. II, v. 34: *Invisos odisse palam; non virus in alto Condere; non laetam speciem praetendere fraudi: Sed certum mentique parem componere vultum.* TOLL.

ead. l. 2. Περιπαθῆ τινα καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν) Cum simpliciter & pari vocum ordine reddidisset Melanchthon, *agitque laeta & comica facie tragoediam meram & nihil non triste patientem;* Benedictus illud nudum γέμουσαν gravatus, *plenam affectibus tragoediam* dedit, abolito modo, quo per copulativam se extendit Lucianus. Id exemplum video placere aliis, qui putant supplendam orationem, ut legatur κακῶν γέμουσαν. Quod omnino nequeo probare, etsi videatur prima fronte blandiri. Nam cum dicit Lucianus καὶ γέμουσαν τραγῳδίαν, simul tacite intelligit *plenam* eorum casuum, qui solent esse proprii tragoediarum. Quod ipsum solent saepe omittere. Sic paulo ante dixit μεστὰς ὑποψίας, non addito, quibus rebus essent repletae. Sic in Symposio, οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον, καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερενεπίμπλαντο καὶ ἐκεκράγεισαν. Utique nec hic speciatim quidquam addit. Quin etiam Polybius libro I de proelio ad Aegates dicit, nunc πρὸς Ἄννωνα ποιήσεται τὸν ἀγῶνα καὶ πρὸς αὐτὰς τὰς ναυτικὰς δυνάμεις καὶ προσέτι γέμοντα τὰ σκάφη, nunc αἱ μὲν γὰρ νῆες γέμουσαι δυσχρήστως διέκειντο πρὸς κίνδυνον. Idem fit apud Graecos in aliis verbis. GRON.

ibid. Πένθους) Sic *Ven.* utraque; in reliquis omnibus omissum, tam Mss. quam impressis. Sed genuina omnino scriptura, ut Συγγρ. c. 31. Epicurus apud Diog. Laërt. p. 301 B. ὁ δίκαιος ἀταραχτότατος· ὁ δὲ ἄδικος πλείστης ταραχῆς γέμων. Bentleius reposuit, & pro γέμουσαν, στένουσαν, aut tale quid, reponit. SOLAN.

ibid. Γέμουσαν) Lege στένουσαν. GUYET.

ead. l. 3. Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν) Verte: *Hoc autem cum illis maxime evenit, cum hic, qui calumniam struit, illi, qui calumnia appetitur, antehac amicus esse visus, eodem modo facit.* TOLL.

ibid. Ἐπειδὰν πάλαι φίλος) Palladas lib. I Anthol. c. 42:

Οὐχ οὕτω βλάπτει μισεῖν ὁ λέγων ἀναφανδὸν,
Ὥσπερ ὁ τὴν καθαρὰν ψευδόμενος φιλίαν.
Τὸν μὲν γὰρ μισοῦντα προειδότες ἐκτρεπόμεσθα.
Τὸν δὲ λέγοντα φιλεῖν οὐ προφυλασσόμεθα.
Ἐχθρὸν ἐγὼ κεῖνον κρίνω βαρὺν, ὅς ποτε λάθρῃ
Τὴν ἀπὸ τῆς φιλίης πίστιν ἔχων ἀδικεῖ.

Non ita nocet, qui odium suum prae se fert,
Atque ille, qui sinceram simulat amicitiam.
Nam inimicum praescientes evitamus.
At ab eo, qui se amicum profitetur, nobis non cavemus.

Illum ego gravem iudico inimicum, qui clanculum
Per amicitiae fidem iniuriam facit. TOLL.

ead. l. 5. Ποιῆται ὁμοίως) Interpretatus sum, quasi legeretur ὅμως, quod placuit etiam Caselio. GESN.

ibid. Τότε γὰρ οὔτε φωνὴν) Seneca de Ira l. I, c. 7: *Commota enim semel & concussa mens ei servit, a quo impellitur.* TOLL.

ead. l. 10. Αὐτός τις ἔνοχος) Sic apud Senecam in Hippolyto v. 720: *Regeramus ipsi crimen, atque ultro impiam Venerem arguamus. scelere vincendum est scelus. Tutissimum est inferre, cum timeas, gradum.* Ita & Antoninus Caracalla, cum Getam fratrem obtruncasset, per totam regiam currens, clamabat μέγαν κίνδυνον ἐκπεφευγέναι, μόλις τε σωθῆναι, *magnum se effugisse periculum, vixque evasisse incolumem*, parricidio immanem superaddens calumniam, ut est apud Herodian. lib. IV, cap. 4. Sic Iugurtha, cum Hiempsalem interfici curasset, & Atherbalem bello invasisset, scelere velabat scelus, mentitus, *Hiempsalem ob saevitiam suam ab Numidis interfectum: Atherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri, quod iniuriam facere nequisset;* teste Sallustio cap. 15 belli Iugurth. TOLL.

in Schol. col. 1. *l.* 6. Οὐ κακῶς) Novum Scholium est; sed ad eadem verba relatum. SOLAN. Καλῶς legend. probe monet Wetstenius. REITZ.

Pag. 53. *l.* 1. Τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν) Themistius Oratione III: φύονται δέ τινες καὶ ἐν ἀνθρώποις ἀλώπεκες, μᾶλλον δὲ ἀνθρώπια σμικρά τε καὶ ἀνελεύθερα, τὰς ἀλώπεκας ὄπισθεν ἑφελκόμενα· οἱ δὲ αὐτῶν οὐκ ἀλώπεκας, ἀλλὰ δράκοντας ἰοῦ χαλεποῦ καὶ ἀτόπου μεστοὺς ὑπέρποντας, καὶ κρυπτομένους εὐνοίας καὶ φιλανθρωπίας παραπετάσμασιν, οὓς ἀπελαύνειν χρεὼν καὶ ἀποσοβεῖν πορρωτάτω. *Existunt autem etiam inter homines vulpeculae quaedam, sive homunciones potius exigui & illiberales, pone vulpes secum attrahentes: alii vero non vulpes, sed serpentes difficilis & horribilis veneni plenos, arrepentes, & benevolentiae & humanitatis involucris obtectos, quos longissime abigendi & expellendi sunt.* Ita apud Synesium Typhonis uxor ad uxorem praefecti peregrinae militiae ventitans, & per calumniam Osiridi necem struens, eorum fese fingit misereri, quibus cum liberis & uxoribus certa immineret ab Osiride pernicies: καὶ ἅμα ἐδάκρυσεν ἂν ὑπογενειάζουσα τὰ παιδάρια, εὔνοιαν οἴκτῳ προσποιουμένη, *simulque eius complexa tenellos liberos lacrimari coepit, benevolentiam hac commiseratione assimulans.* TOLL.

ead. l. 2. Ἐπὶ τῷ ἐκείνων συμφέροντι) Cicero lib. I de Offic. cap. 13: *Totius autem iniustitiae nulla capitalior est, quam eorum, qui tum, cum maxime fallunt, id agunt, ut viri boni esse videantur.* Origines lib. VI contra Celsum: Τότε μάλιστα τὸ φαῦλον ἐν τῇ χύσει τῆς κακίας, καὶ τῇ ἀκρότητι αὐτῆς εἶναι χαρακτηρίζεται, ὅτε ὑποκρίνεται τὸ κρεῖττον. *Tum maxime nequitia ad cumulum & culmen improbitatis pervenisse notatur, cum speciem sibi virtutis induit.* P. Syrus: *Malus bonum ubi se simulat, tunc est pessimus.* TOLL.

ead. l. 6. Οὐδ' ἔτι) In omnibus antea οὐδέ τι, corrupte. Statim etiam ex Ms. Ox. ordinem vulgatum impressorum mutavimus, in quibus prave legebatur τολμῶσι προσβλέπειν. SOLAN.

ead. l. 11. Τεθναίης) Homer. Il. Z, 164. SOLAN.

ead. l. 13. Ἔθελε) Corrige ἔθελεν. GUYET. Necessario, ideoque vel sine auctoritate alia parui. REITZ. Ἔθελεν apud Homerum legitur, melius, quam ut in libris nostris est, ἔθελε. SOLAN.

ead. l. 14. Αὐτὴ προτέρα ἐπιχειρ.) Nota Hippodamiae & Myrtili fabula; notissima Faustae & Crispi Caesaris; minus celebris illa Damasippes & Hebri apud Plutarchum de flumin. Est & aliud novercae privignum in amore immorigerum ad patrem deferentis exemplum apud Heliodorum in Aethiopicis, ut & apud Apuleium lib. X Milesiacor. Plura exempla Muretus congessit cap. 12, lib. I Var. Lect. TOLL.

ead. l. 16. Ἐπιτίμιον) Conf. Μισθ. cap. 4. Ὀρχ. cap. 4. Et Τοξ. cap. 10 f. SOLAN.

ead. l. 17. Μάχλου) Thomas Magister μάχλης in suo Codice videtur legisse. Sic iterum usurpat Noster Ὀν. cap. 4. SOLAN. Pro vulgato facit, quod & supra, Asin. cap. 4, habuimus μάγος γάρ ἐστι δεινὴ καὶ μάχλος· quare & hic nihil mutaverim. REITZ.

Pag. 54. *l.* 3. Οὐδὲν ἀνόσιον εἰργασμένον) Unde ipsa Phaedra apud Senecam:

— *Falsa memoravi; & nefas,*
Quod ipsa demens pectore insano hauseram,
Mentita finxi. Vana punisti, pater:
Iuvenisque castus crimine incestae iacet,
Pudicus, insons. TOLL.

ead. l. 8. Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος) Unde hoc Lucianus acceperit, nescio. Plutarchus certe, in Aristidis vita, negat ab eo Themistoclem vel dicto, vel facto laesum. TOLL.

ead. l. 9. Ἧς φασιν ἐκεῖνος πολιτικῆς φιλοτιμίας) Ἧς φασιν ἐκεῖνος εἶχε πολιτικῆς φιλοτιμίας. MARCIL. Vertendum fuerat: *eiusdem, cuius ille, ut ferunt, popularis gloriae cupidus:* vel *eadem, qua ille, ut aiunt, ambitione populari flagrans.* TOLL. Post inventum φησιν, quod iam ad ἐκεῖνος referendum, commate, quod ante & post φασιν in plerisque erat, sublato, nihil opus est Marciliana τοῦ εἶχε inversione. *Aldina* & *H.* uno tenore ἧς φασιν ἐκεῖνος π. φ. ὑ. quo facilius medicinam admittunt. REITZ.

ibid. Ἧς φασιν ἐκεῖνος &c.) An sic leg. videtur: Ὡς φασιν, ὑπὸ πολ. φιλ. κεκινισμένος. Vel sic: πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑπο κεκινισμένος. Sic Electr. 1, ἠλέκτρου πέρι. GUYET. (Sed dein vidit, vulgatam sanam esse, addens: πολιτικῆς φιλοτιμίας ὑποκεκινισμένος. Sic infra: τὴν δὲ νῦν ἠρέμα διολισθαίνουσιν τῶν καμάτων. Plura adderem, si spatium daretur. REITZ.) Φησιν ἐκεῖνος) Legebatur antea φασιν, ἐκεῖνος in impr. & Ms. Ox. sed verba haec, cum Luciani non sint, sed scriptoris Anonymi, ita rescribendum fuit. De horum autem inimicitia Polyaen. Strat. I, p. 45. SOLAN.

ead. l. 11. Ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους) *Ad alios comparatus.* TOLL.

ead. l. 12. Χολᾶν εἶχε) An χολὴν εἶχε; GUYET.

ead. l. 13. Εἴγε ἀληθῆς ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους λόγος) In dubium etiam vocat Strabo VIII, pag. 368 D. quia de eo silet Homerus: cui obiectioni quid respondeatur, apud Philostratum, docebit te Casaubonus in nota; nempe factum id ab Homero, ut honori Ulyssis, cuius fraude perierat Palamedes, consuleretur. SOLAN.

ead. l. 14. Ὁ συνετώτατος) Qui tamen ἴσκε ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια, *noverat mendacia multa dicere veris similia*, ut ait poëta. Fecit autem has insidias Palamedi, adiuvante Diomede. Dictys Cretensis lib. II: *Per idem tempus Diomedes & Ulysses consilium de interficiendo Palamede ineunt, more ingenii humani, quod imbecillum adversum dolores animi, & invidiae plenum, anteiri se a meliore haud facile patitur.* Apuleius lib. X Milesf. *Vel cum falsis insimulationibus eruditione doctrinaque praepollens Palamedes proditionis damnatur.* TOLL. Ulysses. Historiam hanc tangit etiam Polyaen. in Prooem. L. I. SOLAN.

Pag. 55. *l.* 1. Ὁμαίμου) Quomodo consanguinei Palamedes & Ulysses, alii doceant: ego ignoro. SOLAN.

ibid. Ἐπὶ τὸν αὐτὸν κίνδυνον) *In eandem expeditionem profecto;* vel, *eiusdem expeditionis ac periculorum socio.* TOLL.

ead. l. 2. Ἔμφυτον — ἡ ἁμαρτία) Ita ex Polyb. τὴν ἔμφυτον

ἀδικίαν, ut ex Alciphr. τὴν ἔμφυτον ἁμαρτίαν, affert I. Elsn. ad Ep. Divi Iacobi I, 21, ubi τὸν ἔμφυτον λόγον pluribus illustrat, non omisso etiam hoc Luciani testimonio. REITZ.

ead. l. 4. Ἀδίκως) Neglexit vertere interpres: *immerito, iniuria.* TOLL.

ead. l. 5. Ὡς ἀσεβῆ) Quod per hircum, canem, gallum, quercum iuraret. Sed nota satis haec sunt, nec indigent explanatore. At, ficubi poenitentia locum habuit, ficubi sera licet in irae locum successit, in huius sanctissimi viri damnatione se totam ostendit. Non enim haec tantum rescissa est, sed & illius damnati sunt ab Athenienſibus accusatores, ipsiusque imago aurea in templo collocata. Vide, quae Plutarchus in libello de odio & invidia, nec non Tertullianus in Apologetico. TOLL.

ibid. Ἐπίβουλον) Hoc vult, accusatum esse *corruptae ab eo iuventutis.* SOLAN.

ead. l. 9. Τί οὖν χρῆναι ποιεῖν) Legendum puto χρῆν, quod etiam dedit Caselius, & interpretes. GESN. Adscripserat vir doct. χρῆν legendum; (forſ. pro ἐχρῆν) Guyetus vero χρὴ apposuit legendum, non male. Ego tamen nihil mutem: nam alterum horum infinitivorum pendere queat a praemisso τις λέγοι. Ni malis χρὴ καὶ ποιεῖν. Vid. Nav. c. 1. REITZ.

ead. l. 10. Ἀμφισβητοῦντα) Corruptum hunc locum censeo. Mihi certe, quid velit, non liquet. SOLAN.

ibid. Ὅμηρος — περὶ Σειρήνων) Odyss. M. SOLAN.

ead. l. 13. Ἀποφράττειν τὰ ὦτα) Themistius Orat. III: Ἀποτειχιστέον οὖν αὐτὴν, καὶ ἀποκρουστέον τῇ ἀπιστίᾳ, ἰσχυρὸν ἐν ταῖς ἀκοαῖς οἰκοδομησαμένους τὸ φυλακτήριον· ὥστε πόρρωθεν αὐτῆς ἀφεστάναι τὰς ἐπιβουλάς. καὶ μάλιστα μὲν ἀποκλείειν προσιοῦσαν, καὶ ἀπωθεῖσθαι· εἰ δ' οὖν σε λάθῃ παρεισδῦσα, μήτοι καταπρύπτειν εἰσδεξάμενον, μηδὲ ἐντὸς ἔχειν ἐργαζόμενον, (lego, ἐπηλυγαζόμενον) ἀλλ' εἰς φανερὸν προάγειν, καὶ διελέγχειν· ὄψει γὰρ ἰλιγγιῶσαν εὐθέως, καὶ λυγιζομένην, καὶ βατταρίζουσαν, καὶ οὐκ ἔχουσαν, ὅ, τι χρήσεται. καὶ εἰ τοῦτο ὑπομείνειεν ἅπαξ, οὐ μήποτε ἐνοχλήσει λοιπὸν, ἀλλ' οὐδ' ἂν ἀποπειράσειεν, οὐδ' ἂν προσέλθοι πλησίον· ὅσοι δ' αὐτῇ τῶν ἀνοήτων ἥσθησάν τι προσιούσῃ, καὶ τὸ θυρίον εὐμενῶς ἀνέπτασαν, οὗτοι δὲ ἥκιστα ἀπολαύουσι τῆς φιλανθρωπίας· ἐξίστανται γὰρ ὑπ' αὐτῆς, καὶ οὐδὲν διαφέρουσι τῶν μεμηνότων &c. *Obstruendus igitur illi est, atque incredulitate prohibendus aditus, valida in auribus nostris arce constructa, ut procul illius impetus arceantur. Atque ut maxime in ipso accessu*

reiicienda ac propulsanda sit, tamen si forte clam in interiora penetraverit, cave illam exceptam occulas, aut intra aedes tuas admittere procures, sed in apertum illico profer, ac redargue. Videbis enim illam subita vertigine correptam, ac tergiversantem, & verbis haesitantem, ac prorsus attonitam. Quod si semel perpessa fuerit, in posterum molesta esse desinet, sed ne tentabit quidem, nec propius accedet. Quicunque vero accedente illa stolidi atque inepti homines gaudent, benigneque suis illi fores aperiunt, fructum humanitatis suae minime ferunt. De potestate enim ab ea deiiciuntur, ut nihil ab furiosis dissideant &c. P. Syrus in mimis: *Difficilem oportet aurem habere ad crimina.* Nilus Episc. in Admonitionibus: Ἀσφαλίζου τὴν ἀκοὴν, καὶ τοὺς ὀφθαλμούς· δι' αὐτῶν γὰρ πάντα τὰ βέλη κακίας εἰσέρχεται, *muni auditum & oculos: per ipsa enim omnia tela malitiae ingrediuntur.* TOLL.

ead. l. 15. Τὰ μὲν ἄξια προσίεσθαι) Photius Epist. 1, sectione λη'· ἔχε τὰ ὦτα τοῖς μὲν ἀδικουμένοις ἠνεῳγμένα, πρὸς δὲ τὰς τῶν ἀδικούντων ἐπαγωγὰς καὶ πιθανολογίας ἀποκεκλεισμένα. *Aures praebe patulas iniuria affectis; clausas contra ad afficientium iniuria lenocinia, & probabiles inductiones.* TOLL.

Pag. 56. *l.* 1. Παραβάλλεσθαι) Leg. περιβάλλεσθαι, i. e. *amplecti, colligere.* Πλοῦτον περιβάλλεσθαι, Polybius. GUYET.

ead. l. 2. Καὶ γὰρ ἂν εἴη γελοῖον, τῆς μὲν οἰκίας θυρωροὺς καθιστάναι &c.) Simillima legas apud Isocratem ad Demonic. pag. 34: ἄτοπον τὴν μὲν οὐσίαν ἐν ταῖς οἰκίαις ἀποκρύπτειν, τὴν δὲ διάνοιαν φανερὰν ἔχοντα περιπατεῖν· ubi leg. περιπάτειν, Attice, pro περιπάσσειν. Haec cl. Bel. de Ball.

ead. l. 5. Αὐτὸ ἐφ' αὑτοῦ) Interpres, *rem ipsam apud te.* Malim: *rem ipsam per se expendas.* TOLL.

ibid. Χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν) Phaedrus fab. XI, lib. III:

Quod si damnanda perscrutatus crimina
Paterfamilias esset; si mendacium
Subtiliter limasset a radicibus;
Non evertisset scelere funesto domum.
Ergo exploranda veritas multum prius,
Quam stulta prave iudicet sententia.

Et mox:

Nil spernat auris, nec tamen credat statim.
Quandoquidem & illi peccant, quos minime putes,
Et, qui non peccant, impugnantur fraudibus.
Hoc admonere simplices etiam potest,
Opinione alterius ne quid ponderent.
Ambitio namque dissidens mortalium

Aut gratiae subscribit, aut odio suo.
Erit ille notus, quem per te cognoveris.

Sic Aratus senior Philippum regem Maced. monet, *μηδενὶ τῶν λεγομένων ὀξέως μηδ' ἀκρίτως μηδέποτε πιστεύειν. ὅταν δὲ κατὰ τινὸς τῶν φίλων καὶ συμμάχων προσπέσῃ τις αὐτῷ λόγος, τὸν ἀκριβέστερον ἔλεγχον ποιεισθαι, πρὶν ἢ δέξασθαι τὴν διαβολήν. καὶ γὰρ βασιλικὸν εἶναι τὸ τοιοῦτο, καὶ πρὸς πᾶν συμφέρον. Ne quidquam temere, aut inconsiderate eorum, quae audiverit, credat: tum vero quoties aut amici, aut socii accusatio aliqua delata fuerit, diligentissime ut omnia prius inquirat, quam accusationi fidem habeat. Nam & regium hoc esse, & ad omnia conducibile.* Polybius lib. IV. Iustinus Martyr Paraenet. 1 ad Graecos: *Ἡ γὰρ τῶν χρημάτων ἀκριβὴς ἐξέτασις, καὶ τὰ δόξαντα καλῶς ἔχειν πολλάκις ἀλλοιότερα δείκνυσιν, ἀκριβεστέρᾳ πείρᾳ τἀληθὲς βασανίσασα, accurata namque rerum inquisitio etiam ea, quae antea bene se habere videbantur, saepe aliter affecta esse ostendit, accuratiore experimento veritate indagata, exploratagque.* TOLL.

ead. l. 11. Τὸν φθόνον) An λόγον; i. e. *dicendi facultatem.* GUYET.

ead. l. 14. Κεκινημένον) Forte κεκινημένον εἶναι. Sic interpres legisse videtur. GUYET.

Pag. 57. *l.* 1. Ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφημεν) Haec omissa sunt ab interprete. Id est, *ut in initio diximus.* TOLL.

ead. l. 4. Ὡς ἂν πεφωτισμένων) Menti namque, (ut ait Cicero lib. II Acad. Qu. c. 10) *nihil est veritatis luce dulcius.* TOLL.

IN PSEUDOLOGISTAM.

Pag. 58, *l.* 1. ΨΕΥΔΟΛ. &c.) Scriptus in Polyeuctum Sophistam. L. Suidas in ἡνίοχος, & in Πολύευκτος. MARCIL. Quod titulo adiicit liber Vossianus verba κατὰ Τιμάρχου, non est temere. Respiciit enim illa c. 27, Ἀθηναῖοι γράμματος ἑνὸς προσθήκῃ τιμήσαντές σε Ἀτίμαρχον ὠνόμαζον, ubi vid. not. Sed quod Marcilius Polyeuctum esse, qui hic laceratur, pronuntiat, in eo fefellit eum attentio. Polyeuctum aliquem suae aetatis hominem, (καθ' ὑμᾶς) ἀποφράδα, Luciani forte exemplo, ibi Suidas appellat. Neque video, quid impediat, quo minus intelligatur ille Polyeuctus, qui Constantinopolitanus Patriarcha fuit ab A. C. 956 ad 970. Accuratissime sane cum aetate Suidae a Kustero constituta conve-

nit. Interim Marcilius in errorem etiam, parvum illum quidem, & ingentibus meritis redemtum, induxit Fabricium B. Gr. Vol. IX p. 773; qui etiam p. 709, eadem forte ratione impulsus, negat credibile esse, Polyeuctum Suidae esse Constantinopolitanum illum Patriarcham. GESN.

ead. l. 2. KATA TIM.) Haec verba in solis *Venetis* exstant, nisi quod Scholia etiam agnoscunt; v. cap. 27. Marcilius de alio cogitavit, in quem haec tam acerba quadrarent. SOLAN. KATA TIM.) Nolui omittere, licet in omnibus fere absit, suspicioque sit, editorem Iuntinae id adiecisse ex c. 27, ubi ipse significat, in quem haec direxerit; quod etiam animadverterat La Croze, notae Marcilianae adscribens: Immo in Timarchum, ut ipse infra p. 446 ed. Graev. REITZ.

ead. l. 3. Ἀποφράδα) Apophradis vocabulum in usu esse probat. Heniochus enim Comicus fabulam conscripsit, cui titulus est ἀποφρὰς, i. e. dies inauspicatus. Olim vocabantur inauspicati, quibus publica non licebat agere. Ἄνθρωπος ἀποφρὰς καὶ βλέπων ἀπιστίαν. COGN.

ead. l. 5. Ἐπ' αὐτῷ) Glossema videtur. GUYET. Sententia manifesta. Sed aliine etiam ita, pro ἐπ' αὐτῷ ὅτι εἶπον; GESN.

ead. l. 6. Τῶν γὰρ τρόπων) Lege τὸν γὰρ τρόπον. GUYET. Τὸν γὰρ τρόπον recte W. *Fl.* & *B.* 2. In reliquis prave legebatur τῶν γὰρ τρόπων. SOLAN. Aut legendum videtur τὸν τρόπον σου, aut τῶν τρόπων (ἕνεκα) σε κ. τ. λ. Certe accusativus, ad εἰκάσας qui referatur, requiritur. GESN.

ead. l. 8. Βούλεται εἶναι) De hac phrasi cum Belgicismo conveniente, frater G. O. Reitz. in Belg. Graecis. agens pag. 447, Nostrum allegat in Prometh. c. 2, dicentem, καὶ εἴγε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεύς. Sed vid. ibi notam Hemst. ac rursus fratrem eundem in Θέλω, p. 484, plura afferentem; addo tantum Herodot. Eut. p. m. 105, τόδε ἔπος τοῦτο ἐθέλει λέγειν. REITZ.

ead. l. 10. Τέττιγα) Proverb. BOURD.

Pag. 59. *l.* 3. Περιπετεῖς) Iambl. N°. 184, νοσοκομήσων τε αὐτὸν περιπετῆ γενόμενον τῷ ἱστορουμένῳ τῆς φθειριάσεως πάθει· & iterum n. 252. Vid. Suid. Πολυεύκτης ἡνίοχος & Τίμαρχος, & Athen. SOLAN.

ibid. Χολῇ) Ita W. Ms. Hipponactis χωλοὶ ἴαμβοι ab antiquis memorantur; unde subierat fortasse hic a Luciano nominatos; at nunc Luciani acumine res indigna videtur. In omnibus impressis prave ante hoc scriptum est σχολῇ. SOLAN.

ead. l. 8. Γεγωνότερον) Conf. supra Gall. c. 1. REITZ.

ead. l. 11. Ταῦτά σοι) An ταὐτά; GUYET. Bene; & quia tam levis est mutatio, sic edi curavi. REITZ.

ead. l. 13. Πόθεν;) Forsan πόθεν γὰρ quaesivit Solan. Nec adeo immerito. Vid. de hac formula Bergl. ad Alciphr. I, Ep. 23, p. 92. Et Hemsterh. Tim. § 2 & 8. Nihil hic tamen adderem: nam & sic infra c. 29, πόθεν; τίς οὕτως ἐν λόγοις μεγαλότολμος; REITZ.

ibid. Πολλοῦ γε καὶ δέω) Huius phraseos exempla compluria affert I. Taylor in nota 2 ad Lysiae Orat. adverſ. delationem, pag. 405, & recte quidem exponit, eam significare, *longe absum*; veluti contra, ὀλίγου δὲ δέω λέγειν, *parum abest, quin dicam.* Verum frustra mihi videtur haerere in verbis Lysiae, quibus is orationem orditur, dicens: Πολλοῦ δέω χάριν ἔχειν, ὦ βουλή, τῷ κατηγόρῳ. Quae verba certe ibi significare debent, *plurimas gratias debeo accusatori*; (quod scilicet diu optatam occasionem praebuerit, meae vitae rationes exponendi) ut bene vidit ipse: quando autem addit, *sed profecto* πολλοῦ δέω & δεῖν *tam est huic sententiae adversum, quam quod maxime,* videtur non attendisse eodem redire, si negative ad Graeca reddideris, *non satis possum gratias habere adversario*; quo facto, nihil contrarii video. Nam qui profitetur, se multum abesse, non necessario dicit, se alienum esse ab illa re agenda, vel se nolle facere, verum, se *imparem*, sive, *non sufficientem* declarat: adeoque cum se nunquam sufficientes gratias habere posse adversario declarat, eo ipso fatetur, se maximas ei debere. REITZ.

ead. l. 16. Σιμωνίδην) A Ceïo hic diversus. SOLAN.

ibid. Ἱππώνακτα) Hic in pictorem quendam tam atrociter scripserat, ut suspendio vitam finiverit. SOLAN.

Pag. 60. *l.* 2. Ὀροδοικίδην) Horat. Epod. VI: *Qualis Lycambae spretus infido gener, Aut acer hostis Bupalo.* Ubi quod de Bupalo habet, ad Hipponactem pertinet, cuius in eum iambos nominat Tzetzes, non ad hunc. Vid. etiam Orig. c. Celf. 74 f. (ubi in margine perperam legitur Λυκάμβαντα, laudato etiam Luciano.) H. Steph. Lyr. 144 C. & Marm. Ox. 209. In W. scribitur Ὀροδοκίδην. In *Fl.* Ὀροκίδην. SOLAN.

ead. l. 3. Τοὺς ἐκείνων ἰάμβους) Iamborum illorum causam, i. e. qui malitia sua iambos illorum provocarunt. Τὸ ὑποκείμενον, obiectum. GUYET.

ead. l. 5. Σκυθῶν) Ridicule: lege σκυτέων. Vult enim dicere Lucianus, Pseudologistam ignorare etiam ea, quae vel vilissimi opifices sciant; quod clare patet ex cap. seq. KUSTER.

ead. l. 7. Τὰ ἐν ποσὶν) Eadem phrasis supra in Quom. Hist. cap. 2. Et Nigr. c. 7. Item apud Long. Past. I, p. 14, & II, pag. 64. REITZ.

ead. l. 8. Οἰκοθεν) Populares ergo erant. Vid. not. ad cap. 10. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐκείνοις) Rebus turpibus. GUYET.

ead. l. 14. Οὐ μᾶλλον ἢ κάνθαρος) Impurum animal, & turpitudinis, quam inimico obiicit Lucianus, symbolum. Arist. Hist. anim. V, 19: Οἱ κάνθαροι ἢν κυλίουσι κόπρον, ἐν ταύτῃ φωλεύουσί τε τὸν χειμῶνα, καὶ ἐντίκτουσι σκώληκας, ἐξ ὧν γίνονται κάνθαροι. Disertius etiam Aelian. Hist. Anim. X, 15: Ὁ κάνθαρος αθηλυ ζῶόν ἐστι. σπείρει δὲ εἰς τὴν σφαῖραν, ἣν κυλίει. ὀκτὼ δὲ καὶ εἴκοσι ἡμερῶν τοῦτο δράσας, καὶ θάλψας αὐτὴν, εἶτα μένει τῇ ἐπὶ ταύταις, προάγει τὸν νεοττόν. Quo loco recte utuntur viri docti ad interpretandum illud Ausonii Epigr. 70, 7, *Perversae Veneris* &c. per μετεμψύχωσιν.

Non taurus, non mulus erit, non hippocamelus,
Non caper, aut aries, sed scarabaeus erit. GESN.

Pag. 61. *l.* 2. Οὐχ οὕτως ἀσφαλὴς) Οὕτως ἀσφαλὴς, deleta negatione. MARCIL. Ἀσαφὴς omnino legendum videtur. Supra pluribus locis idem error sublatus. GUYET. Ἀσαφὴς) Menagii emendationem in textum recepi. Ms. tamen cum impress. omnibus ἀσφαλής. SOLAN. Ἀσφαλὴς) Ἀσαφὴς memini iubere legere Guyetum, dum ad Iov. Trag. c. 28, ἀσφαλῶς ἀπορρίπτων similiter in ἀσαφῶς mutaret. Solan. quoque ἀσαφὴς praefert, me hic non refragante, sed sine auctoritate nihil mutante. REITZ.

ead. l. 3. Τὴν λεοντῆν) Conf. supra Ἀναβ. c. 32. SOLAN.

ead. l. 5. Κυμαῖος) I. e. ἐκ Κύμης τῆς Αἰολίδος. Vid. Erasm. in proverb. *Sero sapiunt Cumani.* GUYET. Vid. Ἀναβ. cap. 32, & Δραπ. cap. 13. In Aesopi, quae hodie circumferuntur, fabulis, Cumarum nulla mentio. Vid. Delect. fab. 123, & 157. SOLAN.

ead. l. 8. Πρὸς ἐμοῦ) Quos nunc exstantes libellos innuat, primo quidem ambigebam. Nunc ad *Rhetorem* suum respicere video. Sophistes enim hic audit cap. 5 & 8. *Celebris Sophista* cap. 9. *Rhetor & Sophista* c. 19. SOLAN. Ms. Reg. 2954. πρὸ ἐμοῦ, quam lectionem in interpretando secutus est cl. Bel. de Ball.

ead. l. 10. Ἀριφράδην) Impurus hic, teste Aristophane in Equit. & Lesbiorum morbo, quem adinvenisse videtur, infamis. V. p. 359. SOLAN.

ead. l. 11. Μίσθωνα) Vid. not. ad Ovid. Trist. II, 417, & Ἀπαιδ. c. 23. SOLAN.

ibid. Βάσταν) De hoc nihil invenio. Vide, an non potius legendum sit Βάσσον, de quo ad Ἀπαιδ. c. 23. SOLAN. Βάσταν ignotum ait Solan. Sed vid. Hesych. Βάσταν ὁ Χῖος, quod monuit Wesseling. REITZ.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Ἀριστοφάνης) Conf. Aristoph. Equit. v. 1278, unde haec sumta; & reliqua omnia emendanda a versu Aristoph. l. d. 1281 — 1287. REITZ.

Pag. 62. *l.* 1. Προλόγων εἷς ὁ Ἔλεγχος) Sine dubio est, hic non indicari Comoediae nomen, non laudari versus ipsius Menandri, recte (quantum ad causam, demta verborum asperitate) eo nomine reprehensum Io. Clericum a Philel. Lipsi. ad Menandri reliqu. hoc tit. Porro Elenchi, h. e. *convictionis*, personam iam adhibuit Noster in fine Piscatoris c. 48. GESN.

ibid. Ἔλεγχος) Μενάνδρου πρόλογος. GUYET. Hinc in nupera fragmentorum Menandreorum editione p. 58, fragmentum hoc concinnatum est: Ἔλεγχος γὰρ θεὸς Τῇ παῤῥησίᾳ, τῇ τ' Ἀληθείᾳ φίλος· totique fabulae, si Diis placet, nomen ΈΛΕΓΧΟΣ inditum. Parum feliciter utrumque, ut ab illius editionis censore Anonymo iam observatum est pag. 26; sed ante Clericum, Menagius, ut in not. edit. Amstel. videre est, senarium esse pronuntiarat, φίλος Ἀληθείᾳ καὶ παῤῥησίᾳ θεός. SOLAN.

ead. l. 2. Φίλος ἀληθείᾳ καὶ παῤῥ. θεὸς) Senarius. GUYET.

ead. l. 10. Ἀνίπτοις ποσὶ) Habuimus supra Dem. cap. 4. Et Rhet. Praec. c. 14. REITZ.

ead. l. 15. Ἐκποδὼν) Cf. sup. pro Imag. c. postremo. REITZ.

Pag. 63. *l.* 2. Αἰτιάσασθαί σε) Sic libri omnes impressi & Ms. M. ideo autem repetit, ne de se intelligatur dictum. SOLAN. Obscuriusculum facit locum actio comica. *Nemo te, Elenche, accusabit veritatis & libertatis causa*, h. e. nemo meam narrationem, qua in pudorem dare inimicum, & turpitudinis convincere studebo, ut parum veram, vel ut parum liberam accusabit. Ita, quae sequuntur, intelligenda: *non laudabis me, Elenche*, h. e. non admiscebo ego quidquam meae laudis. Ut res ipsa lectori festinanti fieret manifestior, ipsam Elenchi prosopopoeian Prologi instar argumentum & occasionem dramatis, ut ille apud Menandrum, narrantis, alio genere typorum curamus in Latina interpretatione exprimi. GESN.

ead. l. 3. Πρὸς αὐτοὺς) Scil. τοὺς ἀκούοντας. GUYET.

ead. l. 7. Λόγον τινὰ — ἐπιδειξόμενος τοῖς παυηγ.) Mos ea

aetate frequens, cuius originem apud Nostrum in Herodot. habes, c. 1. Philostratus passim meminit in vitis Sophistarum & Apoll. vita. SOLAN.

ead. l. 13. Τὸν Αἰσώπου κολοιὸν) Confer Ἀπολ. μισθ. cap. 4. SOLAN.

ead. l. 15. Ἔωλα) I. e. *vetera, meditata.* GUYET. Conf. supra Bis Accus. c. 25, μὴ ἔωλον εἶναι τὴν κρίσιν. Et Schol. ib. ἐώλους ἄρτους exponentem χθεσινούς. REITZ.

Pag. 64. *l.* 2. Αἰτήσῃ τινὰς ὑποθέσεις) Sicut ille apud Plinium Ep. II, 3, 1, *Isaeus*, qui & ipse *poscebat controversias plures, electionem auditoribus permittebat. Poscebat*, inquam, non *ponebat*; quam sententiam nostram contra illustrem Cuperum nuper ibi defensam, mirifice confirmat hic locus, de quo in mentem tum nobis non veniebat. Nempe poscebant Sophistae plures controversias aut ὑποθέσεις, argumenta declamationum; & inter illas deinde optionem quoque auditoribus permittebant. Quidam forte bona fide. Hic noster quidem fraude usus, quae hic describitur. GESN.

ead. l. 4. Καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τῶν ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκεῖνον λόγον) Cum nihil haberet τῶν, quo referretur, omnino censebam scribendum τὸν, λόγον nimirum, quod perspicuum est. Sed non dissimulanda est scriptura Florentinae editionis, καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τῶν ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκείνου λόγων. In quibus verbis profecto nihil est, quod non probes; & ἐκείνου potest ἐμφάσεως causa esse additum, quemadmodum notum est, hanc vocem de magnis & admiratione dignis viris sic adhiberi. Sed si locum ipsum, & praecedentia praesertim, inspicias, forte vulgatiorem scripturam, pro τῶν lecto τὸν, praeferas, cum ἐκεῖνον λόγον sic necessario videatur debuisse dici, quandoquidem spectat singularem quandam de Pythagora historiam, cuius mentio supra fuerat facta. IENS.

ibid. Τὸν) Ed. *Fl.* τῶν ἐκείνου λόγων. Reliquae τὸν — ἐκεῖνον λόγον. Si *Fl.* sequaris, ἐκείνου non Pythagoram, sed stolidum illum oratorem notabit. Sed magis placet W. in quo τὸν — ἐκεῖνον λόγον. SOLAN.

ead. l. 6. Ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει) Ita egit hic Sophista, ut actio ipsa fidem sibi derogaret extemporalitatis: quod diversis modis accidere posse constat. V. g. recitabat, ut adolescentuli, cum pensa reddunt: aberat ille aestus, illa sollicitudo, illa vicissim quarundam rerum incuria, extemporalis orationis comites: plena omnia testimoniis, argutiis, sententio-

ris &c. Porro illud *connectere*, quo reddidimus τὸ συνείρειν, debemus Quintilian. X, 3, 20. GESN.

ead. l. 7. Ὅτι μάλιστα) Forsan μεγίστη. GUYET. Non reprehendo. Sed nec vulgatum damnare ausim: nam licet ὅτι sic per pleonasmum amet adiectivis addi, ut ὅτι πλεῖστος χρυσὸς Aesop. fab. 128; ὅτι μεγίστη φωνὴ apud Nostr. c. 6 & 15, ubi nos vide; & Thucyd. VII, c. 69, ὅπως ὅτι μεγίστη ὠφέλεια γένοιτο· tamen & adverbia saepe pro adiectivis poni, non solum in tritissimis illis locutionibus ὁ πάλαι λόγος, ἡ πρὶν ἀστοχία, sed & in aliis, satis iam saepe indicatum. Ὅτι μάλιστα quoque coniungi, notum arbitror, ut supra c. 1, & ap. Thucyd. V, c. 36, ὅτι μάλιστα una voce exaratur. Et ibid. c. 46, ὅτι τάχιστα εὕρημα εἶναι διακινδυνεῦσαι. Quae tamen non ita similia fateor, ut nihil regeri possit. REITZ.

ibid. Ἡ ἀναισχυντία οὖσα) Locus mihi, & Kustero suspectus. SOLAN. Nisi aliud quid hic desit, v. g. nomen παράκλητος, συνήγορος, vel tale quiddam; certe excidisse puto syllabam, s. praepositionem participio praemissam, legendumque παροῦσα, atque ita interpretatus sum. GESN. Etsi Gesn. non male παροῦσα coniicit, & ego quoque vellem in aliquo libro sic invenire, nondum tamen vulgatum muto; quia potest pleonasmus esse, ut supra de Calum. c. 16, ubi τὸ ὂν etiam abundare vidimus. Adde εἶναι abundans ap. Alciphr. Ep. I, p. 1, χρηστὴν ἡμῖν ἡ θάλασσα τὸ τήμερον εἶναι τὴν γαλήνην ἐστόρεσεν· ubi Bergl. plura similia. Addo etiam Long. Past. I, p. 18, δῶρον εἶναι δίδωσι. Nostrumque infra hoc Dial. c. 25, σοφιστὴν εἶναι δοκεῖν ἐποίησα. Omitto, quae satis multa de hoc pleonasmo notata servo. Sufficient, si addas duo illa, quae Hemst. T. I, Iud. Voc. p. 321, dedit, ubi Noster, ὁ δὲ σταυρὸς εἶναι ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη. Sed si haec non esse prorsus similia huic οὖσα dixeris, superius ὂν tamen in Calumn. vel eod. modo abundabat, vel videndum, an τὸ οὖσα, hic non efficax plane sit, pro *vera*, uti ex Demosth. ἡ οὖσα ἀρχὴ, *verus principatus*, & οὐκ οὖσα, *falsus*, ab Lexicogr. affertur; quodque aliis etiam auctoritatibus firmare possem, si liceret plura commentari. REITZ.

ead. l. 17. Λόγον τόνδε συγγράψ.) Lucianus scilicet. GUYET.

Pag. 65. *l.* 3. Καί πως) Quo πως illud referri debeat, incertum est. SOLAN.

ead. l. 6. Ὁ ποιητὴς οὗτος) I. e. Lucianus, cuius ego sum prologus. GUYET. Hic est ipse Lucianus, ὁ τὸν λόγον τόνδε συγγράψας, ut modo dicebat. Loquitur enim Prologus dra-

matis Elenchus, qui Lucianum *poëtam suum* vocat, ut Terentiani v. g. prologi Terentium. GESN.

ead. l. 7. Ἐξεπολέμωσε) Thom. Mag. v. πεπολέμωται, ait: πεπολέμωται, ὁ εἰς ἔχθραν πραχθεὶς τινι, καὶ πολέμιος γενόμενος. ἐξεπολέμωσε δὲ, ὁ πολέμιόν τινα ἑτέρῳ ποιήσας. πεπολέμηται δὲ ὁ πολεμηθείς. REITZ.

ead. l. 9. Ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη) Romano stilo III Non. Ian. solemnis ille *Votorum* dies; *Vota* etiam s. Βῶτα dictus in antiquis monumentis. Quae dici possunt ea de re, occupavit omnia, nec ipsum hunc locum praetermisit, felix diligentia Ezech. Spanhemii ad Iulian. Orat. I, p. 276 seq. Ceterum quod hic ipse dies quoque *ἱερομνία* vocatur, nihil insoliti. Vid. quae in fine Icarom. ea de re annotavimus. GESN.

ibid. Τρίτη) Plutarchus initio vitae Ciceronis pag. 1578 f. ἡμέρᾳ τρίτῃ τῶν νέων Καλανδῶν ἐν ᾗ νῦν οἱ ἄρχοντες εὔχονται καὶ θύουσιν ὑπὲρ τοῦ ἡγεμόνος. V. Schot. Obs. 245. Fab. Mag. Rom. 198. Herodian. I f. anni ineuntis diem primum *ἱερομνίαν* vocat, ubi III Non. accipit Lipsius, quod non probo; vid. Lips. excurs. ad Tac. Ann. XVI AB. Ubi virum summa & eruditione, & industria conspicuum miror hunc Luciani locum fugisse, eo magis, quia nulli eorum, quos laudat, scriptorum, huius moris origo prima, a Luciano hic addita, traditur. Vide *Strenarum orig.* SOLAN.

ead. l. 15. Ὁ τότε γελάσας) Lucianus. GUYET. Ὁ τότε γελάσας ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ, *is, qui tunc in Olympia risit super supposititio Pythagora.* Vulgati ὑπὸ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ, sub *supposititio isto Pythagora*, inquiunt interpretes, quod quid sibi velit, nemo dixerit. GRAEV.

ibid. Ὑπὸ τῷ) Forte ἐπί. Sic autem distinguendum: ὁ τότε γελάσας ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθ. &c. i. e. *super Pythagora.* GUYET. Recte, ideoque ἐπὶ recepi, & comma post ἐκεῖνος sustuli. REITZ.

Pag. 66. *l.* 15. Καθ' αὑτοῦ) In omnibus libris nostris κατ' αὐτοῦ. SOLAN.

Pag. 67. *l.* 1. Συνέγραψεν, ἐμὲ) Legendum videtur συνέγραψεν ὁ ἐμὲ προεισπέμψας ὑμῖν. GUYET.

ead. l. 3. Καὶ ὁπόσα κἂν) Forsan καὶ ὁπόσα ἂν καὶ οἱ ἐπὶ τῶν &c. GUYET.

ead. l. 7. Πατρίδι) Infra c. 19, καλλίστην καὶ μεγίστην τῶν ἐν Φοινίκῃ ἁπασῶν vocat. Vide etiam Ἀπαιδ. c. 19. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐφέσῳ νῦν) Hinc est, quod Ephesi hunc libellum scriptum fuisse colligo; vid. etiam c. 22. SOLAN.

ead. l. 13. Ἰλιεὺς ἂν τραγῳδοὺς) Proverb. p. 892. BOURD. Vid. Ἀναβ. c. 38. Polyaen. Strat. III, p. 229, Ilienſium meminit. SOLAN.

ead. l. 15. Εἰπὲ γάρ μοι πρὸς Πανδήμου, καὶ Γενετυλλίδος, καὶ Κυβίβης) Benedictus, *dic mihi per Pandemum, & Genetyllidem, & Cybiben*, abſurde. Recte vidit Palmerius, πάνδημον eſſe Veneris epitheton; nimirum eſt, quae Lucretio dicitur *vulgivaga Venus*. Hinc & in Mſ. legitur πρὸς τῆς Πανδήμου καὶ Γενετυλλίδων. Sic ſane & Ariſtoph. in Θεσμοφοριαζούσαις· Ὡς ἡδὺ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες, καὶ Θηλυθριῶδες, καὶ κατεγλωττισμένον, *quam ſuavis cantilena, o venerandae Genetyllides, & effeminata & laſciva*. Sed tamen Γενετυλλὶς etiam legitur apud eundem in Nubibus: Ἡ δ' αὖ μύρου, κρόκου καταγλωττισμάτων, Δαπάνης, λαφυγμοῦ, κωλιάδος, Γενετυλλίδος, ſc. ὄζει. *Haec vero unguentum, crocum obſcoena baſia, Et ſumtus, & Crapulam, & Venerem, & Genetyllidem* olet. Dicuntur eſſe Dii ſive Deae praeſides generationis. Vide antiqua Scholia. Recte vero Κυβίβη docti viri emendarunt. Non eſt Venus, ſed magna mater, Cybele, quae & Graecis & Latinis *Cybebe* dicitur. Nam & in inſcriptionibus, & in antiquis membranis, ſic appellatur, ut apud Phaedrum in Codice Remenſi, ut olim mihi oſtendit vir dignitate & doctrina praecellens Marquardus Gudius, qui regi Daniae eſt a conſiliis. Is etiam, ubicunque *Cybele* legatur apud poëtas ſecunda longa, aut *Cybelle* corrupte, libris antiquis auctoribus, reſcribendum affirmat *Cybebe*, aut *Cubebe*; quod veriſſimum, & in Prudentio iam emendavit Nicolaus Heinſius. Illius autem hic meminit propter eius amorem erga Attin, & quia laſciviſſima fertur fuiſſe, ut ipſe Lucianus in dialogis Deorum indicavit. GRAEV.

ead. l. 16. Πανδήμου) Xenophontem audi συμποσ. p. St. ed. 522 L. g. — Εἰ μὲν οὖν μία ἐστὶν Ἀφροδίτη, ἣ δίτταὶ, Οὐρανία τε καὶ Πάνδημος, οὐκ οἶδα — ὅτιγε μέντοι χωρὶς ἑκατέρα βωμοί τε εἰσὶ καὶ ναοὶ καὶ θυσίαι, τῇ μὲν Πανδήμῳ ῥαδιουργότεραι, τῇ δ' Οὐρανίᾳ ἁγνότεραι, οἶδα. De cuius templo Athenis vide Athen. XIII, p. 569. Confer & Noſtrum Ἐτ. Δ. VII, & Δημοσθ. c. 13. SOLAN.

ibid. Πρὸς Πανδήμου, καὶ Γενετυλλ.) Eandem vim habet haec obteſtatio, ſeu adiurationem malis, quam in libello contra Indoctum cap. 3 illa *Libanitidis* mentio. Videtur autem etiam Γενετυλλὶς parum honeſta iam Ariſtophanis aetate fuiſſe, cuius loca iam laudata Graevio. Hanc ipſam ob cauſam auſus ſum non *Genetricem* hic reddere, quod honeſtum Ro-

mae, ac tantum non ſeverum numen eſt, ſed *Genetriculam*. GESN. Non ſatis video, cur articulum neceſſario inſertum velit Solan. Nam in his formulis articulus frequentius omitti amat, ut ſupra Bacch. c. 5, πρὸς Χαρίτων· infra c. 16, πρὸς Ἀδώνιδος, quae aſſeveratio eadem eſt, atque hic. Dein cap. 26 pr. πρὸς θεῶν· item c. 28, πρὸς θεῶν εἰπέ μοι, & c. 31 f. πρὸς Διός. Ac Dipſ. cap. 9, πρὸς Φιλίου. Et crebro alibi. Verum & addi interdum articulum, quis infitiabitur? nam & paulo ſupra, Adv. Indoct. c. 3, πρὸς τῆς Λιβανίτιδος. Sed ideo non inſerendus, ubi ab libris abeſt. REITZ.

ibid. Γενετυλλίδος) In *l.* uti in Mſ. Gr. Γενετυλλίδων· quam ſcripturam ſciolus aliquis invexerit, qui cum Ἐρωτ. cap. 42, Γενετυλλίδας plurali numero legiſſet, & hic ita legendum eſſe credidit: ſed longe alia ratio eſt; ſervandaque omnino vulgata, quamvis Pauſanias etiam plurali numero habeat pag. 2, 3. SOLAN.

ibid. Κυβίβης) Corrige Κυβήβης. Heſych. Κυβήβη, ἡ μήτηρ τῶν θεῶν, καὶ ἡ Ἀφροδίτη. Depravate apud Heſych. Κυβήκη legitur, pro Κυβήβη. Suid. Euſt. GUYET. Conf. infra Τραγοπ. v. 30. SOLAN.

Pag. 68. *l.* 2. Νὴ Δία) Ἀποσιώπησις hic notanda eſt. SOLAN.

ead. l. 6. Ἑλληνικοῦ) Ἔθνους, aut ſimile quid, ſubauditur. GUYET.

ead. l. 10. Τὸν Ἐρεχθέα) Ita Mſ. Reg. 2954. Sine articulo edd.

ead. l. 12. Ἀποφράδα) Ad hoc verbum Io. Brod. Miſc. P. 2, c. 17, p. m. 498, haec commentatur: Notatus eſt (ait) a quodam Lucianus, ut ex eius ſcriptis cognoſcimus, quod vocem hanc ἀποφρὰς, perinde ac barbaram uſurpaſſet: quam vel uno hoc argumento ἑλληνικοτάτην probare poſſem, quod eam Plato νόμων ζ in ore habuerit: ὁπόταν ἡμέραι μὴ καθαραί τινες, ἀλλ' ἀποφράδες ὦσι. Plutarch. οὐκ οὖν ἔφη σήμερον ἀγωνισώμεθα προθύμως, ἵνα καὶ ταύτην ἐξ ἀποφράδος καὶ σκυθρωπῆς ἱλαρὰν, καὶ προσφιλῆ Ῥωμαίοις ποιήσωμεν. Dionyſ. Halic. Τὴν δὲ ἡμέραν ἐκείνην, ἐν ᾗ τὸ πάθος ἐγένετο, μέλαιναν τε καὶ ἀποφράδα τίθεται. Id eſt, atram, inauſpicatam & neſaſtam. Dicitur & ἀποφρὰς ἄνθρωπος, meo iudicio parum ſcite. Aul. Gell. L. IV, c. 19: *Religioſi dies dicuntur triſti omine infames, impeditique, in quibus & res divinas facere, & rem quampiam novam exordiri temperandum eſt.* Ego, pace Gellii, faſtos dies voco, quibus fari licet praetori tria verba ſolemnia, *Do*, *dico*, *addico*: quorum primum ad actiones, quibus rem dari petimus, ſecundum ad facta vel rei vindicationem, poſtremum

ad exſecutiones pertinet, ſicut & *adiudico*. His contrarios *nefaſtos* recte Latineque nominari pugno. Ovid. *Ille nefaſtus erit, per quem tria verba ſilentur.* Horat. *Ille & nefaſto te poſuit die.* Varro: *vocantur dies nefaſti, per quos dies nefas fari praetorem, Do, dico, addico* &c. (Horatii ille locus eſt 2 Od. 13, 1. Ovidii 1 Faſt. 47.) Sed haec poſteriora iam pueri ſciunt. Addidi tamen, quia Brodaeus commentator primus Luciani dixit, & illo tempore nondum cuilibet nota erant. REITZ.

Pag. 69. *l.* 10. Νὴ Δία) Hic aliquid deſiderari videtur. GUYET. Deſideratur quidem; ſed ſtudio omiſſum, ἀποσιώπησις enim eſt. Et in marg. Pariſinae additum: *Praeciſio.* REITZ.

ead. l. 11. Ἔξωρον) Idem quod ἀφῆλιξ, de quo v. cap. 15. REITZ.

ead. l. 15. Κἂν ἀγνοῆσαι) Κἂν ἀγνοήσαις legendum videtur. GUYET. Non male; ſed non plane neceſſarium, ſi comma, quod feci, auferatur, ut conſtruatur συγγνώμη τοῦ ἀγνοῆσαι. REITZ.

Pag. 70. *l.* 3. Τοὔνομα) Poſt τὸ, τοὔνομα, τελεία στιγμὴ ponenda videtur. GUYET.

ibid. Φήσει) Ita emendandum fuit, pro φησὶ, quod in omnibus libris noſtris eſt, etiam in M. SOLAN. Φησὶ) Φήσει Solan. edi voluit. Facerem, ſi auctoritas librorum accederet. Interea cum eo ſentio, cum librorum vulgo ſcribo. REITZ.

ead. l. 5. Οὔ, ὁπόσα) Cur ſequente vocali adſpirata, non ſcriptum eſt οὐχ; vid. Codd. vett. GUYET. Nihil varietatis reperio. Sed quia periodus clauditur, vel ſaltem vox quieſcit poſt οὔ, & vel punctum minus potuiſſet poni, ideo non opus erat οὐχ ſcribere, quia ſic adſpiratio ſequens non coniungitur cum οὔ. REITZ.

ead. l. 10. Ὡς) In omnibus libris noſtris ἕως· quod cum ferri non poſſet, ego mutavi. SOLAN.

ead. l. 12. Συνεῖναι) A σύνειμι, unde συνουσία, non a συνίημι, συνῆκα &c. *converſor, converſatio.* GUYET.

ead. l. 13. Ἐντρεψάντων) Sic Quom. Hiſt. c. 15, εἰ ὀλίγον ἐντρέψας. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐν τοῖς μάλιστα) Supra Gall. c. 24, κάλλει τῶν πόλεων ἐν ταῖς μάλιστα. Vid. de hac phraſi Hemſterh. T. I, p. 170, ἐν τοῖς μάλιστα εὔδοκιμος. REITZ.

Pag. 71. *l.* 5. Χρυσοῦς, φασὶν, ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι) Proverb. BOURD. Virg. *Et eris mihi magnus Apollo.* SOLAN. Vid. Bergl. ad Alciphr. I, Ep. 30 f. Nam habuimus crebro, ut plura addere nolim. REITZ.

ead. l. 6. Ἀφῆλιξ) Alciphr. I, Epist. 6, etiam comparativo utitur, scribens: ἀλλ' ὡς ἀφηλικέστερος, καὶ γυναικὶ πάλαι συνών. REITZ.

Pag. 72. *l.* 1. Κόθορνον) Theramenem ita dictum fuisse, veterum multi prodidere. V. Suid. & supra Ἐρωτ. cap. 50. SOLAN. Pollux VII, 90 seq. inter genera calceorum, ὁ δὲ κόθορνος ἑκάτερος ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν. ὅθεν καὶ τὸν Θηραμένην κόθορνον ἐκάλουν, διὰ τὸν περὶ τὴν πολιτείαν ἀμφοτερισμόν. GESN.

ead. l. 3. Λυπάνν) An Δυσάνν; quasi δυσαῖ ἄνεμον. Placet. GUYET. Quo hic respexerit, ut & in sequenti exemplo, ignoratur. Legimus apud Aelianum de Deotimo Atheniensi, qui χώνη etiam audiebat. V. H. II, 41. SOLAN. Quid rei, aut vocis, aut formae sit λυπάνν, nescio an aliquis temere dixerit. Illud satis docet orationis tenor, postulari primo nomen appellativum rei, non hominis; deinde tale nomen, quod ad significandum hominem *turbulentum in concionibus* aptum sit. Dum quis melius quid vel ex libris vel ex ingenio proferat, suspicari licebit, fuisse a Luciani manu λύσσαν. Qui ad luxuriem librariorum circa ductus geminati sigma & casus in αν attendit, ei non improbabilis, puto, hac parte coniectura nostra videbitur, quam respectu ipsius rei commendat similitudo, quae intercedit inter illud furoris genus, quod λύσσαν Graeci vocant, quod nempe levi morsus aut salivae contagio communicatur ac transfunditur; atque inter seditiosos demagogi alicuius aut tribuni *furores*, quibus implere & quasi inficere velut contagione quadam alios solent. Vid. insignis locus supra Nigrin. c. 38; it. alius in fine Philopseudis, & tertius in Philopatr. c. 22. GESN.

ead. l. 4. Ὁ δὲ Ἑβδόμην, ὅτι ὥσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδόμαις, κἀκεῖνος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπαιζε) Interpres: *Rursus alius Hebdomam, quod perinde atque pueri septimis diebus, ille etiam in concionibus luderet.* Hae septimae dies non sunt sabbata, quorum Sueton. in Tib. meminit: *Diogenes Grammaticus disputare sabbatis Rhodi solitus, venientem, ut se extra ordinem audiret, non admiserat: ac per servulum suum in septimum diem distulerat*, ut existimat vir magnus: sed septimos dies cuiuscunque mensis, quos hebdomades lunae dixit Gellius XV, 2. Illi dies sacri erant Apollini, quia septima luna Thurgalionis natus erat, ut constat ex Hesiodo in ἔργοις καὶ ἡμέραις, v. 770. Vide ibi Proclum. Convivia tum agitabant, & pueri ludebant. Septimus quoque dies post recens natum infantem a patribus familias celebrabatur, quippe quo nomen ei impone-

batur, quamvis hoc alii decima facerent. Vide Harpocrationem in ἑβδομευόμενος. Sed haec septima dies huc non pertinet, sed illa septima mensis. De qua vide viros doctissimos, Meursium Graecia feriata in ἑβδόμη, & Seldenum de iure naturae & gentium III, 17. GRAEV. Frustra sunt, qui ex hoc Luciani loco, aliisve similibus, morem per septimanas numerandi elicere conantur. Septimus enim hic dies, mensis septimus est, ut ex Gellio patet L. XV, cap. 2, Apollini sacer; (v. Graev. not. ad Hes. συμπ. 770.) non in orbem recurrens septimus quisque. Quod eo magis monitum oportuit, quia summo viro H. Grotio fraudi fuisse video. Adde Plut. Συμπ. VIII, 1, 1277, a. Et 1467 f. Meurs. Gr. fer. in ἑβδόμη. Et Spanh. 657. Et Nostr. Δικ. c. 12. SOLAN.

ead. l. 7. Μὴ δῶς οὖν κάμοὶ) Δῶς οὖν κάμοὶ, extrita negatione. MARCIL. *Non dederis?* &c. interrogative. GUYET. (Bene, & secutus sum; adeoque μὴ iam servandum. REITZ.) Μὴ δῶς οὖν κάμοὶ, πρὸς Ἀδώνιδος, εἰκάσαι παμπόνηρον ἄνθρωπον, ἀπάσῃ κακίᾳ σύντροφον, ἡμέρᾳ δυσφήμῳ καὶ ἀπαισίῳ) Vindicanda est prima huius orationis vocula μὴ, quam exteri iubet Marcilius. Etenim si recte attendatur, adeo ea non exterenda est, ut, si abesset, inculcanda necessario foret, ad fulciendum sensum. Disputat Lucianus contra eum, a quo accusatus fuerat, inepte & barbare locutus esse, qui ipsum appellasset ἀποφράδα. Post multa tandem dicta, ita pergit: *Tu vero animum adverte, (nisi plane non curae tibi sit, ignorantem esse) si veteres ante nos in eos, qui tibi similes tum erant, talia multa, quale est ἀποφρὰς, iactarunt; (erant enim etiam tum, ut verosimile est, aliqui abominandis moribus, pessima & sinistra indole; atque alius quidem dixit quempiam Cothurnum, vitam eius ambiguam comparans his calceamentis; alius vero dixit alium Lypaën, quod orator tumultuosus conciones soleret turbare; alius dixit alium Hebdomen, quod perinde atque pueri septimis diebus, ipse etiam in concionibus luderet & rideret, seriumque populi studium in ludum verteret) nonne itaque, per Adonin, & mihi concesseris, hominem, omni malitiae assuetum, comparare diei atro ac inauspicato?* Operae fuit, totam hanc periodon ponere, ut ei universae lux accederet, quam non nimia interpretum diligentia offuscarat. Duae, quarum notas inserui, parentheses insunt, &, eis consideratis, sensus est planissimus. Liquet quoque, per signum interrogandi hanc orationem claudendam esse; quod & in Graecis fieri debet; idque diligenter observatum esse video a Florentinis. IENS.

ibid. Πρὸς Ἀδώνιδος) Similis obtestatio iis, quas per Πάνδημον & Genetyllida conceptas, itemque per Libanitida, iam vidimus hic c. 11. GESN.

ead. l. 9. Τοὺς χωλοὺς τῷ δεξιῷ) Intell. ποδί. Plin. XXVIII, 3, f. 7: *Despuimus comitiales morbos, hoc est, contagia regerimus. Simili modo & fascinationes repercutimus*, & dextrae clauditatis occursum. GESN.

ead. l. 10. Χωλοὺς τῷ δεξιῷ) Sic libri omnes nostri; haud sane commode. SOLAN.

ibid. Τῷ δεξιῷ) An a dextra, vel ad dextram, intellecto conversi, an dexteritate? Ἐπέχω. GUYET.

ead. l. 11. Ἢ εὐτυχοῦν ἴδοι) Vid. supra Eun. cap. 6. SOLAN. Adde Brod. Miscel. P. II, p. 509, qui veterum de hac superstitione testimonia, Chrysostomi, Luciani, Appiani, Plutarchi, Senecae, Xenophontis, Iuvenalis, Suetonii, ac Ciceronis, profert. REITZ.

ead. l. 15. Κληδονίσματι) Nihil hic varietatis invenio. At supra Amor. cap. 39 in δυσκληδονίστων fluctuabat scriptura, quam ad hanc accommodavi, quia & constans, & cum Suida aliisque convenit. REITZ.

ead. l. 16. Τοῦ ἅπαντος ἔτους) Subaudi τὸ, διὰ, i. e. διὰ παντὸς ἔτους. GUYET.

Pag. 73. *l.* 4. Κύφωνα) Κύφων κυρίως est κυρτὸς, seu τὸ κυρτόν a κύφω κυφὸς, κύφων &c. Κύφων ab Etym. exponitur κύρτωμα. Ponitur pro catasta, seu numella, aut collari aliove instrumento, quo vinciebantur nocentes, aut etiam torquebantur. Hic μεταφορικῶς de scelerato dicitur & malefico. Sic Latine *carcer*, *crux*, *scelus*, & simil. GUYET. De propria vocis significatione, in quantum notat lignum, cui collum inseritur, ut κύπτειν cogatur, qui ita vinctus est, plura Salmas. de Mod. Usur. p. 814 seq. GESN.

ead. l. 13. Ὀλέθρῳ) Barbaro. LA CROZE. Cur Guyetus iam non corrigit ὀλεθρίῳ; ut supra fecit Alex. c. 11, ubi pro ὀλέθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες malit ὀλεθριοι. An quia ibi pluralis intolerabilior erat, quam hic singularis? At substantivum hic ab Luciano adhibitum, non modo ex praemisso ὄλεθρον, κύφωνα, patet; sed & alibi sic solet, ut de Salt. c. 5, ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ. Iov. Trag. cap. 43, ὁ Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὀλέθρος. Ac Paras. cap. 42. Et quis nescit, substantiva eiusmodi efficaciter adhiberi pro adiectivis, ut *pestis* pro homine pestilente Act. Apost. XXIV, 5: εὑρόντες γὰρ τὸν ἄνδρα τοῦτον λοιμόν. Et sexcenta similia. REITZ.

ibid. Συμπεριεφθείρου) Scholium ad hanc vocem habet Constantinus in Lexico pro συμπεριενόστεις αὐτῷ μετὰ φθορᾶς καὶ μιαρᾶς διαγωγῆς. Ego tamen συμπεριεφέρου legendum censeo. SOLAN.

Pag. 74. *l.* 2. Ῥάκος πολυσχιδὲς ἐργασάμενος) Proverb. BOURD. Conf. supra T. I, Tim. c. 32, ἀποδῶ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον. De homine voluptatibus corrupto & ad nihil amplius apto, de qua proverbiali locutione vid. plura l. c. in nott. Hemsterhusii. REITZ.

ead. l. 3. Μέμνηνται) Sic necessario scribendum, non μέμνηται, quia non ad ἐκεῖνα, sed ad πολίταις pertinet, de quibus ἴσασιν plur. num. iam dixit. REITZ.

ead. l. 11. Τὰ τοιαῦτα ὑπὲρ σοῦ) *Talia de te*, te rhetorem esse & Sophistam scilicet. GUYET.

ead. l. 12. Δύο μὲν ἡλίους) Ex Euripide, Baccho 915; unde & Virg. Aen. IV, 470: *Et solem geminum, & duplices se ostendere Thebas.* Adde Plut. T. II, p. 1083 E. ed. Gr. L. Xyl. SOLAN. Pentheus furens apud Eurip. Bacchis 916 seq. Καὶ μὴν ὁρᾷν μοι δύο μὲν ἡλίους δοκῶ, Διισσὰς δὲ Θήβας, κ. τ. λ. quod imitatus Virg. Aeneid. IV, 469; ubi reliquas imitationes dedit La Cerda. Add. Ovid. Artis III, 764, ubi de ebrietate. Furiosos & ebrios hac in re iungit Lactant. de Opif. Dei 9, 1. GESN.

Pag. 75. *l.* 1. Πατρίδα) Phoenicius ergo hic, uti & Indoctus; de quo ad cap. 19 illius opusculi dictum est. SOLAN.

ibid. Χεῖμα κακὴν) Hesiod. Ἔργ. 638. SOLAN. Alludit ad Hesiodi Ἔργ. 640, qui patrem suum habitasse dicit, δίζυρῇ ἐνὶ κώμῃ, Ἄσκρῃ, χεῖμα κακῇ, θέρει ἀργαλέῃ, οὐδέ ποτ' ἐσθλῇ. GESN.

ead. l. 2. Καλλίστην καὶ μεγίστην) Ἀντιόχειαν sc. GUYET.

ead. l. 16. Ἀπαγαγὼν) Verbum de industria suppressum videtur propter rei turpitudinem. GUYET. Conf. supra Bis Accus. c. 16. Et Iens. ad Tim. § 16. REITZ.

Pag. 76. *l.* 2. Ἐς γόνυ συγκαθήμενον) I. e. εἰς τὰ γόνατα. Infra ἐν γόνασι κείμενον dixit. GUYET.

ead. l. 3. Ἐκεῖνον δὲ, οἶσθα ὅτι καὶ ποιοῦντα) Legendum & hic ὅ, τι. IENS.

ead. l. 12. Ἐπιμανεστέρα) An forte ἐπιφανεστέρα; nam altera vox est insolens. KUSTER. Ἐπιμανῶς habes ἱστ. β. 25; ἐμμανέστατα autem φιλοψ. c. 14. Quare non est sollicitanda haec scriptura. Certe consentiunt Codices, & aptissima est vox. SOLAN. Cum praecedat γυμνοτέρα ἀκολασία, sequa-

tur τοὔνομα μεῖζον, & ἀκάλυπτος κεφαλὴ, credibile mihi fit, non ἐπιμανεστέρα legendum, sed ἐπιφανεστέρα. Ceterum ἀκάλυπτον κεφαλὴν refero ad notum morem obnubendi in turpitudine & pudore caput. Vid. interpretes Petroniani ad illud cap. 7 *operui caput*. GESN.

ead. l. 14. Τῆς βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευταῖος) Καὶ βοηθὸς ἂν κατέστη ὁ τελευτ. Illud autem εἷς μόνος ἂν ἐπίστευσέ σοι &c. accipe cum ironia. *Unus ille solus*, qui contra tibi unguis in ulcere, cuius tu domui. MARCIL.

ead. l. 15. Μισθοδότης) Quaestorne, an tantum, qui mercede nefas hoc emerit? Posterius verum esse existimo; nec, ubi pro quaestore sumatur, reperio. SOLAN.

Pag. 77. *l.* 8. Καθάρσιον) Supra Amor. c. 3 & 29. SOLAN.

ead. l. 10. Καὶ ὄναιό γε τῆς εὐκλείας) *Grand bien te fasse*. GUYET. Conf. supra Philops. c. 27. REITZ.

ead. l. 11. Ἐν Ἐφέσῳ) Ubi & hoc scriptum oportet; quod superius iam ad cap. 10 annotatum est. SOLAN.

ead. l. 13. Πρῶτά σου ᾔδεισαν) Interpres οὐκ ᾔδεισαν legisse videtur. An legendum, πῶς οὖν ἂν ἐθαύμαζον &c. GUYET. *Non nossent*, Benedict. dederat. *Nossent*, Micyllus. Lectio quidem Guyeti adiuvatur signo etiam interrogandi addito. Potest interim & οὐκ ita accipi, quasi, *quomodo non mirarentur, si priora nossent?* (Et in interrogatione οὐκ interdum additur, sensu eodem manente, ac si omitteretur. Exempla dedi in libro de Ambiguis) sed vulgata hic tamen rectius exponitur, *qui fieri posset, ut non admirarentur*, ut apud Herodian. III, 6, 14, πῶς οὐχὶ νῦν, καὶ προσελθούσης ὑμῖν τοσαύτης συμμάχου δυνάμεως, — ῥᾷστα κρατήσατε· *quis dubitet, quin nunc tantarum accessione virium — facile profligaturi sitis?* Nec ibi potest abesse negativa, neque in vulgato illo τίς οὐκ ἂν ἀγάσαιτο τῆς ἀρετῆς; quare neque hic in Luciano quidquam mutaverim. REITZ.

ead. l. 15. Περὶ πόδα) Hoc verum esse, vid. ad Asin. c. 20. Etsi & alibi cum παρὰ confunditur in edd. ut ibi indicatum. REITZ.

Pag. 78. *l.* 4. Τὰ κακὰ ἀπολαύειν) De hoc verbo in bon. & mal. partem valente vid. Hemsterh. ad Nigr. cap. 30. Item ad Tim. c. 2. Ac Solani notam ibi praemissam, vel potius Iensii, qui etsi refutatur ab Hemsterhusio, habet tamen exempla quaedam haud inepta. Adde Philops. cap. 40, ubi ἀπέλαυσα per *abstuli* recte Gesnerus reddit; cum & ibi in malam partem valeat. REITZ.

ead. l. 17. Βρομολόγους) Forſan βρομολόγους. Βρόμος, *ſonitus, fragor.* GUYET. Tenui hanc in interpretando rationem, ut quae verba ſola compoſitionis inſolentia peccare viderentur, ea ſimilibus, quoad poſſem, Latinis redderem; ultima vero, quae plane barbara ſunt, Graece ſcripta apponerem. Nempe pro σφενδονίζειν *funda emittere*, σφενδικίζειν dixerat homo, quaſi eſſet nomen σφένδιξ, & χειροβλημᾶσθαι voluit eſſe *manu proïicere*, quod formavit contra omnem analogiam ex βέβλημαι. Cererum obſervo, verborum, quae hic reprehenduntur, nullum apud Pollucem eſſe, quem alias ſugillari a Luciano, falſo id quidem, creditum eſt. Vid. ad Lexiphanem. GESN.

Pag. 79. *l.* 1. Τροπομάσθλητας) Μάσθλης, *lorum*, *flagrum.* GUYET.

ead. l. 2. Τὸ Ἀθηνῶν ἐπιθυμῶ) Gloſſema videtur. GUYET. Omiſit *Fl.* & ſane Scholium ſapit. Agnoſcit tamen Codex M. cum impr. omnibus. SOLAN.

ead. l. 3. Χειροβλημᾶσθαι) Ψηλαφᾷν, χειροτρίβειν. GUYET.

ibid. Ὁ λόγιος Ἑρμῆς) Habuimus non ſemel. Sed videri etiam poteſt I. Elſn. ad Act. Apoſt. XIV, 12. REITZ.

ead. l. 5. Τῶν Ἰαλέμων) V. Zenob. IV, 39, & Pantin. ad Apoſtol. adag. X, 39. Menandr. Fr. pag. 84, N°. 3, εἰς τοὺς ἰαλέμους δὲ τοῦτον ἔγγραφε. SOLAN. Ialemum frigidum fuiſſe poëtam, facile credimus Heſychio, Euſtath. ad Il. Z, p. 494, 43 *Baſ.* atque adeo proverbio Ἰαλέμου ψυχρότερος, quod refertur etiam ab Apoſtolio X, 39. Sed luctus etiam, θρήνου, πένθους, notionem illi nomini adiunctam negari non poteſt. Vid. Eurip. Oreſt. 1391, Supplic. 281, Troad. 600; it. Euſtath. ad Il. Σ, pag. 1223, 8, & Apoſtolius l. c. itemque VI, 54. Quare facile condono Io. Clerico, etſi forte verum non vidit, cum ad Menandr. p. 85 putavit Ἰαλέμους in fragmento Comici eſſe *frigidos*, i. e. lugendos, quia mortui nimirum. GESN.

ibid. Ἰαλέμων) Κακοδαιμόνων, δυστήνων, ἀθλίων, οὐδενὸς ἀξίων. Heſych. GUYET. In Pariſina Ἰαλέμων erat maiuſculo I exaratum, ut nomen proprium, atque ita etiam converſum: *Ialemo frigidioribus.* Alluſione facta ad proverb. *Ialemo frigidior.* Sed cum tranſierit in adiectivum, ſervo ceterarum edd. morem, etſi ab *Ialemo* Calliopes filio, poëta ineptiſſimo, ortum traxiſſe videtur. REITZ.

ead. l. 7. Φιλαινίδος) Τῆς ἑταίρας. GUYET. V. Ἐρωτ. cap. 28. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀδικήματος) Subaudi ἕνεκα. GUYET. Ἀδικήματος ἢ τὸ μετριώτατον ὕβρεως) Si haec vera est lectio, oportet ἀδίκημα etiam speciale, & gravis quidem criminis, nomen fuisse, forte *impietatis*, ut in illa Socratis accusatione, ἀδικεῖ ὁ Σωκράτης, κ. τ. λ. cuius respectu ὕβρις possit μετριώτατον videri. Lingua, res sancta ac divina, turpissime profanata &c. Alioquin transpositione levi ita concinnari possit hic locus, ut nihil, quod offendere quemquam possit, relinquatur, ὕβρεως, ἢ τὸ μετριώτατον, ἀδικήματος, διῶκοι. Ceterum ὕβριν ad impudicas praesertim & Venereas contumelias pertinere, monuerat Casaub. ad Athen. VI, 19, & pluribus docuit Dan. Heins. ad Hesiod. pag. 210 seq. ubi etiam ἀδικίαν ead. ratione dictam observat. GESN.

ead. l. 14. Μητίοχον) Forsan Ἀντίοχον. Immo vero erat Athenis τὸ Μυτίχου tribunal; de quo consule Potterum. Fuit & Metiochus Miltiadis filius, de quo hic locus intelligi non potest. *Fl.* ed. Μητίσχον. M. cum reliquis impr. facit. Mihi, quid decernam, non liquet. SOLAN. Ἀντίοχον. LA CROZE.

Pag. 80. *l.* 1. Εἶναι δοκεῖν) De εἶναι abundante dictum paulo supra ad c. 6, ad ἀναισχυντία οὖσα. De duplici infinitivo ad Philops. c. 7 & 39. Item Hipp. c. 1 pr. δεῖν ἐπαινεῖν. REITZ.

ead. l. 3. Τοιαῦτά με διατίθης) Eandem, quam hic Noster, turpitudinem tangit & Lactantius V, 9, cum de iis loquitur, *qui sanctissimam quoque sui corporis partem contra fas omne polluant & profanent.* Rursus L. VI, 23: *Quid dicam de iis, qui abominandam, non libidinem, sed insaniam potius exercent? Piget dicere: sed quid his fore credamus, quos non piget facere? Et tamen dicendum est, quia fit. De istis loquor, quorum teterrima libido & exsectabilis furor, ne capiti quidem parcit. Quibus hoc verbis, aut qua indignatione tantum nefas prosequar? vincit officium linguae sceleris magnitudo.* SOLAN. Vid. supra Nigr. c. ult. τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, notamque Hemst. Et Nostrum in locis ibid. ab Solano indicatis, qui frustra δακῶσι ibi tentat, cum & eod. modo duplici accus. iungat Noster Gymn. c. 6, scribens ἐμὲ δὲ εἴ τις ὑμῶν τοιοῦτό τι διαθείη, ubi alia quoque similia dedi. REITZ.

ead. l. 6. Διαντλεῖν) An *exsequi?* GUYET.

ead. l. 9. Μαίνομαι) Excidisse in edd. prius ι, errore typogr. facile quidem divinaveris; mirere tamen, qui tam diligenter propagetur error, etiam in iis edd. ubi Latina versio habet *contaminor;* nam nemo, credo, μαίνομαι *furo* hic volet legere, quando πατοῦμαι praemittitur: furentes enim se

non ita conculcari finunt. REITZ. Quemadmodum non dubito, μαίνομαι esse praeferendum recepto per omnes fere libros μαίνομαι· ita puto, eo minus suboluisse errorem hominibus, quod etiam μαίνομαι non absurdam habet sententiam. Sermo est de ea turpitudine, quae furor merus & summa insania est. Solent insanire homines a magna iniuria. Quidni lingua se dicat insanire, quae infando eiusmodi negotio adhibeatur? GESN.

ead. l. 10. Καὶ ἀντὶ γλώσσης, ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας) An haec paria esse possunt illis, quae apponuntur ab Micyllo & Benedicto, *ac lingua perinde ut manu uti decrevisti?* Certe sic illi penitus omittunt voculam ἀντί· quae quidem sane perincommoda est, nisi bene inspexeris. Legendum enim, καὶ ἂν τί γλώσσης ὅσα καὶ χειρὶ χρῆσθαι διέγνωκας; Est enim exprobratio per interrogationem excitatior, & *quid lingua aeque ut manu uti decrevisti?* GRON. Versionem Benedicti castigat Gron. Sed & ipse alium errorem committit, vertens: *quid lingua aeque ut manu uti decr.* An γλώσσης & χειρὶ igitur iungenda, & ad idem verbum χρῆσθαι referenda? Quin γλώσσῃ saltem etiam tum scribendum fuerat, ubi ἀντὶ mutaveris. At nihil opus erit, modo lectionem Gronovianam reddas: *Et quae pars linguae est, qua ceu manu uti decreveris?* At vereor, ut acutioribus arrideat ista & versio & emendatio. Mihi certe difficultas quaedam restare videtur, quam tollere in re tam turpi non laboro. REITZ. Nihil mutandum in Graecis: nec poenitet conversionis: sed pudet rem ampliùs declarare. Teneamus modo, illud ὅσα adverbii vicem poni pro καθόσα vel καθώς. GESN.

Pag. 81. *l.* 5. Πόθεν ἂν) Mallem πόθεν γάρ. GUYET. Propius ad literas accederet, si πόθεν οὖν legas. REITZ.

ead. l. 7. Καταριθμήσειν αὐτῇ) Καταριθμήσειεν αὐτὴ, subaudito ἡ γλῶσσα. Sic autem cum superioribus connectitur: πρὸς θεῶν, ἢν λέγῃ ταῦτα ἡ γλῶττα &c. εἶτα καταριθμήσειεν αὐτὴ τὰς πολλὰς προσηγορίας &c. Καταριθμήσειεν omnino legendum videtur pro καταριθμήσειν. GUYET. Καταριθμήσειν) Non apparet, unde hoc infinitum pendeat. Connexa est oratio cum illo τί ἂν ἀποκρίναιο; Itaque suspicor καταριθμήσαις vel καταριθμήσειας. GESN. Καταριθμήσειν καιρὸς ἤδη coniiciebat cl. Bel. de Ball.

ead. l. 14. Ἔξυρες) Quia deinde barbam promisit; vide & cap. 31. SOLAN.

Pag. 82. *l.* 3. Ἀτίμαρχον) Nomen ergo *TIMARCHUS;* mi-

rarique subit, cur mutatum iverint, cum famosus Aeschinis *Timarchus*, qui vitam tandem laqueo finivit, satis notus esset. Vid. Plut. 1545. SOLAN.

ead. l. 4. Κἀκείνου τι περιττότερον) Athenienses (dicit ad Timarchum) literae unius appositione te honorantes Atimarchum appellarunt; ἔδει γὰρ κἀκείνου τι περιττότερον προσεῖναί σοι, h. e. *nam & illo amplius quid habere debebas*. Obscurius interp. *nam hoc tibi illo insignius decebat esse*. Nihil aliud vult auctor, quam, non satis erat, appellari te Timarchum; sed nomen tuum augeri debebat una litera, ut Ἀτίμαρχος appellareris, q. d. ἀτίμων ἄρχος. VITRING. Ambigua oratio, non satis clarum, quo referatur κἀκείνου. Nihil mihi videtur magis convenire, quam ut dicamus comparari hic inimicum Luciani cum Timarcho illo, contra quem habita exstat Aeschinis oratio, qua eadem fere illi, quae hic nostro obiiciuntur, summa praesertim perversae libidinis impuritas. Dicit igitur, in mentem venisse Athenienſibus, cum spurcissimum hunc mortalem viderent, sui Timarchi illius antiqui: sed cum vellent indicare, hunc illo multum esse pestilentiorem, non Timarchum vocasse, sed aucto aliquantum nomine Atimarchum, ut simul πάντων τῶν ἀτίμων πρῶτον dicerent. Utrum autem nomen verum huius hominis fuerit Timarchus, quod indicat Vossiani Codicis inscriptio, an ex hoc ipso loco tracta suspicio eius, qui illum titulum posuit, non facile dixerim: nisi quod melius apparet ratio auctoris nostri, si re vera Timarchus appellatus est, quem lacerat. GESN.

ead. l. 12. Κἀκείνου) Parodia est ex variis Homeri locis concinnata. Vid. Iliad. N, 605; Λ, 233; & E, 293. SOLAN. Homer. Il. Λ, 233: Ἀτρείδης μὲν ἄμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἔγχος. Il. E, 293: Αἰχμὴ δ' ἐξεχύθη παρὰ νείατον ἀνθερεῶνα. Versus sublimitate & magnitudine rerum, de quibus agitur, digni, dum ad rem ita spurcam ac despuendam adhibentur, ψυχρολογία inde oritur, quae nihil aliud est, quam μέγεθος διημαρτημένον, grandia ad speciem verba intempestive rebus adhibita futilibus. Vid. Demetrius de Eloc. § 114. Sed nimirum ψυχρολογία eo ipso esse ratione ipsius Luciani desinit, quod committitur a sciente & volente. GESN.

ibid. Παραὶ δὲ) Conf. infra Lapith. c. 44. REITZ.

ead. l. 13. Ἐξελύθη) At in Homer. Il. E, l. d. legas ἐξεχύθη, quod verum esse, Scholiastes Homeri probat, qui id interpretatur ἐξώρμησε, διῆλθε. Nam si ἐξελύθη invenisset, non,

credo, exposuisset id eodem verbo. Sed cum in nonnullis Homeri libris ἐξεσύθη legatur, vide an hoc magis placeat; nam & sic alibi solet, ut Il. O, 542, Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα. Verum quando nec ἐξελύθη absurdum est, quid prohibet hoc servasse? REITZ. Pro ἐξελύθη facit glossa Hesychii, qui exponit ἐπαύσατο τῆς ὁρμῆς. GESN.

ead. l. 14. Ψυχρολογεῖν) An αἰσχρολογεῖν; Τὸ ψυχρολογεῖν hic non placet. GUYET.

Pag. 83. *l.* 9. Λεσβιάζειν σε καὶ φοινικίζειν) Hesych. in voce σκύλαξ. Σκύλαξ σχῆμα ἀφροδισιακὸν ὡς τὸ τῶν φοινικιζόντων. Gal. ἀλλὰ καὶ τῶν αἰσχρουργῶν μᾶλλον βδελυττόμεθα τοὺς φοινικίζοντας τῶν λεσβιαζόντων. Erasmus in Chiliadib. pro *phoenicissare*, memoria lapsus, *phicidissare*, & φικιδίζειν pro φοινικίζειν scribit. Ortum autem est adagium a spurcissima Phoenicum libidine, quam Graeci merito ἀῤῥητον μίξιν nominant. Plutarch. in vita Caesaris: ἐδόκει γὰρ αὐτὸς τῇ ἑαυτοῦ μητρὶ μίγνυσθαι τὴν ἀῤῥητον μίξιν. Haec in Miscell. Crit. P. II, p. 482, BROD. Vid. Cogn. 633, T. III. SOLAN. Quod Cognatum allegat Solanus, spectat ed. Basil. an. 1619, cui notae Cognati & Sambuci annexae: sed cum ex Cognato selectum tantum iniit *Pav.* eamque secutus *Graev.* plurima omittentes, possem haec addere; verum in re tam turpi nolim. REITZ.

Pag. 84. *l.* 4. Πόθεν) Item γὰρ suppressum, ut supra cap. 2. REITZ.

ead. l. 5. Ἐπὶ — τρεῖς μοιχοὺς) Nempe in declamatione finxerat, a marito tres uxoris suae moechos deprehensos: maritum poscere non gladium, sed ita magnum tridentem, uti tres uno ictu posset confodere. GESN.

ead. l. 6. Θεόπομπον) V. Δραπ. cap. 32. Tricaranum urbs, cuius meminit Dem. 43 A. SOLAN. Locus obscurus, cui tamen si non plenam lucem afferre, at tenebrarum aliquid discutere forte licebit. Theopompus hic esse videtur nobilis historicus Chius, qui Macedonicis temporibus Philippi, Alexandri, Ptolemaei vixit, & rebus gerendis interfuit. Huius libros historiarum LIII legit Photius Cod. 176; quinque iam tum ait fuisse perditos: multas ibi παρεκβάσεις παντοδαπῆς ἱστορίας idem commemorat. Reliqua Fabric. B. Gr. Vol. IX, p. 434 seq. Add. viri docti ad Longin. 42, 3. Huc praesertim facit, quod Stephanus in Τρικάρανα, quod φρούριον esse ait τῆς Φλιασίας, laudat Θεόπομπον πεντηκοστῷ πέμπτῳ. Videtur ergo in illo libro, (quo suae aetatis historiam tractavit,

cum a fine Thucydidis incepisset) commemorasse actionem aliquam suam Theopompus, qua de Tricarano (quasi tu *Tricipitem* dicas, quorsum & *tridens* deinde & *Cerberus* refertur) iudicaverit: hanc porro illius actionem laudasse inimicus Luciani iis verbis, quorum ipsa eum τρίαινα modo commemorata admonere potuit: nam τριγλωχὶν & τρίαινα eiusdem significationis sunt: & ad tridentem illum piscatorium pertinent, quo maiores pisces percutiunt; a quo etiam fictum est illud ἐκτριαινῶσαι, h. e. τριαίνᾳ ἐκπολιορκεῖν, quod nos, ut id genus alia quaedam, ad verbum ideo reddidimus, ut etiam Graeci sermonis non satis periti, quid reprehendatur, sentire melius possint. GESN.

ead. l. 10. Λύχνον ἅψας) Alludere videtur ad Diogenis historiam. GUYET.

ibid. Ἀδελφόν τινα) An fratrem, id est, amasium? Petronius. GUYET.

ead. l. 14. Θάτερον τῶν πενήτων) Abrupta nimis & ex parte falsa sunt, quae hic Scholiasta habet. Iuvat itaque e Thoma Magistro regulam Atticorum hic ponere. Articulus cum pronomine ἕτερος coalescit hac lege, ut vocalis articuli quaecunque, & prima ε, contrahantur in α· τ vero articuli, ob adspiratam ε transeat in θ. Haec, quoties articulus in vocalem exit. Sed ubi in ν vel σ, non fit crasis, verum integre declinatur. Dicitur ergo, ἄτερος, ἁτέρα, θάτερον, θατέρου, τῆς ἑτέρας, θατέρῳ, τὸν ἕτερον, ἄτεροι, τῶν ἑτέρων, κ. τ. λ. Hinc apparet, quam infeliciter errorem suum Sophista emendaverit. GESN.

Pag. 85. *l.* 5. Πέταμαι) Τὸ πέταμαι, *volo*, rectum est & usitatum; sed pro πετάννυμαι inusitatum videtur. GUYET.

ibid. Ἐκχύνειν) Τὸ ἐκχύνειν inusitatum fuisse notandum. Ἐκχεῖν usitatum. GUYET.

Pag. 86. *l.* 2. Οὐ δὴ) Aut οὐδὲ legendum, aut οὐ δὴ, quod in impr. aliquot & M. neglectum est. SOLAN.

ead. l. 7. Ὁπότε τοῦ Τισίου τὴν τέχνην οἶσθα, ὡς τὸ Δισκόρακος) An legendum, ὁπότε τοῦ Τ. τὴν τέχνην εἰδὼς, τὸ Δ. &c. GUYET. Tisiae ars est Sophistice. Fuit enim Tisias inter primos Sophistas, quem Aristot. περὶ ἐλέγχων σοφιστικῶν cap. ult. cum dixisset omne omnis artis principium esse tenue ac difficile, sed illo reperto, facile postea crescere & augeri, quod & factum sit in orationibus politicis, Τισίας μὲν μετὰ τοὺς πρώτους, Θρασύμαχος δὲ μετὰ Τισίαν, Θεόδωρος δὲ μετὰ τοῦτον, *Tisias quidem post primos*, scil. *Sophistas*,

Thrasymachus autem post Tisiam, *Theodorus autem post hunc.* GRAEV. Adde Quintil. II, 17, p. 111, 1; & III, 1, p. 125 f. Isocr. p. 525, & Plut. Alcib. Corax Tisias. Cic. de Or. I, 2, & in Brut. 12. In W. *Fl.* & *B.* δυσκ— quod minime spernendum, quamvis verum & genuinum putem δισκ—, ut alium illum nequitiâ antecedebat Timarchus. SOLAN. Narrat intelligentibus, & scientibus aliunde historiam, quam nobis divinare difficile, ac ne tanti quidem, est. Modo hoc meminerint, qui acumen Luciani volunt assequi, *primo* fraudem commissam, circa Artem, h. e. librum de institutione Rhetorica Tisiae illius Siculi, qui discipulus fuit Coracis: *deinde* Coracem, κόρακα, esse *corvum* Graecis, furax, ut notum, animal; cum itaque δὶς κόρακα vocat Lucianus inimicum suum, *bisfurem* appellare: *tertio* lusum verborum esse in τισίας & ἐξέτισε. GESN.

ead. l. 10. Χρυσοῦς τρίακοντα) Eadem summa in drachmis enuntiata πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας aequat. Insignis locus ad confirmandam auri & argenti comparationem: nempe *aureus* Romanus continebat *drachmas* XXV, quod etiam docet Zonaras apud Gronov. II, 8, p. 109. GESN.

Pag. 87. *l.* 7. Μόνα ἐκεῖνα) Barbam ergo promittebat. Vid. cap. 27. SOLAN.

Pag. 88. *l.* 1. Ἀκίνητον τὴν Καμαρίναν ἐᾷν) Prov. BOURD.

ead. l. 3. Ὡς τό γε ἐμὸν) Pro κατὰ τὸ ἐμὸν μέρος. *De ma part, quant à moi.* GUYET.

ead. l. 4. Τὴν ἄμαξαν ἐπεσπάσω) Proverb. BOURD.

ead. l. 5. Ὦ παιπάλημα, καὶ κίναιδος) Irridet stultitiam hominis, qui astutus sibi videretur, nominibus Atticis ab Aristophane repetitis, qui Ὀρν. 429 seq. in descriptione magni rhetoris haec ita iungit, πυκνότατον κίναδος, σόφισμα, κύρμα, τρίμμα, παιπάλημ' ὅλον· qua notione etiam παιπάλην dixerat Νεφ. 259. Nempe παιπάλημα pollen est: eo nomine subtilitatem quandam a tritura fori & usu rerum ortam indicant: quare etiam nomen Latinum, ut Frischlinus in Nubibus, servavi. Κίναδος vulpes est. Nempe κίναδος legendum, non κίναιδος, ex ipso vocum Atticarum connubio iam suspicaretur aliquis. Sed insuper τὸ κίναδος & casus prodit, & praesertim illud, quod ignotum aeque ac παιπάλημα imperito Sophistae nomen dicit: κίναιδος autem nimis quam notum omnibus: hinc etiam factum, ut librarius illud ignotiori substitueret, cum praesertim *operum* inimici sui *nomina* ea paulo post appellet auctor: quae res etiam Scholiasten vide-

tur movisse, ut retineret κίναιδος, & παιπάλημα etiam ad obscoenum sensum traheret. Nos non tam sententia huius loci detinuit, quam ea molestia, quod non occurreret Latinum, idque abstrusius paulo nomen, quod τῷ κίναδος satis responderet. *Cercops* veniebat in mentem: sed nimis videbatur vel ambiguum vel incertum. Itaque *vulpem* retinui. GESN.

ibid. Κίναιδος) Forsan κίναδος, i. e. bellua. Hesych. κίναδος, θηρίον, ὄφις. Suid. Κίναδος· πᾶν μὲν θηρίον κίναδος ἀξιοῦσι καλεῖσθαι. ἰδίως δὲ τὴν ἀλώπεκα. κακοῦργος ὡς ἀλώπηξ &c. GUYET. Coniecturam Guyeti iuvat Alciphr. III, Epist. 28, ubi ancilla heri graveolentis amores detestata ait: ἐγώ σε, ὦ Γέβελλε, στυγῶ, τοῦτο μὲν βδελυττομένη τὸ βάρος τοῦ σώματος, καὶ ὥσπερ τι κίναδος ἐκτρεπομένη, quae Bergler. vertit, *velut aliquam tetram belluam aversans.* Et ap. Aristoph. frequenter inter convicia numeratur κίναδος. Quod etsi & ibi Scholiast. eodem modo exponit, quo Suid. tamen pro ἀλώπεκι potissimum eidem ponitur. Sed & Lucianum dedisse κίναδος, quia generale hoc veteratorum, & scortatorum opprobrium, non absimile vero est: neque ideo aio κίναιδος illico proscribendum esse; verum id forsan a recentioribus scribis profectum, qui hoc aptius putarent, quod cum Latino hinc formato *cinaedus* conveniens, melius intelligerent. REITZ.

ead. l. 8. Παιπάλημα) Hesych. Παιπάλημα, ποικίλος ἐν κακίᾳ. GUYET.

ibid. Κίναιδος) Forsan κίναδος. GUYET.

Pag. 89. *l.* 1. Εὐριπίδης) Eurip. Bacch. v. 385. SOLAN. Hodie sic legitur Bacch. 385 seq. Ἀχαλίνων στομάτων, Ἀνόμου τ' ἀφροσύνας, Τὸ τέλος δυστυχία. Et sic laudatur etiam supra Ἀλ. c. 3. GESN.

ibid. Ἀχαλίνων) Gell. I, 15. SOLAN.

IN DE DOMO.

Pag. 90. *l.* 1. ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΟΙΚΟΥ) Προσλαλιά. MARCIL. Non totam *domum* esse, quae hic laudatur, i. e. *aedes* plurium conclavium; sed eam, quae proprie οἶκος vocatur, nomine etiam Latinis retento, *oecus;* tota descriptio loquitur. Conf. Gronov. ad Hippiam c. 5. GESN.

ead. l. 6. Νόσῳ ἣν ἐνόσησεν) Ita & Aristoph. Av. v. 31,

νόσον νοσοῦμεν. De repetitione huiusmodi verbi cognati conf. supra Alex. c. 32, Gall. c. 5, & alibi. Nam adeo est frequens, ut pluribus non opus sit. REITZ.

Pag. 91. *l.* 13. Καθ' ἡσυχίαν ἡσθῆναι) Respondet Gallicum proverb. *Les plus grandes passions sont muettes.* REITZ.

Pag. 92. *l.* 2. Ἐνδιατρίψαι) Plus est, quam solo visu immorari; sed quasi non posse satiari admirando atque laudando. Conf. supra Adv. Ind. c. 26, & Alex. c. 33 f. REITZ.

ead. l. 5. Νησιώτῃ μειρακίῳ) Hom. Od. Δ, 71. SOLAN.

Pag. 93. *l.* 5. Πρὸς αὐτὴν) Lege αὐτήν. GUYET. Id ut fieret, curavi. REITZ.

ead. l. 9. Ὅ μοι γοῦν) In omnibus, praeter Florentinam, editionibus sine ullo sensu legas, Ὅ μοι γοῦν δοκεῖ καὶ ξυνεξαίρεσθαι οἴκου πολυτελείᾳ ἡ τοῦ λέγοντος γνώμη. At plane, sicut conieceram, in antiquissima illa editione legitur, ἐμοί γ' οὖν δοκεῖ &c. IENS. Ἔμοι) Antea legebatur ὅ μοι in omnibus impr. excepta *Fl.* & *V.* 2. In L. etiam recte ἔμοι. SOLAN. Ἐμοὶ legendum videtur. *Guyet.* Omnino. Ideoque sic iam dedi. REITZ.

ead. l. 13. Πρὸς αὐτὸ κοσμῆσαν) Lege πρὸς αὐτὸ κοσμήσασα. Infra: λόγου δὲ σπουδὴν μὴ ἐπιτείνεσθαι πρὸς κάλλη χωρίων. GUYET. Vellem libri addicerent, & promte reciperem. Sed vel sine iis ita legendum. REITZ.

ead. l. 14. Τῷ μὲν Ἀχιλλεῖ) Hom. Il. T, 16 & 365. SOLAN. Il. T, 15. Attulerat Thetis arma filio suo. Reliqui fulgorem eorum ferre non possunt. Αὐτὰρ Ἀχιλλεὺς Ὡς εἶδ', ὥς μιν μᾶλλον ἔδυ χόλος, ἐν δέ οἱ ὄσσε Δεινὸν ὑπὸ βλεφάρων, ὡσεὶ σέλας, ἐξεφάανθεν. GESN.

Pag. 94. *l.* 3. Πλάτανος εὐφυὴς) Haec de platano, de Ilisso, de Musis &c. omnia pertinent ad Platonis Phaedrum, in principio cum totius dialogi, tum ipsius disputationis Socraticae, quae Lysiae opposita est. GESN.

ead. l. 8. Συμπεριλημψομένας) Lege συνεπιλημψομ. GUYET.

ead. l. 9. Συνεψομένας) Impr. plerique συνεσομένας. Ad veram & genuinam Luciani vocem magis accedit scriptura *Fl.* & *V.* 2. quam secutus sum. Ab eius enim manu credo fuisse συνεψομένας. SOLAN. Legendumne συνησομένας; an συνίημι potest etiam esse futurum medium συνέσομαι; illud enim puto certum, ad hanc originem atque intellectum pertinere. GESN. Συνησομένας a συνίημι legendum videtur. *Guyet.* Recte; nam licet Gesn. & συνεσομένας a συνίημι forte formari posse suspicetur, malim tamen, vitandae ambiguitatis er-

go, consueto more η adhibere; maxime cum & sic habeat Pell. Verum quia alii aliud suppeditant, vulgatum exhibeo. REITZ.

ead. l. 14. Βασιλέως) Quam regiam designet, invenire non possum, cum Arsacidarum mox meminerit. SOLAN. Τὴν βασιλέως — τὴν χρυσῆν) Haec est illa aurea platanus, quam cum vite eius generis Dario, Xerxis patri, donarat Pythius Lydus. Herod. VII, 27. Bithynum pro Lydo facit Plin. XXXIII, 10, s. 47, ubi reliquos, qui huius utriusque muneris mentionem fecere, laudat Harduinus. GESN.

Pag. 95. *l.* 4. Ἔμελε) Sic *S.* & *A.* recte. In reliquis ἔμελλε. Saepissime in hac voce peccatur. SOLAN.

ibid. Ἀρσακίδαις) De his vide Tacit. An. II, 1, & enarratores. SOLAN. Anachronismus ingens. Neque enim Darius, cui oblata illa platanus, Arsacides. GESN.

ead. l. 9. Ἀλαζονίαν) Forsan ἀλαζονείαν quaesivit Solan. haud immerito. Nam sic scribi amat. At quia scribae ει & ε saepe promiscue in aliis exarant, nihil mutare sustinui. REITZ.

ead. l. 14. Ἡ ἀρχὴ) Oriens. GUYET. Quid mirum, quando ἡμέρας intelligitur, quod est praemissum? REITZ.

ead. l. 16. Τῶν θυρῶν) An θυρίδων; GUYET.

Pag. 96. *l.* 8. Περὶ τὰς χρείας) Non damno penitus hanc lectionem: sed magis placeret, si reperiatur in libro bono παρά· *praeter usus necessarios, certe decoros.* GESN.

ead. l. 11. Εὔφορος) I. e. modicus, levis, non gravitate incommodus annulus. GUYET.

ead. l. 14. Ἡ πορφύρα) Ἡ πάρυφος πορφύρα sc. GUYET.

Pag. 97. *l.* 8. Τὰ ἀναγκαῖα) Subaudi κατά. GUYET.

ead. l. 14. Διαλείμματος) Lege διαλήμματος. GUYET. Non video quare. REITZ.

Pag. 98. *l.* 8. Ὑψόροφον) Homer. Od. Δ, 121. Et mox αἰγλήεντα, v. Iliad. A, 532. SOLAN.

Pag. 99. *l.* 1. Τῶν δρεπομένων) Δερκομένων. MARCIL. Legendum videtur βλεπομένων, quod inter dictantem & excipientem facillime in δρεπομένων mutari potuit. Eandem vim habet δερκομένων Marcilii; quod probo, si est ex libro: coniecturam non temere receperim; cum δερκόμενος vix aliter quam apud poëtas, & significatione activa legere meminerim. GESN.

ead. l. 11. Ὁ δὲ ταὼς &c.) Pulcherrimam itidem pavonis imaginem descriptam in Dionis Chrysostomi Or. XII περὶ τῆς πρώτης τοῦ θεοῦ ἐννοίας, p. 370, T. I ed. Reisk. laudat cl.

Bel. de Ball. qui & conferendum iubet Oppianum de Ven. lib. II, v. 589.

Pag. 100. *l.* 6. Μεταβαινόντων) Μεταβαλλόντων forsan legendum. GUYET.

ead. l. 15. Ὅτε) Mallem ὥστε. SOLAN.

Pag. 101. *l.* 1. Ἀποσπάσαι) Ἀποσπᾶσθαι legendum videtur. Τὸ ἀποσπάσαι hic locum habere non videtur. GUYET. Errat Guyetus: offenderunt ad id verbum etiam Graev. ac Gron. Vid. Icarom. c. 11, πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ubi ἀποσπᾷν pro *recedere*, *abire*, recte defenditur ab Iens. Adde & a nobis ibi indicatam Hemst. notam ad Deor. Dial. XX, aliaque. REITZ.

ead. l. 4. Καὶ τοίνυν — παρασκευάσαι) Haec insititia videntur & spuria. GUYET.

ead. l. 9. Ἴυγγος) V. Xen. Ἀπομν. III, pag. 457 ed. Steph. χρῆσόν μοι τὴν ἴυγγα, ἵνα. Scholiastes Theocriti filiam Ἡχοῦς facit. Alius ibidem Πειθοῦς, ad Id. II. SOLAN. Ἀπὸ ἴυγγος) Mirum, ni ὑπὸ hic legendum. Etsi memini supra dicta ad Tim. T. I, pag. 331 sqq. Et Gymn. c. 20, ubi vidimus, ἀπὸ saepe poni, ubi ὑπὸ locum potius haberet. At quia ideo differentia non tollenda inter has praepositt. & facillima scribarum ac typothetarum in his est aberratio, suspicio non est dissimulanda, & hic ὑπὸ praestare. REITZ.

ead. l. 13. Ὡς φησι) Ὅς φησι. MARCIL. *Ut ait.* Immo, *ut ait ipse.* GUYET.

Pag. 102. *l.* 8. Μεταστήσομαι) *Migrabo, secedam, ipsi locum dabo secedens.* GUYET. Olim notavi ad hunc locum, non satis notam fuisse hanc significationem verbi docto Athenaei interpreti, qui XII, 5, p. 523 B. μεθίστασθαι τοῖς κρείττοσι reddiderit *ad praestantiores commigrare*, cum deberet, *cedere fortioribus.* Sed quis finis fuerit, si quis castigare velit optimorum etiam interpretum peccata? quot annotationes in Lucianum scribendae essent? Caveamus nobis eo diligentius, in simili stadio qui decurrimus. GESN.

ead. l. 12. Ψόγον αὐτοῦ) Τοῦ οἴκου scil. GUYET.

ead. l. 13. Ὑπ' ἀκείνου) Τοῦ ῥήτορος προειπόντος. GUYET.

ead. l. 14. Ὑπεναντίως) Ὑπεναντίος legit interpres. GUYET.

Pag. 103. *l.* 7. Ἐς τὴν Σαρδῶ) Σάρδιον λίθον. *Sardam* Plinio. *Corneolam vulgo. Corgnivola* Italice. Σαρδῶ, σάρδιος λίθος, σάρδινος, & Sarda, παρὰ τὴν Σαρδῶ νῆσον omnia, ut & Σαρδόνυξ, seu Σαρδώνυξ. GUYET.

ibid. Τὸν Σμάραγδον) Τὸν Σμ. *P. H.* & *l.* plene: τ' aliae

per compendium, quod facile permutatur cum τήν. Sed τὴν pleniſſime *Fl.* ſine compendio. At genus nondum muto, quia & Latinis ſaepe maſcul. eſt. Vid. Burm. ad Ovid. 2 Met. 24. Inveniri etiam ζμάραγδος, vid. ſupra T. I, Iud. Voc. cap. 9. Veluti & Burm. *zmaragdis* edidit, vide ibid. ab Hemſt. notatum, cui tamen aſſentior, euphoniam cum Priſciano ſervandam, neque conſonantes hic triplicandas. REITZ.

Pag. 104. *l.* 9. Ἐμοὶ δοκεῖν — ποιεῖν) Vitioſe quoque ſcribitur, ἐμοὶ δοκεῖν, τὸ ἐναντίον ποιεῖν. ἐκπλήττει γὰρ, καὶ φοβεῖ, καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει. Vel δοκεῖ, vel ποιεῖ legendum omnino: potius ποιεῖ. Domum nimirum, quae ad artem exactiſſime exſtructa ſit, largam eloquenti ſpectatori praebere laudandi materiam, & admirationem ſuam eleganti oratione exponendi, dixerat alius quis: at hic, *Ut mihi videtur*, inquit, *contrarium facit* iſtiuſmodi domus. *Percellit enim & terret, ac mentem conturbat* &c. IENS.

ead. l. 10. Ποιεῖ) Ποιεῖν omnes fere libri noſtri, ſed ita emendarat iam *B.* 2. SOLAN.

ibid. Ἐκπλήττει) Subaudi τὸν λέγοντα. GUYET.

ead. l. 16. Ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ) Ulyſſes. GUYET. Nimis pulchri, nimis divini ſunt verſ. de Ulyſſe Homeri Il. Γ, 217:

Στάσκεν, ὑπαὶ δὲ ἴδεσκε κατὰ χθονὸς ὄμματα πήξας,
Σκῆπτρον δ' οὔτ' ὀπίσω οὔτε προπρηνὲς ἐνώμα,
Ἀλλ' ἀστεμφὲς ἔχεσκεν, ἀΐδρεϊ φωτὶ ἐοικώς.
Φαίης κεν ζάκοτόν τινα ἔμμεναι, ἄφρονα δ' αὔτως.
Ἀλλ' ὅτε δὴ ῥ' ὄπα τε μεγάλην ἐκ στήθεος ἵει,
Καὶ ἔπεα νεφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσι,
Οὐκ ἂν ἔπειτ' Ὀδυσσῆϊ γ' ἐρίσσειε βροτὸς ἄλλος·
Οὐ τότε γ' ὧδ' Ὀδυσῆος ἀγασσάμεθ' εἶδος ἰδόντες.

Totos adſcripſi, cum quod nimis mihi videntur amabiles, quos proinde dimittere, ſtatim quin lectori commendarem, non potui; tum propter ultimum praeſertim verſum, qui plane ſententiam, quae hic proponitur confirmat: *Loquente Ulyſſe, nemo amplius ſpeciem illam & habitum cogitat: toti ſunt in verborum ipſius conſideratione.* GESN.

in Schol. col. 1. *l.* 2. Εἰς Πάριν &c.) Errat Scholiaſt. niſi ad fugientem, de quo paulo ante dixerat, referas. Heic enim de Ulyſſe ſermo eſt. Vide l. c. in nott. SOLAN.

Pag. 105. *l.* 1. Ἀΐδρει φωτὶ) Hom. Γ, 216. SOLAN.

ead. l. 6. Πρὸς αὐτὴν) Αὐτήν. GUYET. Itaque ſic edidi invitis edd. REITZ.

ead. l. 9. Ἔπαινον) Minus commode dictum: nam id agit,

quod in rem est, maxime, qui dicturus laudem de laude cogitat, in eoque totus est; pro ἔπαινον ergo dicere debuit θαῦμα, vel tale quid. SOLAN.

ead. l. 13. Δημοδόκος) De hoc & sequente Suidas in ἀοιδός. Hunc Agamemnon apud uxorem, Phemium Ulysses apud Penelopen reliquerat. SOLAN.

ead. l. 17. Ἀλλ' — ἔοικεν) E poëta quopiam sumta videntur. GUYET. Hom. Il. Ψ, 430. SOLAN.

Pag. 107. *l.* 9. Λύξου) Ursinus apud Gronovium AG. II, 71, monet, Herodoti patrem *Xylum* nominatum, non *Lyxum*, quod ex epigrammate apud Steph. Byz. v. θύριοι conficit. Illud enim epigramma integrum de vetere libro Tzetzae descripsisse se testatur, qui *Xylum* nominandum doceat, adductis multorum testimoniis, & inprimis Zenonis auctoritate, a quo id accepisse se Tzetzes scribit. Unde & Lucianum emendare iubent. SOLAN.

ead. l. 14. Ὥτα γὰρ &c.) Herodot. I, 8, p. 3. SOLAN.

ead. l. 17. Ἔπεα πτερόεντα) Homer. passim. SOLAN. Cur verba alata vocentur, hanc rationem reddit Iulian. in Epist. ad Eugen. p. 141 Collectionis Epistt. Graecanic. πάντως που καὶ Ὅμηρος — πτερόεντας ὀνομάζει, διότι δύνανται πανταχοῦ φοιτᾷν, ὥσπερ οἱ ταχύτατοι τῶν ὀρνίθων, ἢ ἂν ἐθέλωσιν, ἄττοντες. Non addam, quae Scholiast. Hom. atque Eustath. habent. REITZ.

Pag. 108. *l.* 6. Ἡμῶν) Ὑμῶν esse sphalma typogr. suspicor ex *P.* quae *nos dicimus* tamen exhibuit in Latinis, etsi ὑμῶν Graece exhiberet. REITZ.

ibid. Ἀπεβλέπετε, καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε, καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε) Male profecto Marcilius corrigit θαυμάζετε· quod per se, ut cuivis facile pateat, redarguitur. *Nam vos ipsi, iudices, interea dum nos dicebamus, ad tectum suspiciebatis, parietes mirabamini, picturasque examinabatis.* IENS.

ead. l. 7. Ἐθαυμάζετε) Θαυμάζετε. MARCIL. Male, ut Iens. recte sentit: nam praeterita imperfecta & praecedunt, & sequuntur, & narrat, quid factum sit, fierique soleat. REITZ.

ead. l. 14. Γράψωμαι) Lege γράψομαι. GUYET. Recte, & parum aberat, quin invitis edd. ita dedissem, licet sciam aor. subiunct. habere vim futuri. REITZ.

Pag. 109. *l.* 2. Σχημάτων καὶ τόπου) Σχημ. καὶ τύπου. MARCIL. Ego in τόπου edd. consentire video, neque ex Codd. quidquam varietatis notatum reperio. REITZ.

ead. l. 5. Αἰθιοπικὸν) Cepheus, Cassiope, & Andromede Aethiopes. GUYET.

ead. l. 7. Πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως) Benedictus, *atque ut extra institutum, volatus ad Gorgonas.* An credimus, sic insignem virum distinxisse? Verius crediderim ortum errorem ab typis, & continuo ductu expressisse sententiam, quam largius ediderat Micyllus, *atque hoc parergon quoddam, sive extra propositam rem additum fuit ad eum, quo ad Gorgonas abiit volatum.* Ex Benedicto oportet certe tolli absurda commatis distinctio, ut *volatus* sit genitivo casu. GRON.

Pag. 110. *l.* 1. Ἐκείνω) Verbum in duali numero positum in omnibus, excepta *Fl.* quae ἔγραψαν τὴν habet, hoc etiam pronomen in duali esse cum postularet, in omnibus libris nostris antea legebatur tamen ἐκεῖνοι. SOLAN. Ἐκεῖνοι — ἔγραψαν τὴν) *Fl.* lectionem veram arbitror, quam exhibeo: nam si ἐγραψάτην cum cett. legis, ἐκεῖνοι cum Solano in ἐκείνω mutandum fuisset, licet mox ἄμφω φονεύουσιν recte legatur; dualis enim nominis recte admittit pluralem verbi, non vicissim. Etsi αἱ κῆρες ἐξέσθην Hom. Iliad. Θ, 73. Melius ergo erat lectionem bonam sequi, quae a *Fl.* suppeditatur, quam corrigendo aliam formare. Et licet alias permutationes dualis ac pluralis non semel viderimus, hic minus tamen convenit ἐκεῖνοι. REITZ.

ead. l. 3. Δοκῶντε) Δοκοῦντε legendum omnino videtur: totus autem locus sic corrigendus: Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς, καὶ Ὀρέστης, δοκοῦντε ἤδη τεθνᾶναι, λαθόντε τε καὶ εἰς βασίλεια παρελθόντε φονεύουσιν ἀμφω &c. GUYET. Verti, ac si legeretur καὶ παρελθόντε τε λαθόντε εἰς τὰ βασίλεια. Casus similes fecerunt, opinor, ut λαθόντε praeponeretur, inde reliqua confusio. GESN.

ead. l. 13. Ὁ Βραγχος) Branchus Apollinis amasius, alias filius. GUYET.

Pag. 111. *l.* 3. Τὸ δὲ ἔργον) Corruptus hic locus est; quem, si pro πω, legas εἰ μὴ, vel simile quid, forsan sanitati restitues. Ulterius absque Mss. ope mihi progredi non licet. *Fl.* τὸ δὲ ἔργον οὐχ ἑώρα σκέπων ἀλλ' ἐπὶ &c. Unde nondum, quid scripserit Lucianus, satis patet. Quin & ante haec verba pro τόλμαν, ego τὸ μὴν scriptum fuisse non dubito. Totum refingant, quibus meliores obtigerint Codices, aut felicior erit coniiciendi facultas. SOLAN.

ead. l. 4. Οὐχ ἑώρακέ πω ἐπὶ τῆς ἀσπίδος) Qui non ignorat historiam facti, ille hic aliquid deesse sentit. Pherecydes apud

Schol. Apollon. Argon. IV, 1515, de Mercurio & Minerva, Persei in hoc facto adiutoribus, ὑποτίθενται αὐτῷ οὗτοι οἱ θεοὶ, ὅπως χρὴ τὴν κεφαλὴν ἀποτεμεῖν ἀπεστραμμένον· καὶ δεικνύουσιν ἐν τῷ κατόπτρῳ (ipso nimirum clypeo politissimo) τὴν Μέδουσαν, κ. τ. λ. Ipse Perseus narrat apud Ovid. Met. IV, 781: *Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat, Aere repercusso formam adspexisse Medusae* &c. Itaque omissam apparet particulam exceptivam, quae hoc forte modo expleri poterit, οὐχ ἑώρακέ πω, ἢ μὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος. Atque ita interpretatus sum. GESN.

ead. l. 5. Τὸ πρόστιμον) Τὴν ἀπολίθωσιν scil. GUYET.

ead. l. 6. Ἄνω τῆς ἀντίθυρος) Leg. videtur τῆς ἀντιθύρου, seu potius τοῦ ἀντιθύρου. Ἀντίθυρος ἐλλειπτικῶς pro ἀντίθυρος τοῖχος. Infra pag. 848, (ed. Bened.) ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ἢ ἄλλη πληθὺς &c. vide locum. GUYET. Ἄνω τῆς ἀντίθυρος, Ἀθηνᾶς ναὸς πεποίηται) Sane quidem post vocem tertiam video in editionibus poni parvam distinctionem, non secus ac si inde supponere deberemus, viros doctos, qui vel ediderunt vel interpretati sunt, in Graeco sermone agnovisse ἢ ἀντίθυρ, cuius secunda inclinatio foret τῆς ἀντίθυρος. Sed nunquam eo vecordiae progredi potui, credens illos satis bene voces Luciani consideravisse. Itaque cum puer essem, insistens illorum vestigiis censui scripsisse auctorem ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς, *in mediis parietis superiore parte obversum ostio templum Minervae positum est.* Neque huius cogitationis nunc poenitet, eo magis, quod hunc locum videam ab viro doctissimo infra Symp. c. 8 sic tractari, quasi vel ἄνω τῆς ἀντιθύρου aut potius τοῦ ἀντιθύρου legendum esset: quorum utrumque non est immune vitii; cum nec prius bonam efficiat sententiam aut syntaxin, nec etiam posterius, cum si μέσος fuerit ἀντίθυρος, non fuerit necesse id rursus exprimi; sed recte dicit in medio pariete fuisse ἄνω aedem Minervae ἀντίθυρον. Quin etiam cum illic scribit Lucianus ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον ἢ ἄλλη πληθὺς, non debet supponi ellipsis pro ἀντίθυρον τοῖχον, qui nullus illic legitur, sed ἐς δὲ τὸν ἀντίθυρον scilicet κλιντῆρα, qualem alium ad dexteram ingredientibus praecessisse illic manifeste legimus. GRON. Ἄνω τοῦ ἀντιθύρου) Huc usque de parietis dextri imaginibus a c. 21; pergit nunc ad cubiculi latus intrantibus adversum, & quod supra ianuam priori oppositam erat, describit. Vide autem Ἀλεξ. c. 16, & Συμπ. c. 8, ubi priore in loco videbis τὸ ἀντίθυρον in omnibus libris nostris scriptum inveniri; in posteriori autem in Ms. Q. solo; at reliquos prae se

ferre τὸν ἀντίθυρον. Hic vero omnes τῆς ἀντίθυρος, quod mutavimus. Fateor tamen, eo inclinare animum, ut putem hic τῆς ἀντιθύρου scriptum fuisse, sicuti ἡ παράθυρος Plut. 1096, 1, est posticum. Cum enim neutro genere usurpatur, subauditur semper τεῖχος. SOLAN. Ἄνω τις ἀντίθυρος Ἀθηνᾶς ναὸς) Sine ulla dubitatione recipienda coniectura Gronovii. Ἀντίθυρος ναὸς Ἀθηνᾶς est aedicula Minervae, in medio pariete, ex adverso ianuae, ad symmetriam nimirum obtinendam, posita. Ναὸν vel νεὼν non semper esse iustum templum & aedem, sed machinationem augustam, recipiendo signo Dei alicuius factam, cum viri docti, Pricaeus praesertim, ad Actuum Apostolicorum 19, 24, ostenderunt, tum luculenter ipse Lucianus docet supra Amor. c. 13 f. ubi ἀμφίθυρος, quemadmodum hic ἀντίθυρος, Veneris νεὼς describitur. *Aediculam* e Plinii narratione ibi reddidimus: qui etiam alias illa appellatione utitur. V. g. de *Lysiae opere quodam, quod in Palatio super arcum Divus Augustus dicavit in aedicula columnis adornata;* lib. XXXVI, 5, f. 4, 10. Add. XXXVI, 13, f. 19, 2. Non dubito, quin illa opera, altaribus Christianorum superposita, ubi intra thecas quasdam & valvas vel signa Divorum, vel reliquiae asservantur, itemque illa, quae vocantur *tabernacula*, structurae interdum insignes & magni operis, ab ναοῖς hisce gentilium originem duxerint. GESN. Ἄνω τῆς ἀντίθυρος) Τοῦ ἀντιθύρου Solan. Τις pro τῆς Gron. ac Gesn. quibus assentior, cum emendatio sit facilior. Edi tamen passus sum vulgatum, cum & alii coniicere queant, articuli transpositione haec sanari posse, legendo ἀντίθυρος τῆς Ἀθηνᾶς. Nisi vel sine transpositione ita construere velis, (quod tamen durius.) Neutro gen. τὸ ἀντίθυρον habuimus supra, Alex. c. 16, ubi Solanus noster animadvertit, hic loci idem feminino genere occurrere. Sed qui τῆς ad nominativum ἀντίθυρος pertinere poterit? Mascul. genere, & usitatiore, legitur infra Sympos. c. 8, εἰς δὲ τὸν ἀντίθυρον. Sed & pro ἄνω ἀντὶ legat quis, qui versionem pristinam eo tendere viderit, quae dedit: *In medio autem pariete, ex adverso ianuae Minervae aedicula quaedam est.* At quorsum tot coniecturas? Cedamus Gronovio, donec Mss. emendatiores nanciscamur. REITZ.

ead. l. 10. Πάλιν) Aut tertia est Minerva, aut surreptitium est illud πάλιν. SOLAN. Γραφὴ πάλιν. Ἥφαιστος) Sic interpungendum. Πάλιν indicat, seriem picturarum interceptam ab aedicula Minervae rursus continuari. GESN.

ead. l. 11. Κἀκ τῆς διώξεως) Fabulam habes apud Lactan-

tium I, 17, cuius haec extrema verba sunt: *In illa*, inquit, *colluctatione, Vulcanum profudisse aiunt semen, unde sit Erichthonius natus.* Ad quem locum Lindenbrogius Luciani Philopseuden pro hoc opusculo affert; quod ideo moneo, ne frustra illud evolvas; nam ibi quidem cap. 3, *e terra natus Erichthonius* dicitur, sed nihil aliud. Confer etiam Ὀρχ. cap. 39, ubi tangitur fabula, non, ut hic, narratur. SOLAN.

ead. l. 13. Ὠρίων φέρει τὸν Κηδαλίωνα) Quia haec fabula non est vulgo nota, non erit, credo, ingratum meo lectori, si aliquid de ea dixero. Orion ab Oenopione, qui in Chio regnabat, excaecatus & in litus maris expositus, Cedaliona puerum fabrum rapuit, & humeris imposito eo ductore usus est, ut ad orientem solem ab eo duceretur, ubi solis calore visum recepit. Naxius autem fuit, & ei Iuno Vulcanum tradidit, ut fabrilem artem eum doceret. De eo Eustathius ad Iliad. Ξ, & Apollodor. L. I, qui tamen eum non nominat, sed hanc historiam narrat. PALM.

ead. l. 15. Ὁ Ἥφαιστος Λημνόθεν) Fuerit itaque pictura talis, ut e Lemno, sua officina, prospiciens Vulcanus oculis prosequi videretur Orionem. Cur autem hoc, quod Orion agit, *Vulcanus inspexerit*, Hyginus explicat poët. Astron. II, 34. Excaecatus ob vitiatam Meropen & de insula Chio eiectus, *existimatur Lemnum ad Vulcanum pervenisse, & ab eo quendam ducem, Cedalionem nomine accepisse* &c. GESN.

ead. l. 17. Ὅτε συστρατ. — μὴ θέλων) Legendum est, nisi vehementer fallor, ἅτε μὴ θέλων. GESN. Ἅτε legendum videtur. *Guyet.* Recte, cumque Gesn. idem divinarit, cui multum tribuo, id potius habeo, quam Pelleti ὅτι θέλει. REITZ.

Pag. 112. *l.* 3. Ὑπεζευγμένων) Subaudi ζώων, βοῶν, aut simil. GUYET.

ead. l. 6. Πρόκωπον) Πρόκωπος idem est, quod πρόσκωπος, Grammaticis; sed τὸ πρόσκωπος magis placet. GUYET. Cur Guyet. πρόσκωπον malit, non intelligo: πρόσκωπος enim *remex* est, ὁ πρὸς κώπην. Thucyd. I, c. 10. Long. Past. II, pag. 41: ναῦν μικρὰν καθελκύσαντες, καὶ οἰκέτας προσκώπους καθίσαντες· ubi frustra Mollius coniicit προκώπους forsan legendum. Noster Contempl. § 1, ἀντλεῖν ἐκέλευσα ἢ πρόσκωπον εἶναι. Ibid. § 7, ταύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν. Cum πρόκωπος sit, *promtus, strictus, nudus*, ut notum ex Herodian. VII, 6, 19, προβαλόντες τὰ ξιφίδια — φονεύουσιν, ἔχοντές τε αὐτὰ πρόκωπα, προτηδῶσιν. Ibid. cap. 5, 10, ἔχων πρόκωπον τὴν δεξιὰν, *manu capulo admota.* Quinam vero Grammatici idem

esse dicant πρόκωπος & πρόσκωπος, nescio; nisi quod male apud Poll. I, S. 95, πρόκωπος *remex* legas, ubi πρόσκωπος recte corrigunt Commentt. REITZ.

IN MACROBIOS.

Pag. 114. *l.* 1. ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ) Ante mortuum Demonactem scriptus videtur hic liber, quem, quo erat in eum favore, catalogo longaevorum non annumerare nefas duxisset. De eodem argumento scripsit etiam Phlegon, cuius liber exstat. Vide etiam Laevinum Lemnjum de occult. nat. mir. & Merc. Hist. 1696, p. 317, & seqq. & alibi passim. SOLAN.

ead. l. 2. Ὄναρ τι) Ex ipsa somnii commemoratione coniicit Io. Clericus Bibl. Anc. & Mod. T. 22, p. 226, auctorem non esse Lucianum, sed forte Aristidem, cuius superstitio nota est. Argumentum nimis imbecillum, quod vel ipso primo libellorum Luciani refutetur. Ceterum legendum puto non ὄναρ τι, quod libros occupavit, sed ὀνείρατι. GESN. Ὄναρ, pro κατ' ὄναρ, *per somnium*, frequens aliis, frequens Nostro. Tim. § 20 f. ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσι. Gall. cap. 1 f. ὅρα ὅπως μὴ, ὄναρ πλουτῶν, λιμώττης ἀνεγρόμενος· & vel centies alibi. Probe scivit hoc vir doctiss. probe etiam meminit: quare igitur ὀνείρατι malit, nescio; nisi quod τι forsan alibi non addat Noster. De accentu v. Κυϊντ. vid. fin. hui. Dial. Ceterum in marg. versionis Gesnerianae moneor, ut notas I. H. Maii inseram, quas ille in Dissert. super hoc Luciani libello, Giessae an. 1724, defendente I. Herm. Bennero, nunc ibid. Professore, edidit. Sed cum bibliopolae serio monuere, curarem, ne ultra tertium tomum haec editio excurreret; ut utriusque petitioni aliquid dem, potissima saltem indicando, vel excerpendo, inseram. Ὄναρ igitur Maius hic notat de *vero*, ἐνύπνιον de *falso* dici, ex Macrob. ad Somn. Scip. I, 3, Suid. Heliod. & Artemid. Id vero discrimen haud esse perpetuum, ex Luciani Somn. aliisque recte probat. Dein phrasin ὄναρ κελευσθεὶς pro κατ' ὄναρ Nostro asserit ex Pseudom. Gall. Chronosol. Theophyl. Aelian. & Ach. Tat. REITZ. Recte coniicis, Reitzi doctissime, illud τι ad ὄναρ adiectum, esse, quod me sollicitet, ut malim legere ὀνείρατι. Τι τοῦτο hic non intelligo: intelligerem τι τοιοῦτο. GESNER. *in Addend.*

ibid. Κυϊντίλλε) Altercatio fuit inter Herodem Atticum, &

Quintillios fratres, tum Graeciae praefectos: (Philostr. p. 545 & 559) ea autem coepta est circa annum Chr. CLXXI, Pythiaque CLXXXIX eo anno celebrata; siquidem, referente Philostrato p. 545 l. c. nonnulli dicebant, initium illius altercationis fuisse Pythiorum solemne, quod diverso iudicio concentum musicum auscultassent. Id enim Pythium solemne ad annum CLXXV, quo subsequens solemne CXC celebratum, referri nequit, uti ex sequentibus liquebit. Philostratus enim veram altercationis huius causam enarrans ibi scribit, Herodem tyrannidis apud Imperatorem, Quintilliorum literis accusatum: postea ipsum atque adversarios Imperatorem, tum in Pannonia bellum gerentem, & Sirmii degentem, adiisse; atque coram eo causam egisse (558 A.) vivente adhuc M. Aurelii uxore, ac filiola adhuc balbutiente, (& modo trienni, p. 561.) 558 D. Iam vero Faustina A. C. CLXXV sub hiemem obiit; atque paulo post Marcus epistolam ad Herodem scripsit, in qua cum de belli hibernis verba fecisset, in quibus tum erat, & uxorem deflevisset *recens mortuam*, addebat ἀπολογίαν pro iudicio, quod ante adversus eum in Pannonia tulerat. (p. 562, coll. cum 560 D.) I. MASSON. *Exc. ined.* Graeciae Praefecti erant sub M. Aurelio clarissimi fratres *Quintillii*, quorum inter ceterós meminit Lamprid. in Commodo c. 4, quem vide, & in eum Casaub. not. De fratre tam caro nihil habere Lucianum, miror. Horum alter consul fuit anno C. 177, alter 180. Prior etiam anno 159. V. etiam Dion. Cass. L. LXXII, p. 819, & not. ad Philostr. l. c. Κυντίλλιοι vulgo scribitur. Ed. postrema ex Ms. Κυντίλιοι habet. *Cardianum* & *Maximum* Dio nominat l. c. Pro *Cardiano* Wottonus pag. 251 *Sext. Q. Condianum* vocari debere docet. SOLAN. De huius nominis formatione plura Maius & Bennerus Diss. dicta, qui demonstrant, *Quintillus* & *Quintilius* non discrepare; sed quia nimis multa, & Solanus potissima iam dixit, non infero. REITZ.

ead. l. 3. Προσφέρωσι δῶρον) Προσφέρω σοι δῶρον. MARCIL. Libros etiam diebus natal. aliaque occasione donari solitos, ex Lucian. Cronos. Isocrat. ad Demon. observat Maius. REITZ.

ead. l. 4. Ὄναρ ἰδὼν) Sic Alciphr. III, Epist. 10. Theophr. Char. c. 3 & 16. Et Latini: *Somnium videre.* MAIUS.

ibid. Ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ) Nominalibus filii tui secundo geniti. GUYET. Vid. Elsn. ad Evang. S. Luc. I, 62. REITZ.

ead. l. 5. Συμβαλεῖν) *Divinando assequi.* De qua signif. leg.

Iac. Elsn. ad Evang. Luc. II, 19, qui nec praesentem auctoris locum indictum praetermisit. MAIUS.

ead. l. 6. Ὁ θεὸς) Homer. Il. A, 63, — καὶ γὰρ τ' ὄναρ ἐκ Διός ἐστιν. Et ex illo Plin. I, Epist. 18. Synes. initio lib. de Insomniis. MAIUS.

ead. l. 10. Πᾶσι) Utique scriptum hoc circa M. Aurelii extrema necesse est. Vid. not. ad Ἀλεξ. c. 56. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀπὸ τῆς τέχνης) Scil. *literarum*, ut recte appinxit Ant. Aemilius Aquensis in nott. Mss. & res clamat ipsa. MAI.

Pag. 115. *l.* 3. Ἐν ὑγιαιν. τῇ ψυχῇ) Iuven. X, 356: *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano.* SOLAN.

ead. l. 6. Αὐτὸν) Ita dedi pro vulgato αὐτόν· quod ut saepissime feci, ita ne monerem quidem, nisi Maius id animadverti iussisset, qui de αὐτὸν pro ἑαυτὸν suadet videndum Eustath. ad Il. E, p. 522 ed. Roman. & Hemsterhus. ad Dial. Luciani p. 23, ubi indicat, nihil hoc leviculo errore in Luciano aliisque frequentius. REITZ.

ibid. Ἐπιμήκιστον) Maius in Dissert. super hoc Dial. duplici nomine reprehendit Stephanum, quod ἐπὶ μήκιστον rectius discretim scribi, & χρόνον intelligi coniiciat. Ego, etsi μήκιστον adverbii vice fungi, Maio concedam, immeritam tamen alteram censuram existimo. Nam licet & alia sic iuncta invenias, ut ἐπιδεύτερον & similia; eadem tamen in edd. vetustissimis disiuncta reperias, ut iam notavimus in variantt. lectt. & in ἐκποδὼν, quod & ἐκ ποδῶν scribitur, non semel vidimus. Talia connectuntur, separantur, pro arbitrio describentis, & de his litigare non maioris est momenti, quam si ambigas, *priusquam*, *antequam*, *quomodo*, & sexcenta simil. iunctim an separatim sint exaranda. Quod vero Maius pro argumento assumat, etiam Amstelodamens. ed. ἐπιμήκιστον iungere, id nihil omnino ad rem facit, ex hac enim omnium vitiosissima & novissima, de vetere orthographia nihil recte concluditur. Nobis placeret analogiam sequi, & *Fl.* lectionem servare, nisi iam alibi ἐπιμήκιστον edi passi simus. Vid. Gymn. c. 26 pr. & recte notantem Hemsterh. ad Dial. Mort. VI, 5, quo vetustiores sint membranae, eo magis talia separare; sed nihil referre, utrovis more scribas. Ita & ὅτι μάλιστα & ὅτι μάλιστα promiscue invenimus, aliaque, de quibus in praefatione forsan monebimus. REITZ.

ead. l. 12. Ὅμηρος λέγει) Il. A, 250. SOLAN. Addit Od. Γ, 245, Maius; & Martial. VIII, 6; Gell. XIX, 7; Ovid. Met. XII. REITZ.

ead. l. 14. Ἐξ γενεῶν) V. Spanh. ad Callim. p. 638. SOLAN. Sex, septem, immo novem durasse aetates Tiresiam, fabulae volunt. Lege Phleg. Trallian. c. 4, If. Tzetz. ad Lycophr. pag. 76, Barnes. ad Eurip. Bacch. 175, Barth. ad Stat. Theb. IV, p. 1066. De varia notione vocabuli γενεᾶς vid. I. Alb. Fabric. Bibl. Gr. I, c. 30, § 15, Schmid. ad Matth. XI, 16, Eustath. Il. A, p. 97, & Censorin. c. 5. MAIUS.

ead. l. 15. Θεοῖς ἀνακείμενον) Verte, *religiosum, Diis devotum*, auctoritate Pollucis I, s. 20. Unde simul constat, quare statim Noster de magis scribat: γένος — θεοῖς ἀνακείμενον. MAIUS.

Pag. 116. *l.* 1. Ἱερογραμματεῖς) Vid. H. Stephan. ad Diod. Sic. I, c. 16, N°. 26. Et Trotz. Dissert. de scribis, Hugoni de prim. scrib. orig. annexam. Multa quoque Maius in dissert. saepe dicta hic affert ex I. Gul. Steinheilii nott. Mss. ad Heliod. II, 28, p. 109. Magicasque in horum libris disciplinas traditas fuisse, item de arte coniectandi atque amuletis. Sed nimia, quam ut inserantur. REITZ.

ead. l. 2. Ἀσσυρ. δὲ καὶ Ἀρ. οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων) Hi enim, aeque ac Chananaei & Idumaei, fabulatores nuncupantur, quod parabolice solerent disputare, ut ex Theodoreto in Baruchi c. 3 notat Bern. Aldrete in Antiguedades de Espanna &c. qui h. l. Luciani proferens ἐξηγητὰς *doctores, commentatores, glossularios* exponit; qua ratione opus haud est receptam sollicitare lectionem, & pro μύθων substituere μυστηρίων, cum I. Clerico Comment. ad Genes. V, 27, pag. 46; inprimis cum constet, ipsa rerum & naturalium & sacrarum mysteria fabulis cooperta fuisse apud Orientales. MAIUS.

ead. l. 3. Βραχμᾶνες) Centum annos vivere modicum eos putasse, ex Ambros. pag. 59; centum quinquaginta ordinarium, ex Palladio de Gentib. Ind. & Brachmanib. pag. 3 probat I. H. Maius. REITZ.

ead. l. 4. Μάγοι) Magorum Aegypti longaevorum meminit Isocr. Busir. p. 534, & Phoeniciae in Olympiodori vita Platonis p. 587. Adde Plin. Hist. nat. XXV, 2. Haec ex Maio, cetera omitto. REITZ.

ead. l. 6. Χωρασμίοις) Stephan. de urb. Χοράσμιοι, prima brevi. REITZ.

ead. l. 10. Ἔθνη ὅλα μακροβ.) Sic *Homeritae* μακρόβιοι dicti apud Phot. Cod. 64, pag. 38. *Hyperborei*, teste Plinio IV, 12. *Numidae*, fide Appian. 64. *Arcadum* reges; vid. Censor. c. 5, Serv. ad Aen. VIII. *Britanni* senium anno CXX inchoan-

tes, Plut. de placit. philos. V, 30. *Cyrnaei*, Stephan. Byz. in Κύρνος, aliique apud Gurtler. origg. mundi I, cap. 20, s. 7. *Esseni* olim inter Iudaeos, quos ob frugalem vitam centesimum ut plurimum annum excessisse scribit Iosephus de bello Iud. L. II, pag. 729 ed. Gr. *Bas.* fuitque illis potus ὕδωρ ναματιαῖον, secundum Philonem Iudaeum de vit. contempl. p. 894, quod mox Noster de Seribus etiam refert. Excerpsi ex Dissert. Maii, nonnulla omittens. REITZ.

ead. l. 11. Σῆρας) De his dicenda praeripuit G. H. Ursinus Dissert. miscellaneis paternis annexa, p. 360 seqq. MAIUS.

ibid. Τριακοσίων) Geographus Graecus incertus in Antiq. orb. descript. ita de Seribus pag. 4: θνήσκουσι δὲ παντελῶς ἑκατὸν δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν. MAIUS.

ibid. Οἱ μὲν τῷ ἀέρι &c.) Vid. Amm. Marcel. L. XVI & XXVII. Addatur Hippocratis liber de aëre, aquis & locis, & H. Meibomii Epist. de Longaevis ad Sereniss. ducem Augustum Brunsvic. MAIUS.

ead. l. 13. Ὑδροποτεῖν γάρ φασι τὸ ἔθνος) Ms. γένος, ut paulo ante γένη ὅλα μακρόβια, totae gentes. Sic apud Latinos *genus* frequenter pro populo. *Velox genus* apud Florum de Gallis, & alibi; quin & interdum accipitur pro genere humano, ut docti viri ad Senecam Tragicum notarunt. GRAEV. Theae usum huic genti hodieque familiarem respexisse videtur; quamvis non invitus concesserim, hac voce vulgo abstinentiam a vino tantum designari. SOLAN.

ead. l. 14. Καὶ Ἀθῶτας) Plin. VII, 2, eos, qui in Atho monte habitant, centenis quadragenis vivere, testis est. Mirum, si Noster hic in mendo non iacet, ac pro Ἀθῶτας, legendum Ἀθώους. Ita enim Steph. Byzant. in Ἄθως· τὸ τοπικὸν Ἄθωος, χωρὶς τοῦ ι, καὶ Ἀθώους τοὺς ἐνοικοῦντας. MAIUS. Cetera omittere cogor. Vide Steph. Ἀκρόθυνοι, & not. Berkel. REITZ. Ἀζώτους coniiciebat cl. Bel. de Ball.

ead. l. 15. Χαλδαίους) Ecce, quam accurate magos a Chaldaeis seiungat, quod & Strabo XVI, p. 723, & Curt. V, 1, fecere: illi enim sacris operabantur, *haruspicum fratres* ideo ab Arnobio L. IV, p. 134, dicti; hi astrologiae vacabant. V. Th. Gale ad Iamblich. de myst. p. 287, & Cleric. Indice ad Stanl. Hist. Philos. Orient. voce *Magus*. MAIUS.

Pag. 117. *l.* 1. Ὀξυδορκίας — φάρμακον) Vir insignis I. Clericus Art. crit. part. II, s. 1, c. 12, § 9, ambiguam hanc ait constructionem, quia significat *medicamentum*, *quo perspicaciores fiant*, non quo dematur perspicacia; recte quidem,

ſed mens Noſtri ex ſeqq. ſatis perſpicitur, & eod. modo Diod. Sic. ἀθανασίας φάρμακον nominat L. I, c. 25. MAIUS. Omitto, quae addidit de medio voc. φάρμακον ſignificatu, ſatis noto, ſed ad conſtructionem reciprocam nihil faciente, quae in genitivo potius latet, de cuius conſtructione ambigua ſatis egi in libello de Ambigg. ut: *caedes, vulnus illius*, in utramque partem &c. Adde hic potius Diod. Sic. III, c. 3 f. καὶ τῆς τῶν Αἰγυπτίων ἀποικίας· quod & ibi plane oppoſito more, quam alias, exponendum, nempe *coloniae in Aegyptum deductae*. REITZ.

ead. l. 12. Τὴν πρώτην) Aemil. in nott. Mſſ. τὴν πρώτην hic adverbii more accipiendum recte docet &c. MAIUS.

ead. l. 13. Τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατηγικοὺς ἄνδρας) Τοὺς βασιλικοὺς καὶ στρατιωτικοὺς ἄνδ. MARCIL.

ibid. Βασιλικοὺς) Eos Noſter innuit, qui aut regio ſanguine orti, aut regiam dignitatem adepti fuere. Sic de Salt. cap. 64, βασιλικός τις ἄνθρωπος. Vid. Raphel. ex Polyb. ad Ioan. IV, 46, & Periz. ad Aelian. II, 20, p. 100. MAIUS. Adde notam L. Bos ad Salt. l. d. REITZ.

ead. l. 14. Ὧν ἕνα καὶ εὐσεβεστάτη) Ὧν ἕνα ἡ εὐσεβεστάτη καὶ μεγ. MARCIL. Vixit M. Aurelius, de quo haud dubie hic ſermo eſt, annos LIX: cum haec ſcriberet Lucianus, annum agebat circiter... SOLAN. Quis ille *unus?* Neglectum hoc a commentatoribus. Forte *Avidius Caſſius* erit, ſtrenuus ſub M. Antonino Philoſopho belli dux. Vel potius *Claudius Pompeianus*, gener M. Antonini, qui πρεσβύτατος vocatur ab Herodiano I, 6, addente, eius dicta ipſum Commodum reveritum fuiſſe. Et haec vivente ac florente adhuc illo *uno* ſcripta ſunt, quem divellit ab Imperatore Noſter, eiuſque favore ad ſupremam dignitatem evectum fuiſſe ſcribit. (Cetera, quae Maius ex Steinheilo ſuo inſeruit, addere non licet.) MAIUS.

ibid. Καὶ εὐσεβεστάτη) Mallem cum Marcil. ἡ εὐσ— vertoque εὐσεβεστάτην τύχην, *benigniſſimam* fortunam, quia εὐσεβὴς quandoque *benignum*, *clementem*, denotat; v. G. Cuper. append. ad Hom. apotheoſin pag. 286 f. Niſi potius legend. ὧν ἕνα καὶ εὐσεβέστατον ἡ μεγάλη. Porro αὐτοκράτορος τύχη eſt periphraſis pro *Imperator fortunatiſſimus*. Vid. Vechn. Hellenolex. L. II, c. 8, Sciopp. ad carm. Priap. pag. 39, Phil. Carolum ad Gell. p. 355, Muretum var. lect. III, 4. MAI. Sed quid ſi ſolo καὶ tranſpoſito ſanetur locus? REITZ.

ibid. Εὐσεβεστάτη μεγάλου) Poteſt fieri, ut hoc nomen

ſpeciatim ad *Antoninum Pium* reſpiciat. Nihil tamen prohibet, quin hic periphraſin eſſe dicamus tralaticii tituli, *Pius, Felix, Auguſtus*. Nam cum *μεγάλη τύχη* ei tribuitur, poteſt quidem locum habere illa itidem uſitata ratio, qua Fortunam Imperatoris pro ipſo Imperatore poni conſtat; ſed neque eſt, quod impediat, quin ad illam Felicis appellationem referatur. *Θειότατον*, de vivo acceptum, reſpondere Auguſto, non eſt dubitandum. Nempe non verſamur hic in Plutarcho aliquo aut Dione, qui Romanarum rerum, quas accurate norunt, ſervant etiam certa nomina; ſed in Sophiſta, quem alias quoque multum ſibi indulgere in his novimus, qui *ἁρμοστὴν* dicat Praeſidem provinciae, qui *νουμηνίαν μεγάλην* Kalendas Ianuarias &c. verbo, qui non Graecis commendare Romana, ſed Romanis Graeca ſtudeat. GESN.

Pag. 118. *l.* 1. *Ἕξεως*) *Habitudo corporis* hic videtur notari, dicit Aemil. in not. Mſſ. nec repugnamus. MAIUS.

ead. l. 5. *Ὁ εὐδαιμονέστατος*) Nullum enim bellum geſſit, contentus domi res ſuas agere, & ſacra in ordinem cogere. MAIUS.

ead. l. 7. *Ὀγδοήκοντα*) Conſentit Plutarch. in vita eius p. 74. Tres & quadraginta annos regnaſſe, vult Livius I, 21, ac Eutrop. I, 2. Quadraginta vero & unum, Paulus Diac. I, pag. 42, & Caſſiod. in Chronico, p. 1322. MAIUS.

ibid. Σέρβιος δὲ Τούλλιος) Collige annos vitae ex imperii. Dion. Halic. IV, pag. 242, quadraginta annis circumſcribit magiſtratum eius. Liv. I, 48, adiicit quatuor annos cum Eutr. I, 6, & Sext. Rufo Breviar. pag. 3. Ex quibus emendandi Paulus Aquilegienſis diaconus L. I, p. 44, & Caſſiod. l. d. annos 33 tantum tribuentes. MAIUS.

ead. l. 11. *Ἐνενήκοντα*) Conſentit Dion. Halic. VI, pag. 358. MAIUS.

ead. l. 14. *Καὶ τὰ ἐπιτ. ἐκ.*) Excidit hic pars magna ſententiae. *Fl.* quidem habet aliquid, ſcilicet *καὶ μετ' αὐτοὺς*, ſed nondum ſic expletur lacuna. SOLAN.

Pag. 119. *l.* 2. *Τὸν ἐνταῦθα ἀέρα*) Hinc colligere licet, ſcriptum hoc Romae. SOLAN. De Romani coeli qualitatibus ſcripſerunt Io. Baptiſta Donus, Marcilius, Cognatus, Alex. Petronius, & noſtra memoria Io. Maria Lanciſius in ampla Diſſ. edita Rom. 1711, qua ſalubritatem aëris iſtius adſtruit. MAI.

ead. l. 3. *Τελείους — εὐχὰς*) Curavimus excudi *τελείας*, ait Maius. Ego nondum. Vid. *ἀναγκαίου τροφῆς*, item *γυναικεῖοι σύνοδοι*, & ſimilia, defenſa Amor. c. 27. REITZ.

ead. l. 4. Πρὸς τὸ εἰς μήκιστόν τε, καὶ λιπαρὸν τὸν πάσης γῆς, καὶ θαλάττης δεσπότην, γῆρας ἀφικέσθαι, τῇ ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ βασιλεύοντα ἤδη, καὶ γέροντα) Sic distinxit Benedictus, addita ineptissima versione, *longissimam ac plenissimam tota terra marique dominantem senectutem, iamque in suo solo regnantem & senescentem assecuti.* Quid enim? an Lucianus, tersus ille & liquidus, dicit senectutem dominantem terra marique? Porro cur iam in suo solo regnat? an etiam ante regnavit in alieno? Nihilo melius prior Obsopoeus, & *longissimam ac plenissimam tota terra marique dominantem senectutem, iamque in suis locis regnantem & senescentem consequamur.* Fatue de se vel assecutis vel consequentibus loquuntur uterque. Verte, ut clare sonant verba, & ratio inculcat: *quo ad longissimam ac plenam senectutem veniat terrae universae ac maris dominus, orbi suo imperans nunc iam senex.* Hoc enim intelligit votum, ut princeps, qui iam erat senex, maturam quoque adepturus esset senectutem. GRON. Λιπαρὸν &c.) Ita hunc locum per incisa divisimus, (uti & ego iam feci) qui sine sensu vertebatur: vidit aliquid Iac. Gronov. in totam vero textus dispositionem non penetravit; vidit quoque Aemil. in Ms. monens: refer ad ἐλπίδας vel εὐχάς. Πρὸς τὸ ἀφικέσθαι τὸν δεσπότην εἰς μήκιστον. Ceterum phrasis λιπαρὸν γῆρας Homerica est, quam illustrat Eustath. ad Odyss. Λ, pag. 1676. MAIUS.

ead. l. 5. Δεσπότην) *M. Aurelium* iam senem, paucos ante mortem annos, cum ad sexagesimum vix pervenisse tradatur. SOLAN.

ead. l. 6. Ἑαυτοῦ οἰκουμένῃ) Romanum denotat orbem, qui sic passim vocatur ab Historicis, Polyb. VI, 48; Zosim. II, 7, Herodian. V, 2; ab Oratoribus, Libanio Or. fun. in Iulian. p. 290 & 366, Athenag. in Legatione pro Christianis sub init. ac pag. 14. Adde Commentt. ad S. Lucae II, 1. Noster paulo ante, τὴν αὐτοκράτορος οἰκουμένην. Imperatorem vero innuit M. Ant. Philos. sub cuius imperio extremo scripsisse videtur hunc tractatum, eoque γέροντα eum appellat &c. MAIUS.

ead. l. 7. Ἀργανθώνιος) Herod. I, p. 42. SOLAN.

ibid. Ταρτησσίων) Ita ex Herodoto emendandum fuit, pro Ταρτησίων, quod in omnibus impressis reperio. SOLAN. Ταρτησσίων scribendum etiam probavit Maius. Ex Plin. III, 1. Ex Stephan. Byzant. Arrian. Strabon. & Appian. Al. cui addit de ipsa Tartesso fuse differentem Aldrete, lib. III, c.

12, *Del Origen, y principio de la lengua Castillana.* REITZ.

ibid. Πεντήκοντα) Atqui Herodotus, quem auctorem adducit, CXX tantum annos in impressis hodiernis ait vixisse; Anacreon vero in fragm. CL ei annos tribuit; Val. Maxim. VIII, 14, octoginta annis patriam rexisse ait, cum ad imperium sexaginta annos natus accessisset. Cuius rei certos esse auctores ait. Asinium tamen Pollionem affert, qui eum CXXX tantum annos implevisse commemorat. SOLAN.

ead. l. 8. Ὡς Ἡρόδοτος) Sed qui CXX annis vitam Arganthonii metitur, L. I, S. 163; ex quo Cic. de Senect. & Valer. Max. VIII eundem annor. numerum 120 repetunt. BENNER.

ead. l. 9. Ἀνακρέων) Testes adducit, non exempla, ne eres; quippe qui hic de regibus agat, non historicis aut poëtis. De Herodoti loco iam dictum est. Exstat Anacreontis fragmentum ed. Steph. p. 77 B. C. ubi CL numerus reperitur. SOLAN. Od. 68. Adde Strab. & Plin. qui eundem annor. numerum tuentur. Asin. Pollio centum & triginta annos ei tribuit. BENNER. Plura Maius ex Phleg. Trall. cap. 4, additque: ipsum Arganthonii nomen habere quid ominis alludens ad *Arc-antho*, quod sonat πολυχρόνιον, ex Sam. Bochart. Geogr. Sacr. part. II, L. I, c. 34. Adscripsit *Benner.* Trecentos ei assignat Sil. Ital. III, 396. Vinetus malit ter quinos, ut ita Silio cum Anacreonte conveniat. REITZ.

ead. l. 10. Ἀγαθοκλῆς) Senem vocat Iustin. 23, 2; Ael. V. H. XI, 4. Non nisi 72 annos vixisse contendit Diod. Sic. in Eclogis lib. XXI. MAIUS.

ead. l. 11. Δημοχάρης) Vid. Voss. de Hist. Gr. I, 11, p. 68. Periz. ad Aelian. III, 7. Meurs. Biblioth. Att. T. X Thesaur. Ant. Gr. Gronov. col. 1479. MAIUS.

ead. l. 12. Τίμαιος) Meminit Noster iterum infra, & Schol. ad Asin. ac Polyb. XV, 33, pag. 1003. Tauromeni in Sicilia natus, scripsit Athenis; Plut. de exsilio pag. 605. Vid. omnino Diod. Sic. princ. L. V. Sed quid in eo laudandum, quid reprehendendum, vid. Longin. de sublim. S. IV. Consule & Voss. & Meurs. ad Hesych. Milesi. p. 203—4. MAIUS.

ibid. Ἱέρων) Nonagesimo obiisse anno testatur Liv. XXIV, 4, & Val. Max. VIII, 13. MAIUS.

ead. l. 14. Δημήτριος — Καλλιστιανὸς) Mendum est in nomine huius Demetrii: nullibi enim de Callista urbe, nec de historico illo Callistiano mentio facta est. Lege confidenter Καλλατιανὸς, de quo Dion. Halic. περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, Diog. Laërt. in Demetrio, ubi ait, eum scripsisse de Asia

& Europa, L. 20. Theocriti Schol. ad Idyll. 1, ubi eum de Siciliae rebus scripsisse patet; alii plures. Calatis vero seu Calatia (nam utrumque invenitur) urbs fuit Thraciae ad Pontum Euxinum, de qua Scylax, Diodor. Strabo, Memnon, Steph. & alii. PALM. Corrigendum Καλατιανός. Vide nos ad Laërt. MENAG. Καλατιανὸς) Variant hic emendatorum sententiae. Vossius Καλαντιανὸς legit, de Hist. Gr. 552; vide eundem de Poëtis Gr. ubi Καλατιανὸς, monente I. de la Faye, legitur. Et omnino apud Diog. Laërt. in edd. Steph. ita scribitur. Vide Men. not. pag. 131, & p. 13 A. B. Quod & secuti sumus. In libris enim nostris omnibus hic legebatur Καλλιστιανός. De eo Diog. Laërt. pag. 134 D. Vid. Dion. Hal. π. συνθ. & Steph. Byzant. in Ἀντίκυρα. SOLAN.

ead. l. 15. Ἀντέας) Ἀτέας nondum ausus sum edere, etsi omnino sic legend. credo cum Steinheil. id etiam in Differt. Maii probante ex Plut. Apopht. pag. 128, & de fort. Alex. serm. p. 248, ac Iustin. III, 2, eundemque esse, cuius epistolam satis Laconicam profert Clem. Alex. L. V, p. 561, licet Ἀτοίας ibi vocetur; nam & ibi quidam Codd. Ἀντέας habent, ut monet ed. Oxon. REITZ.

Pag. 120. *l.* 1. Βάρδυλις) Ita plerique impressi. *l.* Βαρδύλλιος. *V.* 2. Βάρδυλος. SOLAN. Geminato λ Plut. Vit. Pyrrh. p. 387, & in Hellad. Chrestom. col. 955 Βράδυλλις, quod tamen in Βάρδυλλις mutandum. MAIUS.

ead. l. 3. Εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη) Hoc est, *nonagenarius*, ut recte Scholiasta, & locutio τελεῖν εἰς ἄνδρας, quam affert, exstat apud Nostrum in Fugit. c. 12. MAIUS. Adde T. I, Tim. § 20, τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. REITZ.

ead. l. 4. Τήρης δὲ ὁ Δρυσῶν) Ὀδρυσῶν. MARCIL. Ὀδρυσῶν) Uti legendum censuerant viri doctissimi, Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, sic legitur in Ms. ut tam foeda menda diutius non sit toleranda. GRAEV. Ὀδρυσῶν recte in Veneta utraque legitur, ut Ἐτ. Δ. IX. In reliquis prave ὁ Δρυσῶν. SOLAN. Ὀδρυσῶν firmat etiam Maius, Odrysarumque regem *Teren* nominari a Xenoph. Cyr. VII, pag. 411: ἀλλὰ Τήρους τοῦ Ὀδρύσου ἀρχαίου τινός. Firmavit Palm. ex Thucyd. L. II, ac Menag. ad Diog. Laërt. L. II, ed. I, pag. 62 E. Coniecerat etiam Guyetus. REITZ.

ead. l. 5. Θεόπομπος) De hoc historico vid. commentt. ad Longini Sect. 43, Meurs. ad Hesych. Milesi. p. 185, Periz. ad Ael. III, 18, p. 223, Voss. de Hist. Gr. I, 7. De eius opere θαυμάσια inscripto Maussac. Diss. Crit. p. 387. MAIUS.

ibid. Ἀντίγονος — μονοφθ.) Unde & Cyclops cognominatus fuit. Cael. Rhodig. ant. Lect. XXI, 38, p. 838. MAIUS.

ead. l. 10. Ἱερώνυμος) Et miles, & legatus, & historicus fuit, Diod. Sic. XVIII, p. 650. Antigoni legatum ad Eumenem fuisse discimus ex Plut. Eum. p. 590. Scripsisse de successionibus tradit Ioseph. I Adv. Apion. pag. 1050; centum & XL annos a tergo posuisse Noster infra innuit. MAIUS. Immo de successoribus Alex. M. περὶ τῶν διαδόχων. Vid. Voss. de Hist. Gr. I, 11, I. GESN.

ibid. Λυσίμαχος — ἔτος ὀγδοηκοστὸν) Iustinus XVII, 1, *quatuor* & LXX tribuit. LXX tantum App. Alex. in Syr. pag. 209. MAIUS.

ead. l. 15. Μήδιος) Scias, Medium notari Larissaeum, historicum, & cum Alex. M. militantem. Strab. XI, p. 509. Ἀντιγόνου φίλον Plut. in Demetr. p. 896. MAIUS.

ead. l. 16. Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου) Probo magis Obsopoeum, vertentem, *Antipater patre Iolao genitus*, quam Benedictum posteriora omittentem, ut apparet, quia & filium Antipatri Iollam vel Iolaum in historia Macedonica audierat. Nam licet id ita sit, & habuerit eo nomine filium; utique & potuit patrem eo nomine habuisse, quod in eius nepote, filio suo renovavit. GRON.

Pag. 121. *l.* 6. Ζῶν δὲ) Idem asserit & Plut. 607, 2, sed de duobus Luciani annis, ad rem suam non facientibus, nihil habet. Quod ideo observo, quia, ni me memoria fallit, id inter eos, qui de versione LXX Interpretum litigant, controverti vidi. SOLAN.

ibid. Δυοῖν) Non sperno *Fl.* lectionem: nam δύο saepe indeclinabile est, ut Asin. c. 9, δύο μηρῶν σπάσας. At si quis hoc aliter construendum velit, videat Aesop. fab. 145, ἀλεκτόρων δύο μαχομένων. Long. Past. I, p. 33, δύο βοῶν, δύο κεράτων, ταῖς δύο χερσὶ λαβόμενος. Noster rursus Alex. c. 53, ἐν δύο βιβλίοις· & 55, στρατιώτας δύο· 2 Ver. Hist. c. 37, δύο πληραμάτων. Iterum Asin. 12, δύο χόνδρους λαβοῦσα. REITZ.

ead. l. 8. Ἀδελφῶν δὲ Φιλέταιρος) Vide Spanh. 511, qui recte emendat. Prave enim antea in omnibus nostris libris legebatur ἀδελφῶν. Φιλαίτερος δὲ, duplici, ut vides, mendo. SOLAN.

ead. l. 9. Φιλαίτερος) Quod si Spanh. de Us. & praest. num. Diss. VIII, pag. 511 ed. Lond. vel maxime non monuisset, mutandum hoc nominis in Φιλέταιρος, tamen hoc ex Strab. XIII, p. 595, Appian. de bell. Syr. p. 209, aliisque constaret.

MAIUS. Idem iam vidit Almelov. in ed. *Amst.* eundem advocans Spanh. Adde supra Scholion secundum ad Tox. & Thucyd. III, c. 82, ubi recte editum φιλέταιρος, licet tres Codd. habeant φιλαίτερος. REITZ.

ibid. Περὶ Πέργαμον ἀρχὴν) Ἡ περὶ Πέργαμον ἀρχὴ est ipsum imperium Pergamenum. Sic τὰ περὶ τὸ ἱερὸν, *templum*, in Heliod. VII, 11, p. 320: τὰ περὶ τὴν χώραν *regio*, ap. Isocrat. in Areop. ab init. &c. MAIUS.

ead. l. 11. Ἄτταλος) De variis Pergamenor. regibus Attali nomen gerentibus, vid. Scalig. can. Isag. XIII, p. 320, 321, & Cellar. hist. antiq. p. 50 seq. MAIUS. Non confundendum hunc, quod factum a Scaligero, cum Philometore Attalo Eumenis filio, cuius hic Philadelphus frater fuit, ostendit Spanhem. Diss. VIII, p. 512. GESN.

ead. l. 12. Φιλάδελφ.) Vide eundem Spanh. 512. SOLAN.

ead. l. 16. Κτίστης) Vide Spanh. 479. SOLAN. Hunc titulum egregie illustravit laudatus modo Spanhem. diss. IX, p. 561 seq. GESN.

ibid. Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων, ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε, βιώσας) Sic distinguunt viri docti, & ad hunc distinctionis canonem formant quoque versionem, quasi Lucianus annotari vellet, eum in Ponto mortuum fuisse: quod mihi ab hoc sermone alienum videtur, & distinguendum esse φεύγων ἐπὶ Πόντου, ἐτελεύτησε βιώσας &c. *Antigonum Coclitem fugiens in Pontum, mortuus est.* Quam fugae viam cum annotat, tacite dat intelligendum, qua occasione regni Pontici conditor exstiterit. Et sane sic loquitur rursus auctor in Navigio: Προϊόμεν δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κορίνθου διὰ τῆς ὀρεινῆς. Et alibi plura de hac constructione dicentur, cum persuaserint sibi viri docti debere hanc poni in quarto casu, sed temere. GRON.

ibid. Φεύγων ἐπὶ Πόντου) Haec iungere, & interpretari *fugiens in Pontum*, suasit Gronov. non satis recte, cum Graeca vix eum sensum patiantur. Nec iuvat virum doctum loc. ex Nostro, ubi προϊόμεν δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κορίνθου. Ibi enim ne verbum quidem φεύγειν occurrit, & reticetur ὁδὸν, & syntaxis tota alia est, & haec verborum mens: *procedamus via ad Corinthum ducente*, quo pacto bene ἐπὶ cum genit. effertur; at nostrae constructionis alia est necessitudo, ac φεύγειν cum ἐπὶ, quando motum ad locum involvit, post se habet accusandi casum. Sic ἐπὶ τὰ ὄρη ἀναφεύγειν in Arr. ἀναβάσει L. III, p. 201, & S. Matth. XXIV, 16, quod alias &

εἰς & πρὸς τὰ ὄρη φεύγειν dicitur. De ipsa Mithridatis fuga videndus Appian. Al. l. c. pag. 303. MAIUS. At possem pro Gron. alia afferre, ut Thucyd. V, c. 54, ἀπῆλθον ἐπ' οἴκου, *domum abierunt*; & cap. 55, διελύθησαν ἐπ' οἴκου, aliaque, si opus foret hic ita construere; iam nolim. REITZ.

Pag. 122. *l.* 5. Ἀνεσκολοπίσθη) Creberrime hoc verbo uti Lucianum, in Iud. Voc. in Tim. Contempl. Iov. Conf. Iov. Trag. Philops. ac de mort. Per. idemque esse, quod ἐκρέμασε, ostendit I. H. Mai. cum Appian. p. 362 in eadem historia vice eius ponat ἐκρέμασε, quod idem valere monstrat Lips. de cruce I, 4, p. 16, 17. Conf. Iov. Conf. c. 16, ubi Gesn. id reddidit *in palum agi*. REITZ.

ibid. Κῦρος) Obiit μάλα πρεσβύτης, dixit Xenoph. Cyrop. VIII, pag. 233. Verum de eius morte varia narrant scriptores. Adi Cellar. Hist. antiq. p. 14. MAIUS.

ead. l. 7. Ὄροι) Quid hoc sit, haud facile, credo, adstruent, qui hic ad *cippos* confugiunt. Ego, si scriptura haec genuina sit, malo *chronologiam* intelligere, quam *cippos*. SOLAN. Ant. Aemil. in nott. Mss. *Ipsi cippi, qui limites designabant, hic intelliguntur.* Tu vero lapides aut columnas intellige, λίθους, στήλας, exponente Iul. Polluce III, S. 85. Nam his, aeque ut tabulis aeneis, inventa artium, resque notatu dignas inscribebant veteres Babylonii, Aegyptii, Graeci, Romani; vid. Holstenium ad Porphyr. de vit. Pythag. p. 5 seq. Reines. var. lect. I, 22, p. 97; Huet. demonstr. Evang. prop. IV, c. 2, § 14; Marsh. can. chron. ad secul. XV, pag. 418; Fabric. Bibl. Gr. I, 11, p. 73 &c. MAIUS.

ibid. Ὀνησίκριτος) Huius historia exstabat, ut vides, Luciani aetate, ex qua confirmatur Xenophontis de morte Cyri narratio a vulgari tantopere abhorrens, quae a Tomyri obtruncatum tradit. De hoc supra ad Συγγρ. c. 40, & infra Περ. c. 25. SOLAN. Philosophus fuit ex Diog. Cynici contubernio, Plut. in Alex. p. 701; etiam historicus, ibid. pag. 691; nec non gubernator naviculae, ostendente I. Gron. ad Arr. VI, 2, pag. 237. MAIUS. De Onesicrito Aeginensi vid. Laërt. 6, 75; & de hoc nostro (nisi idem est) Astypalensi, Menag. ad Laërt. 6, 84. In ignem se coniecisse & periisse, docet Lucian. Mort. Peregr. BENNER.

ead. l. 17. Δεῖνον) Scripserat hic *Persica*; eique plurimum sese de Persicis rebus credere ait Corn. Nepos in Conone. Meminerunt Athenaeus & Diog. Laërt. Muret. Var. Lect. XI, 14. Addit etiam his Ciceronem a se ex Ms. Codice

emendatum de Divin. I, p. m. 228 A. recte, ut mihi quidem videtur. V. Voss. de Hist. Gr. & Periz. ad Aelian. VII, 1. SOLAN.

Pag. 123. *l.* 2. Ἰσίδωρος ὁ Χαραν.) Accuratissime de hoc agit Dodwell. peculiari Dissert. inserta T. II Geogr. minor. cura Hudsoni editorum. MAIUS.

ead. l. 4. Σιναρθοκλῆς) Quod de hoc Parthorum rege, & statim de *Mnascire* habet Noster, alibi vix reperias, immo vix nomina eorum deprehenduntur. Adeo verum est, quod Scalig. can. Isag. l. 3, p. 316, pronuntiat, multa ex ingenio divinare Onufr. Panvinium in texenda Parthor. regum successione, quam satis exploratam non habemus &c. MAIUS. Anne Σιναθρούκης; vid. Vaillant hist. Arsacid. pag. 78, adscripsit Wesseling. REITZ.

ead. l. 5. Παρθυαίων) Breviter Suid. Παρθυαῖος, ἀπὸ τόπου. Plenius Stephan. Byz. Παρθυαῖοι ἔθνος πάλαι μὲν Σκυθικὸν, ὕστερον δὲ φυγὸν ὑ μετοικίσαν ἐπὶ Μήδου &c. Mox ait, *Parthyaeos* a Parthis alios haud esse; quod uberius probat Salmas. ad Solin. p. 1196. Saepe Παρθυαῖοι apud Arrian. Exp. Al. M. pag. 179, 205, 207, 208, & seqq. itemque pag. 352 ed. Blancard. MAIUS.

ead. l. 6. Ἀπὸ Σακαυράκων) Si non poenitet coniecturarum in re obscura, cogitemus, an non huic populo nomen fecerint forte Graeci Σαρακαύλων, qui *in Sarracis* s. plaustris *pernoctare*, & habitare adeo atque vivere, solent. Fuerint itaque τῶν ἁμαξοβίων cognati. Barbarum plaustrum *Sarracum*, cuius hunc talem usum ostendit Scheffer. 2, 31. Firmat praesertim de Alanis, quo nomine fere totam illam Scytharum barbariam comprehendit, Ammian. Marcell. XXXI, 2, p. 671 seq. Gron. Sed est etiam *Saraca* Sarmatiae Asiaticae civitas, ab eadem forte origine dicta, e Ptolemaeo apud Cellarium pag. 756. GESN. Rara aut nulla huius populi Scythici alibi mentio. Sed *multitudo Scyth. populor. innumera*, ut ait Plin. VI, 17. Sin vero medica manu indiget locus, forsan legas Σακῶν καὶ Ἀριάκων, vel uno nomine Χαυρακῶν. Vel, ut Steinheil. Σακαραύλων, de quibus Strabo L. XI, pag. 593. MAIUS.

ibid. Καταχθεὶς) Marini vita Procli. SOLAN. Quid sibi velit hoc verbum, in ipsius historiae obscuritate, incertum est. Videtur tamen notare *reditum ab exsilio*. Notum est, saepe exsulare, qui propter spem imperii suspecti aut exosi sunt imperantibus. Puto igitur, hunc Parthorum regem exsulasse

apud Scythas; ut paulo post Artabazum Characenum regulum apud Parthos; utrumque suorum hospitum opera in regnum patrium deductum. GESN.

ead. l. 10. Ὑσπασίνης) Leopard. pag. 153 Σπ— legere iubet. SOLAN. Non ausim damnare diversam orthographiam nominis barbari. Cui ignotum, *Hispaniae*, *Spaniae*, *Espagnae* idem nomen? Quot verbis ab *Sp*, *Sb*, *Sch*, incipientibus *I* suum praeposuere Itali? Itaque servet per nos *Hyspasines* spiritum illum suum barbarum, quem Graeci primo per ὑ expressere; alii deinde omiserunt propter asperitatem, quale quiddam in *Hlodovaeo*, *Chlodovaeo*, *Ludovico*, factum novimus. GESN. Ὑσπασίνης, pro vulg. Σπασίνης, legendum, permultis etiam vincit Maius in Differt. saepe laudata. Menag. vero in ed. *Amst.* addiderat: Χάραξ Πασήνου. Ptolemaeo Susianae oppidum ad sinum Arabicum, inter Tigrim & Eubaeum flumina situm. Male interpres, *Characus*. De Isidoro Characeno mox sermo erit. REITZ.

ibid. Ἐρυθρὰν) Recte docere Reland. Miscell. part. I, Diss. 2, & Arabicum sinum ita nominari, & vastum id mare, quod Arabiam, Persiam, Indiam, totamque Asiam alluit; & sinum Persicum, cui *Charax* includebatur, esse maris rubri sinum, contendit MAIUS.

ead. l. 13. Ἀρτάβαζος) Qui XCV annum agens tradidit se Alexandro M. Curt. VI, 5. MAIUS.

ead. l. 17. Μασσανισσᾶς) Valerius Maximus ad centesimum usque deducit. V, 2. Alibi tantum nonagenarii modum excessisse ait, VIII, 14. SOLAN. Μασσανάσης scribitur apud Appian. in Pun. saepissime, & Μασανάσσης apud Suid. Plin. inter longaevos enumerat, quia LX annis imperio praefuerit. Per XC an. mundi incolam cum Nostro facit Appian. p. 107. Et Suid. Maiorem XC annis epit. Liv. L. Vid. & Val. Max. VIII, 13. MAIUS.

Pag. 124. *l.* 1. Ἄσανδρος) Spanhem. 488. SOLAN.

ead. l. 2. Θεοῦ Σεβαστοῦ) Multa hic Maius de nefanda illa adulatione Augustos *Dei* titulo ornandi in inscriptt. & sermone etiam, dum viverent; sed quae exscribere non licet. Adde mox cap. 21. REITZ.

ead. l. 4. Ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ) An sic legendum, ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ἑαυτοῦ ὑπὸ τὴν μάχην Σκριβ. &c. GUYET. Verti debebat: *ut autem vidit eos, qui sub ipsum pugnae tempus ad Scribonium deficiebant.* Ea historia exstat apud Di. Cass. L. 54. Scribonius, qui se a Mithridate ortum gloriabatur, re-

gnum Bospori affectavit, & ut ex hoc loco colligitur, defectione militum ad angustias maximas redactus: Asander rex Bospori inedia mortem sibi conscivit, in cuius locum regnavit Scribonius, qui expeditionis suae & regni affectati Augustum auctorem mentiebatur. Sed paulo post a Bosporanis ipsis, qui dolum deprehenderant, caesus est; & in eius locum regnavit Polemo, quem Vipsanius Agrippa contra Scribonium adornaverat. PALM. Non puto Graece dici posse τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ *milites in procinctu stantes*, vel *proelium iam ingressos*, quod postulat Palmeriana interpretatio; neque, quod Spanhemio placebat, Diss. 8, p. 488, *rem militarem Scribonio creditam.* Neque bene iunguntur ista, *cum videret milites in proelio a se deficere, inedia vitam finivit.* Bene iungas, *manus sibi intulit*, vel aliud celeris mortis genus. Ausim confirmare, neque hic de fortuna unius proelii sermonem esse, neque ostendi posse, qui sic vel *aciem*, vel *rem militarem* descripserit, οἱ ὑπὸ τῇ μάχῃ. Quid si igitur pro μάχῃ, quod profecto huc non convenit, legamus ἀρχῇ; Angebat senem τοὺς ὑπὸ τῇ ἀρχῇ, *cives suos, imperio suo subiectos*, paulatim se conferre ad Scribonium, ventosum hominem, & ementitis Augusti promissis homines, forte ipsam quoque coniugem Asandri, Dynamin, sollicitantem, quod facile colligas e Dionis verbis lib. LIV, p. 538 B. Sic certe posuisse in translatione, sine fraude fuerit. GESN.

ead. l. 6. Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος) Isidorus historicus, ut occupavit Benedict. vocatur Characenus, quia Charace oriundus fuit: sed deinde, mea ex sententia, scribendum Ὀμάνων, ita ut Goaesus *Omanorum*, qui regionem Turiferam (hoc additur, ut ab aliis eiusdem nominis populis distinguantur, quomodo & Plin. *Canam turiferae regionis* dixit) inhabitant, fuerit rex; totusque locus ita vertendus sit: *Goaesus vero, Isidori Characeni, ut ipse narrat, tempore, Omanorum, qui regionem Turiferam colunt, rex.* Sic sensus clarissimus, qui alioqui nullus. *G. Cuper.* Obs. L. 4, c. 18. ALMEL.

ead. l. 8. Ὀμανῶν) In impressis ὁ Μάνων. Kusterus Ὀμανῶν reponit, Omanensium, & adire iubet Steph. Byzant. v. Ὀμανὰ, quod ego secutus sum. SOLAN. An legend. Ὀμάνων plur. genitivo? *Menag.* Idem habet Guyet. in notis Mss. REITZ.

ead. l. 10. Βασιλέας) Atticos antiquos eos casus nominum in εὺς non contraxisse, nimis multis hic probat Maius. Adde Graev. ad Soloec. cap. 8, ubi ἱππεῖς soloecismus pronuntiatur. REITZ.

ead. l. 11. Πάντες οἱ περὶ π. ἔχοντες) Nimis aperte falsum, *omnes* literarum studiosos longaevos fuisse. Suspicor itaque legendum πάντως, quo adverbio ostendat auctor, non philosophos modo arctiore appellatione ita dictos, verum *omnino*; vel *in universum* homines literatos, se commemoraturum. Si tamen mutare quis quid dubitet, potest πάντας sumere παντοίους, ut πᾶσαν νόσον sanasse Dominus noster dicitur Matthaei IV, 23 &c. GESN.

ead. l. 14. Ἱστορουμένους) Audis profitentem, se dicturum de philosophis *longaevis* ἱστορουμένοις, quod hic ideo de iis intelligo, qui ex historia iam noti erant, quia Demonactis, quem mirabatur Lucianus, nulla mentio, cum tamen ad centesimum ferme annum vitam produxerit. Δημων. c. 63. Immo in vivis adhuc, cum haec a Luciano scriberentur, fuisse existimo. SOLAN. Ἱστορούμ— scripsit Solan. nescio num casu, an de industria. REITZ.

ibid. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδ.) Qui omnia ridebat, quemque Noster vicissim ridet in Vit. Auct. c. 13, quem toties laudat Aelian. & V. H. IV, 20, & de an. XII, cap. 16, 17, 18, 19, 20, eius absque dubio scriptum περὶ φύσεως in animo habens. Ab Hippocrate liberatum insania, relatum in fabulas ab Heumanno, in Act. Philos. part. IV, p. 670. MAIUS.

ead. l. 15. Τεσσάρων καὶ ἑκατ.) Alia de huius morte fama est apud Diog. Laërt. pag. 248 B. apud quem etiam mendum esse in numeris, ubi ρθ', pro ρδ', legitur, monuit Meursius, qui observat corruptum etiam Diodorum, cum annos tantum XC eidem Democrito tribuit L. XIV. Et male referri in Chron. Alex. ad Ol. CV annum secundum, vid. Lactant. pag. 298. SOLAN.

ead. l. 16. Ξενόφιλος — πέντε καὶ ἑκατὸν) Et quidem sine ullo corporis incommodo: quod solitarium esse, & id solitarium reperiri exemplum, ait Plin. MENAG. Idem de eo tradit Val. Max. VIII, 14, eundemque Aristoxenum auctorem affert, de quo vide Ciceronem Tuscul. I, 10; & in eum emend. Bentleii, cui illustrandae miror non esse additam scriptoris aetatem. Vixit autem circa Olymp. CXII. In Pythagoreorum indice comparet, quem ab Iamblicho concinnatum habemus, & inter Cyzicenos recensetur, pag. ed. Kust. 218; cum alibi, N°. 251, Chalcidensem dixisset. Quin ipse Pythagoras CIV annos vixisse traditur. Vide Photius Cod. CCXLIX. SOLAN. Praeter Val. Max. VIII, 13, vid. Plin. VII, 50, & Aelian. de an. II, 11, p. 87. MAIUS.

Pag. 125. *l.* 1. Ἀριστόξενος) Musicus & historicus, de quo, ut alios taceam, videndus est Rittersh. ad Malchi vit. Pythag. pag. 5. MAIUS.

ead. l. 3. Σόλων) LXXX tantum tribuunt Diogen. Laërt. p. 15 E. & Suidas. SOLAN. Meursii consule libellum de Solone, ubi cap. 30 de longa eius vita, cumulatis veterum testimoniis disserit. MAIUS.

ibid. Θαλῆς) LXXVII, vel XC, tribuit Diogenes p. 9 E. haud plures. SOLAN. Conspirat cum Luciano Syncellus in Chronico. Verum Apollod. anno LXXVIII, & Socrates nonagesimo ad plures eum abiisse volunt apud Laërt. I, 38. Attigisse an. XCII, contendit Stanl. in Solone c. 12. MAIUS.

ibid. Πιττακὸς) Non ultra LXXX concedit Suidas. Ultra LXX, Laërt. I, 79. SOLAN.

ead. l. 4. Κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν) Itaque de istis sapientibus dubitasse videtur Noster. Nec paria de numero, nomine arteque illorum tradunt auct. V. Phil. Carol. ad A. Gell. pag. 27; s. Larraeus in hist. VII Graec. sapientum, Gallice edita 1713 pr. part. I. MAIUS.

ead. l. 5. Ζήνων) Consentit Laërt. VII, 28; quamvis aliter Persaeum existimare indicet, quem proinde confutavit Stanlei. MAIUS.

ead. l. 6. Ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα) Diog. Laërt. eundem numerum agnoscit p. 171 B. Quamquam & alium auctorem adducit, LXXII tribuentem. SOLAN.

ibid. Εἰσερχόμενον) Aliquantulum discrepat Diog. Laërt. loc. cit. e schola enim prodeunti id accidisse ait, exclamasseque ex fabula Niobe, ἔρχομαι, τί μ' ἀϋεις; sed idem in Epigrammate F. eodem modo mortem eius tradi ait, quo a Luciano hic narratur, nisi quod de concione nihil habet. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐννέα) LXXX tantum tribuit Diog. Laërt. p. 206 F. mortemque aliter narrat. Valer. Max. VIII, 7, eundem cum Nostro numerum annorum tradit. SOLAN.

ead. l. 11. Ἀποκαρτερῶν) Quod Schol. & Suid. de laqueo dicunt, in dubium merito vocat H. Stephan. Thes. T. II, 1598. Exstabat titulo ἀποκαρτεροῦντος olim Philemonis Comoedia; v. eius fragm. p. 292. Utitur & Polyaen. VIII, 32, p. 769, Πορκία — ἀποκαρτερεῖν ἐπειρᾶτο, vertente Vulteio, *Porcia — inedia vitam finire conabatur.* Eod. sensu est ap. Dionem p. 440, διέφθειρεν ἑαυτὴν ἀποκαρτερήσασα. MAIUS.

ead. l. 14. Ἐξέλιπε τὸν βίον) Sic plene supra cap. 12 f. Et infra de Isocr. Alciphr. III, Epist. 28. Nonnunquam reti-

cetur βίος, Dion. Hal. IV, pag. 238. Arrian. Exp. Al. VI, 25. Zosim. I, 70. MAIUS.

ead. l. 15. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου) Vid. Diog. Laërt. pag. 241, & Clem. Alex. apud quos Δεξιδς dicitur pater vel Ὀρθομένης. SOLAN. C amplius annis vixisse, quorundam auctoritate nixus arbitratur Fabric. Bibl. Gr. II, 23, p. 757, qui tamen in nott. ad Sext. Emp. I, 12, pag. 270, XC amplius annos ex mente Laërt. & Luciani eidem tribuit. MAIUS. Sed in nott. ad Sext. Emp. I, p. 58, ait: *Lucian. in Macrob. annos ei tribuit unum & nonaginta. At hoc refellit ipse Xenophanes, XCII aetatis suae annum commemorans in versibus, quos servavit Laërt. IX, 19. Itaque in Codd. Luciani forte perperam scriptum a librariis υια' pro ϱα'*. REITZ.

ibid. Δεξίνου) Δεξίου scriptum est ap. Laërt. MENAG. Vid. Diog. Laërt. in vita Xenophanis, & in eam Commentator eruditissimus Aegid. Menag. ALMEL.

ibid. Ἀρχελάου) Sunt, qui nullum ei fuisse praeceptorem tradant; qui concedunt, a Botone Athenienſi doctum volunt. Diog. Laërt. ib. D. SOLAN.

ead. l. 16. Ἐν καὶ ἑνενήκ.) Censorinus de die natali ultra centesimum vitam produxisse tradit. (Certe Xenophanes ipse in versibus apud Laërtium ib. E. ait se vixisse LXVII & XXV, hoc est XCII. *I. de la Faye.*) Consule Scalig. ad Euseb. Chron. SOLAN.

Pag. 126. *l.* 1. Ξενοκράτης) Diog. Laërt. LXXXII tribuit Xenocrati, L. IV, p. 99 E. Meursius neutrum probat, quem consule de Arch. Ath. IV, cap. 12, 113 & 167. Is enim CIII vixisse contendit. SOLAN.

ead. l. 2. Καρνεάδης) Eundem annorum numerum & Diog. Laërt. habet in eius vita, p. 112 E. Apud Ciceronem & Val. Max. VIII, 7, ampliatum ferunt ad XC usque. SOLAN.

ead. l. 3. Χρύσιππος) LXXIII, apud Diog. Laërt. p. 209 A. Octogesimo anno relictam ab eo Logicam, quam ante quadragesimum inchoasset, Valer. Maxim. tradit VIII, 7. SOLAN.

ead. l. 4. Διογένης δὲ ὁ Σελευκ.) Babylonium vocat Diog. Laërt. p. 157 C. sed de aetate, cum de eo obiter tantum dicat, tacet. Diogenes autem Sinopensis nonagenarius prope decessit; vide eundem p. 156 A. quod miror a Luciano praetermissum. SOLAN. Fabr. Bibl. Gr. III, 15, p. 402. De memorabili eius senecta nihil asservatum est in antiquis, qui ad nos pervenerunt, auctoribus. MAIUS.

ead. l. 5. Ποσειδώνιος) Strabo XIV. De aetate silent. Sed

fuit is Ciceronis & Pompeii M. magister, quem cum Alexandrino confundit Suidas; vid. Voss. I, 24. Fuit etiam alius Posidonius Stoicus Alexandrinus Zenonis discipulus, de quo Diog. Laërt. p. 173. SOLAN. Consulendos de Posidonio, patria Syro, ex Apamea, sed Rhodio habito dictoque, quia Rhodi & philosophiam professus est Stoicam, & Remp. rexit, magno numero indicabit Fabric. d. l. p. 409. MAIUS.

ead. l. 8. Κριτόλαος) De quo Plutarchus, Cicero, Clemens Alexandrinus, & S. Empiricus. SOLAN. V. eundem Fabric. L. III, 11, p. 294, & Periz. ad Aelian. III, 17, p. 210. MAIUS.

ead. l. 9. Πλάτων) Hinc lusus de quadrato numeri novenarii apud Diog. Laërt. p. 70 C. SOLAN.

ead. l. 10. Ἀθηνόδωρος, Σάνδ.) Male interpres, *Athenodorus Sandonius.* Verte, *Sandonis filius,* & vid. nos ad Laërt. p. 15. MENAG. De hoc apud Suetonium nihil. Sandonis filium vertendum esse, monuit Menagius ad Laërt. XV, 1. Apud Clem. Alex. p. 20 A. ὁ τοῦ Σάνδωνος dicitur. Meminit huius etiam Plut. Publicol. ubi prave Σάνδων legitur pro Σάνδωνος. De secessu huius in patriam locus est Dion. Chrysost. illustris sane, in Or. ad Tars. fol. Ald. ed. 274. SOLAN. Cuncta apud Strab. XIV, p. 641. MAIUS.

ead. l. 15. Νέστωρ) Cuius meminit Strabo l. d. MAIUS.

ead. l. 16. Ξενοφῶν) Aetatis non meminit Diog. Laërt. mortuum tantum dicit anno primo Ol. CV. Haec autem Luciani verba omnes rationes Casauboni ad Athen. V, 17, conturbant, Xenophontemque a calumniis Athenaei abunde vindicant, si Casauboni emendationem admittas. SOLAN. Nostrum sequitur, quod ad aetatis annos, Stanlei. ac Fabr. Bibl. Gr. III, 4, p. 71. A Diod. Sic. XV, p. 497, ἰσχατόγηρως vocatur. MAIUS.

ead. l. 17. Οὗτοι μὲν φιλοσόφων) Omisit inter alios philosophos Theophrastum, qui teste Hieronymo Epist. ad Nepot. ultra septem & centum annos vixit. Quamquam & aliter Diog. Laërt. tradit, qui LXXXV annos ei assignat. Sed optime coniecit Casaubonus pro οθ' scrib. ρθ', ad Theophr. Char. p. m. 97. Consule Censorinum, qui plerosque longaevos philosophos (de die natali c. 15) nominat. SOLAN.

Pag. 127. *l.* 1. Κτησίβιος) Ex Phlegonte Tralliano patet, hic legi debere ἑκατὸν τεσσάρων, omisso εἴκοσιν, p. 167. (A. G. VIII, 2730.) SOLAN. Nemo omnium ex longaevis a Nostro recensitis, (si Nestorem, Arganthonium, ac Tiresiam, ad fabulis consecrata secula pertinentes, demas) vivendo

Ctesibium superavit, qui ultra CXX annos superstes fuit. Estque is terminus vitae longissimus. Pollio in vita D. Claudii post init. *Mosen solum CXXV an. vixisse; qui cum quereretur, quod iuvenis interiret, responsum ei, neminem plus esse victurum.* Adde Lactant. Inst. II, 12 f. Serv. ad Aen. IV, 653, Auson. in Gripho, & in Idyllio de aetatibus animalium, item Solonis & Mimnermi versus ap. Laërt. I, 60. At vero haec felicitas non contigit Ctesibio, nec supergressus est CIV annos. Diserte Phleg. Trallian. c. 2 de Longaevis: Κτησίβιος ὁ ἱστοριογράφος, ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ἐν περιπάτῳ δὲ ἐτελεύτα, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς δεδήλωκεν. Ad quae Meursius: *Uterque ecce Apollodorum auctorem laudat; ergo mendum in alterutro. Ac Phlegontem quidem nostrum lemma capitis tuetur: οἱ ἀπὸ ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν μέχρι ἑκατὸν δέκα ἀπογραφάμενοι. Itaque sine ullo dubio corrigendus Lucianus, scribendumque, ἑκατὸν τεσσάρων ἐτῶν.* De Apollodori χρονικῶν libris evolve Fabr. Bibl. Gr. III, 27, p. 668. MAIUS.

ead. l. 3. Ἱερώνυμος) Conf. supra c. 11. Nunc Phlegontem addo l. c. scribentem: Ἱερώνυμος ὁ συγγραφεὺς πολλοὺς μὲν χρόνους ἐν ταῖς στρατείαις ἀναπλήσας, πλείστοις δὲ τραύμασιν ἐν πολέμοις περιπεσὼν ἐτελεύτησεν, βιώσας ἔτη ἑκατὸν τέσσαρα, ὡς φησιν Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἑνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν, de quo Agatharchidis opere vid. Bibl. Gr. Fabric. III, 8, p. 207 seq. MAIUS.

ead. l. 10. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος) Ab Agathemere Geogr. I, p. 2, ἀνὴρ πολυΐστωρ vocatur; & talem fuisse, coniicimus ex innumeris eius scriptis, quae ubivis laudantur, de quibus fuse Voss. de Hist. Gr. IV, 5; in compendio autem Wilhelmus Worth in Tatiani orationem ad Graecos, p. 5. MAIUS.

ead. l. 11. Φερεκύδης) Vossius confundi hic duos Pherecydas a Luciano contendit. Unicum statuit G. Worth. ad Tatian. 14. Vid. Salmas. in Solinum 841 ed. Par. Diog. Laërt. I, S. 119, pag. 31, & Fabricius in Bibl. Gr. 779. Pythagorae praeceptor. Lactant. VII, 7 & 8. Porphyr. Vit. Pyth. N°. 1, & not. Diog. Laërt. p. 214, 6, & 31. Plut. 1539 f. rem aliter narrat. Adde Davisium ad Tusc. I, c. 16, cum add. Et Bentl. emend. Uterque Σύριος legi debere contendit. SOLAN. Vid. Meurs. ad Hesych. p. 212, & ad Hellad. Chrestom. 969. Unde coniici potest, pro Σύρος vel Σύριος (nam utrumque occurrit) in textu nostro legi posse Λέριος. MAIUS.

ead. l. 13. Κασανδρεὺς) Omnino scribendum Κασσανδρεὺς, quamvis vulgata lectio Aldinam quoque edit. occuparit. De

Aristobulo illo vid. Voss. I, 10, p. 54, 55. Et Fabric. Bibl. Gr. III, 8, p. 210. MAIUS. Nihil repugno; at nihil muto, quia & Κασάνδραν ap. Nostrum supra Imag. cap. 7, & alibi, item Κασάνδρου uno σ ap. Diod. Sic. p. 297 ed. *Bas.* ac saepe alibi. Licet Κασσάνδρη Homer. ubique. Item Apollod. XIII, pag. 210 &c. REITZ.

ead. l. 16. Πολύβιος) Voss. prae aliis adeundus I, 29, ubi hoc confirmatur. MAIUS.

Pag. 128. *l.* 2. Ἀμισηνὸς) Phoenicii Hypsicratis meminit Tatianus p. 128. Quem res Phoenicum lingua Ph. scripsisse narrat. Unde coniicit Bochartus, legendum hic Ἐμισηνός. Vid. Geogr. S. p. 862 A. cum *Emisa* urbs sit Phoenices notissima. SOLAN.

ead. l. 4. Γοργίας) Novem & centum tribuunt Quintilianus III, 1, pag. 125 C. & Suidas. Censorinus cum nostro CVIII. (de die nat.) Add. Val. Max. VIII, 14. CV Pausan. ed. poster. c. 17. SOLAN. Vid. Philostr. in vitis Sophistar. I, 29, & Olear. p. 494 a. REITZ.

ead. l. 5. Ἔτη) Octavum & nonagesimum impleviſse annum, a Quintiliano dicitur III, 1, p. 126 B. Suidas ad CVI usque perveniſse ait. Philostratus fere centenarium obiisse p. 506. Pausanias XCVIII, Att. I, qui & cetera confirmat. SOLAN. Inter senes collocatur ab Aelian. II, 35, Fulgentio pag. 171, Cic. in Cat. Mai. pag. 156. CV an. ei assignat Pausan. Eliac. poster. c. 17 f. CVII autem Cic l. d. pag. 152, & Val. Max. VIII, 13. CVIII Censorin. c. 4, Plin. VII, 48, Philostr. pag. 494. Novem supra centum, Suid. v. Γοργίας, & Quintil. Inst. III, 1. MAIUS.

ead. l. 9. Ἐνενήκοντα καὶ ἓξ) Discrepat Valer. Max. qui L. VIII, c. 7, ita scribit: *Isocrates nobilissimum librum, qui inscribitur* Παναθηναϊκὸς, *quartum & octogesimum agens, ita ut ipse significat, composuit... neque hoc stilo terminos vitae suae clausit: namque admirationis eius fructum quinquennio percepit.* Sed ibi error est in numeris, *nonagesimum* enim pro *octogesimo* legendum esse, ex ipso Isocrate patet; quam veram esse scripturam, Ciceronis de eo locus confirmat, de senectute. Quid ergo Luciano in mentem venit, ut XCVI diceret, quem ipse Isocrates diserte XCIV edidit? Dicam. Ex initio eius libri XCIV inceptum, ex fine autem eiusdem post exactum XCVI editum esse, constat. SOLAN. Adi Photium Cod. CCLX, pag. 793, Longinum pag. 12, Voss. de imit. Poët. p. 96, Periz. ad Aelian. XIII, 11. MAIUS.

ead. l. 10. Ἐνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν) Ultra XC annos vixisse, haud dubitandum. Cum enim nonagesimum ageret annum, interrogatus, ut viveret? dixisse fertur, *veluti ille, qui iam nonagenarius mortem iudicaret malorum extremum*, referente Stob. Serm. CXIV, fol. 108. Annos XCVIII ei adscribit Plut. vit. decem orator. p. 837. Iunge Philostr. vit. Soph. I, 17, p. 506, ἀπέθανε — ἀμφὶ τὰ ἑκατὸν ἔτη, & Tollium dicto libro, pag. 152. Solus Suidas CVI annos ei tribuit; quem cum secutus fuisset Dan. Nesselius, censuram experiri debuit Reimmanni in dissert. praeliminari ad Commentarios Lambecii contractos p. 97. MAIUS,

ead. l. 12. Εὐριπίδειον) Versus hic etiam adducitur ab Aristoph. Ran. v. 1255, Hesych. v. γλυκερῷ, & Plut. T. II, p. 837 E. KUSTER. Quatridui inedia vitam hac clade perculsum finiisse, tradit Plutarchus in vita eius; idemque non hunc versum tantum Euripidis ab eo tum prolatum, sed & duo alia fabularum eiusdem initia p. ed. Steph. 1539. Exstat inter Euripidis fragmenta in Phryx. v. 1. Habetur etiam apud Plut. 1539 f. qui haec paulo aliter narrat. Adi etiam Dionys. SOLAN.

ead. l. 14. Σιδώνιον) Legitur στίχος ille Euripideus in fragmento fabulae, cui nomen Phryxus, p. 503 ed. Barnes. Addantur eiusd. Bacch. 170. MAIUS.

ead. l. 16. Ἀπολλόδωρος) Vid. Fabr. Bibl. Gr. III, 27, pag. 670. MAIUS.

Pag. 129. *l.* 3. Ποτάμων) Multa scripsit, etiam περὶ τελείου ῥήτορος. Vid. Suid. Hesychium Milesi. & Senec. Suasor. 2, p. 656, qui *magni nominis declamatorem* appellat. Cave, misceas illum cum Potamone Alexandrino philosopho, de quo in Act. philos. Heumannianis part. II, pag. 330, & part. V, p. 848 seqq. MAIUS.

ead. l. 4. Σοφοκλῆς — π. καὶ ἑν.) Vid. Marm. Ox. 150, n. 78, ubi XCI tantum tribuuntur. Sed pro I legendum videtur Π, cuius latere uno obliterato, facile ex quinario unitas facta est. V. Plut. 1405, 2 f. Scaliger, Diodorum secutus, XC solum tribuit not. ad Euseb. Chron. 108 b. Hoc modo observari velim ex Plut. l. c. LV egisse annum Sophoclem, cum mortuus est Herodotus. Val. Max. VIII, 7, prope centesimum attigisse tradit; vid. fragm. Sotadis apud Grot. Flor. p. 399. SOLAN. Anthol. III, 25, p. 396: Ἐσβέσθης γηραιὲ Σοφόκλεις, ἄνθος ἀοιδῶν, Οἰνωπὸν Βάκχου βότρυν ἁρπτόμενος. Alii aliter narrant, & mortuum gaudio, ob victoriam Tragicam. MAIUS.

ead. l. 5. Πέντε καὶ ἑνενήκοντα) Annorum hunc numerum firmat Faber in vitt. poët. Graec. T. X Thes. Gron. col. 775. MAIUS.

ead. l. 6. Οὗτος (Σοφοκλῆς) ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος &c.) Huius Iophontis meminit Comicus in Ran. p. 214, (i. e. vers. 73) ubi Bacchus, δέομαι ποιητοῦ δεξιοῦ. Οἱ μὲν γὰρ οὐκ ἔτ' εἰσὶν, οἱ δ' ὄντες κακοί. Ad quae Hercules: Τί δ' οὐκ Ἰοφῶν ζῇ; Illustrare possunt hunc Luciani locum, quae Scholiastes vetus ibi habet de Iophonte: Ἰοφῶν, inquit, υἱὸς ἦν Σοφοκλέους ἐκ Νικοστράτης, ὃς δόκησιν παρεῖχεν, ὅτι τοῖς τοῦ πατρὸς ἐχρῆτο ποιήμασιν ὡς οἰκείοις. εἰσήγαγε δέ ποτε Σοφοκλῆς ἐν δράματι τὸν Ἰοφῶντα φθονοῦντα, καὶ πρὸς τοὺς φράτορας ἐγκαλοῦντα τῷ πατρὶ ὡς ὑπὸ γήρως παραφρονοῦντι. οἱ δὲ τῷ Ἰοφῶντι ἐπετίμησαν. Σάτυρος δέ φησιν αὐτὸν εἰπεῖν· Εἰ μὲν εἰμὶ Σοφοκλῆς, οὐ παραφρονῶ, εἰ δὲ παραφρονῶ, Σοφοκλῆς οὐκ εἰμι· καὶ τότε τὸν Οἰδίποδα παραγνῶναι. L. BOS. Conf. Cic. de Senect. p. 155, Val. Max. III, 7, & IX, 12, Camerar. prolegom. ad Sophocl. p. 16, & in commentar. ad eiusdem Oed. Colon. p. 352. MAIUS.

ead. l. 8. Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ) Quae etiamnum superstes est. SOLAN.

ead. l. 10. Ὑπερθαυμάσαι) Frustra id verbum quaeras in Lexicis, & tamen sumtum illud est ex hominum doctorum sermonibus. Utitur eo Noster in Zeux. c. 3 f. Ver. Hist. I, c. 34 pr. Pro Imag. c. 18 f. Polyaen. VIII, 8, pag. 708. Achill. Tat. VIII, p. 503. Heliod. VII, 15, p. 331. MAIUS.

ead. l. 11. Μανίαν) Camerarius in Sophocl. f. 40 hoc reiicit; vid. Val. Max. VIII, 7. SOLAN.

ibid. Κρατῖνος) Vid. Meurs. Bibl. Attic. II, col. 1471. MAI.

ead. l. 12. Ἑπτὰ) Eundem ferme numerum habet Suidas, nempe XCVI; sed idem addit, ab aliis CI ei tradi. SOLAN.

ead. l. 14. Φιλήμων) Vixisse annos XCIV Suid. ait, & risu suffocatum obiisse, & mortuum in lectulo iacentem fuisse repertum. Posterius confirmat Apul. Florid. XVI, quamvis de mortis genere variet. In scena certantem clausisse diem ultimum, refert Plut. tractatu, an seni sit gerenda Resp. pag. 785. MAIUS.

ead. l. 16. Παρεσκευασμένα) Perperam in omnibus aliis editionibus legitur, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρασκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα. Recte Basileensis παρεσκευασμένα. IENS. Corruptissime omnes, praeter *B*: habere παρασκ— adpinxerat etiam Solan. Parui igitur, quia facilis in eo librario-

rum aut editorum aberratio: at si integra augmenti syllaba abiecta fuisset, nihil mutassem; exempla enim tam indubitata & crebra dedimus iam terque quaterque, vid. Indicem, tit. *augmentum*. REITZ.

Pag. 130. *l.* 2. Ἀκράτου) Tan. Faber & Kenettus nolunt hic Luciano fidem haberi: quorum ego rationem non assequor. Non ignoro tamen, aliter etiam ab aliis narrari eius mortem. Vide Testimonia de Philemone, fragmentis eius, quae nuper prodierunt, praemissa. Val. Max. eodem, quo Noster, modo mortem eius tradit IX, 12. SOLAN.

ead. l. 3. Ἐπίχαρμος) XC tribuit Diog. Laërt. pag. 232 F. SOLAN. Aeliano V. H. II, 34, πάνυ σφόδρα πρεσβύτης audit. Laërt. VIII, 78, annos XC ei tribuit. Comoedias illius percenset & Meurs. ad Hellad. Chrestom. col. 973 seqq. MAIUS.

ead. l. 5. Ἀνακρέων) Veterum recentiorumque testimonia de numero annor. morteque eius, congessit praestantiss. I. Barnes. in eius vita § XL. MAIUS.

ibid. Μελῶν) Τὰ μέλη speciatim aliquando notant Lyricum carmen, ut in Arrian. Exp. Alex. I, c. 12, οὔτ' οὖν καταλογάδην, οὔτε τις ἐν μέτρῳ ἐποίησεν, ἀλλ' οὐδὲ ἐν μέλει ἤσθη Ἀλέξανδρος. Coniunctim μέλος ἐκ τῆς λύρας dixit Himerius init. Orat. εἰς βασιλέα, in catalogo Uffenbachiano, part. II, col. 631, & ibid. col. 633, μέλος Τήϊον, carmen est Anacreonticum, sive Lyricum. De Anacreonte Iulian. Misopog. ipso exordio: Ἀνακρέοντι τῷ ποιητῇ πολλὰ ἐποιήθη μέλη σεμνὰ καὶ χαρίεντα. Thaletem ποιητὴν λυρικῶν μελῶν nuncupat Plutarch. vit Lycurg. p. 41. Unde μελοποιὸς Lyricus, quomodo supra Noster Sect. IX, p. 26, ipsum Anacreontem, & statim appellat Stesichorum, quem alii λυρικὸν vocitant. Adde de hoc τῶν μελῶν significatu Perizon. ad Aeliani IV, 26, pag. 359. MAIUS.

ead. l. 6. Στησίχορος) Vid. de eo commentt. ad Longin. Sect. 13. Meurs. ad Hesych. Milef. p. 193 seqq. Voss. de poët. Graec. MAIUS.

ead. l. 7. Σιμωνίδης) Vide Marm. Ox. p. 168, Ep. 68, ubi XC tribuuntur. Suidas LXXXIX. Ceium fuisse docent etiam Strabo X, & Suidas, & ipse Simonides apud Steph. Lyr. p. 149 b. B. Eusebius inconstans esse videtur; vid. Val. Max. SOLAN. Octogesimo anno docuit adhuc carmina, & in eorum certamina descendit, Val. Max. VIII, 7, teste. Attigisse annum LXXXIX scribit Suidas. MAIUS.

ead. l. 8. Ἐρατοσθένης) Praefuit hic Bibliothecae Alexan-

drinae post Zenodotum, unde & *Beta* audit, sive *secundus*; vid. Prideaux. an. ante Chr. 239. Longaevorum exemola haec addenda suppeditat I. de la Faye. Andreas Alciat. Hist. med. col. 51 narrat, se *in Verbani pago Malcorabia fabrum vidisse CXVI annos agentem, non integris solum sensibus, sed & tam vegetum, ut ferream quadrupedi soleam parvo negotio apponeret; cuius rei etiam universa illa regio*, inquit, *testis est.* Iohannes de temporibus, qui Carolo Magno militasse dicitur, & CCCLX annos vixisse, anno Chr. 1139 obiisse traditur. Addi meretur, qui hoc ipso mense Febr. (dum notas hasce tandem aliquando edendas relego, decessit an. MDCCXXIII) Io. Ernest. Scholts eques, qui olim sub Carolo Gustavo Sueciae rege inter eius Praetorianos militavit: is in Saxonia natus Martii XII, anni 1608, Risvici prope Hagam comitum degens, ad extremum usque prospera usus valetudine, die quaque dominica pedes Hagam, ubi haec scribo, veniebat & remeabat, ut sacris interesset more Lutheri reformatorum. Ultra L annos rude donatus, & stipendio publico gaudens, ad CXIV usque annum vitam produxit. SOLAN. Pretium operae erit Censorinum adire, qui c. 4 & Eratosthenis aetatem, & aliorum quorundam a Luciano hactenus expositorum enarrat. MAIUS.

ead. l. 9. Οὐ μόνον γραμ. &c.) Ex vero hoc ipsum elogio ornari constabit evolventibus testimonia, quae virorum doctissimus — insignis ille Fabric. Bibl. Gr. III, 18, p. 471 seq. plena manu collecta subministrat. MAIUS.

ead. l. 11. Λυκοῦργος) Ne mirere, hunc ultimum inter doctos Graecos hic obtinere locum. Ipse enim Lycurg. Strabone teste X, 464, cum Homero in Chio insula congressus est, eius certe poëmata descripsit, ac primus vulgavit integra, ut Plut. in eius vita, & Heraclid. Pont. libello de politiis Graecor. post init. memoriae produnt. Spartanis per XLII annos praefuit, secundum Suid. T. II, p. 472. Vitae annos Plutarchus non exprimit, refert tamen obiisse ea aetate, *qua & vivere & quiescere volentibus maturum est.* MAIUS.

ead. l. 16. Θεῶν βουλομένων) Xenoph. frequenter usurpavit hanc formulam, indicante Raphel. ad Ep. S. Iacobi IV, 25. Item Lucian. Tim. Heliod. VI, 282, & VII, 5, p. 306. Plura Grot. ad 1 Corinth. XVI, 7. Rittersh. ad Salv. Massil. p. 262, & in sacr. lectt. I, c. 1, p. 5, ac Brisson. form. I, p. 69. MAIUS.

ead. l. 17. Ἱερώτατε) Ἱερὸν etiam significare εὐσεβῆ, hic probat Maius ex Inscript. Grut. col. 680, 660, & 1027. Concedit tamen, hic reddi posse, *maxime Quintille*, cum omne prae-

clarum quandoque vocetur ἱερόν. Vid. Schol. minora ad Hom. Il. A, 366. Auctor Etymol. in ἱερὸν ἰχθῦν, ac Fuchs. ad Nic. Myrepsium de antidot. Sect. I, cap. 208. Contraxi ex diss. Maii. REITZ.

ibid. Κυϊντίλλε) Hoc accentu edd. omnes etiam supra, initio huius Dial. Et sic Περίλλος ap. Suid. & Harpocrat. Mallem tamen Κυΐντιλλος, ut Πέριλλος ap. Plutarch. recte, de fortuna Rom. p. m. 315 med. REITZ.

ibid. Ἐν ἄλλῳ — λόγῳ) Iste liber vel periit, vel a Luciano non est scriptus, ut rectissime censet Fabric. Bibl. Gr. IV, part. I, c. 16, p. 497. Quem defectum ex parte supplere potest Phlegon Trallianus, qui potissimum μακροβίους Romanos recensuit, nec non Plin. VII, 48, & Val. Max. VIII, 7 ac 13. Ex recentioribus Zwingerus in theatro vitae humanae, Vol. XVII, L. 2, p. 2455 seqq. & Iul. Barbaranus in officina, sive promtuario rerum electarum, T. I, tit. 22, p. 297 ss. ed. Venet. an. 1569. MAIUS.

IN PATRIAE ENCOMIUM.

Pag. 131. *l.* 1. ΠΑΤΡΙΔΟΣ) Vid. etiam Eur. Phoen. 409. SOLAN. Antiquiorem Luciano hunc esse Dialogum existimat Huët. in praep. Evang. prop. IV, 51, p. 94. (monente I. H. Maio, in differt. ad Luciani Macrob.) Additque, consulendum etiam Athenagoram in extremo legationis pro Christianis. REITZ. Hallucinari Reitzium, qui Patriae Encomium confundat cum Philopatride, probe monuit cl. Bel. de Ball. Neque enim ulla illius opusculi mentio apud Athenagoram l. c. neque Huetius ita de eo existimat, sed de Philopatride. En verba Huetii: — *Auctor dialogi, qui inscribitur* Philopatris, *& inter opera Luciani edi solet, Luciano licet videatur aliquanto vetustior* &c. Vidit idem illustr. Wielandus.

ead. l. 2. Οὐδὲν γλύκιον) Hom. Od. I, 28, 34. In posteriore cuius versu etiam est ἧς πατρίδος, ne putes γῆς forsan in Luciano legendum. REITZ.

ead. l. 4. Θειότερον ἄλλο; μὴν ὅσα) Καὶ θειότερον ἄλλο; ἀλλὰ μὴν ὅσα. MARCIL.

ead. l. 8. Πατρίδας δὲ στέργουσι) Etsi Iuntinae lectio eo blandiatur, quod singularem exhibeat, quali in hoc Encomio plurimum utitur; non tamen recedo ab vulgata, quia τῷ στέργω accusandi casum addere amat. Sic mox infra cap. 10,

ὄγμα στέργοντες. Nec a plurali abstinuit c. 5 bis, item 10, atque alibi; nec pluralis inusitatus aliis, ut Diod. Sic. XI, c. 5, Herodian. VII, 6, 7 &c. quare non auscultandum Iuntinae. REITZ.

Pag. 132. *l.* 13. Νικώμενοι) Subaudi τῇ στοργῇ. GUYET.

Pag. 133. *l.* 13. Καὶ νῆσοι δειότεραι &c.) Conferendum iubet cl. Bel. de Ball. Callimachi Hymn. in Del. ipso princ.

Pag. 134. *l.* 10. Διὰ τῆς πατρίδος) Vulgatum non contemno, quia non modo διὰ cum genit. etiam causam instrumentumve notat, ut Herodian. I, 3, 5, ὕβρεις τε καὶ βίαι, δι' ὧν τὴν ἐκείνου ἀρχὴν κατήσχυναν. Ptolem. Harm. c. 3 pr. δι' οὗ ἡ πληγή, *per quem percussio facta*. Sed quia locum potissimum hic significari credo, ubi didicerit, i. e. *in patria*, quod exemplis haud indiget: ideoque Florent. lectionem non recepi, etsi illa defendi potest, διὰ τὴν πατρίδα exponendo *patriae beneficio, ope*, ut Long. Past. II, p. 48 f. διὰ τοῦτον καὶ ποταμοὶ ῥέουσι, i. e. *per hunc Cupidinem flumina fluunt*, sive, ille auctor est. Idem II, 77, διὰ τὰς Νύμφας ἔζησε, *Nympharum beneficio vixisset*. Atticis autem frequens esse διὰ accusativum etiam pro genitivo addere, vid. apud Kuster. ad Aristoph. Plut. 93, 130 & 143, δι' ἐμὲ θύουσιν αὐτῷ, *per me* (Plutum) *ei sacrificant*. Ac plura de illa permutatione, in Observatt. Eckhardi ad eiusd. Plut. p. 12 & 13. REITZ.

Pag. 135. *l.* 4. Κακώσεως — γονέων) Conf. Bis Accus. cap. 29, ubi de iniuria, quam uxor a marito passa est. Hic vero constructio illa cum genitivo in se spectata est ambigua, vel reciproca, potestque tam significare iniurias a parentibus commissas, quam quas illi patiuntur. Sed si nexum spectes, posterius significari, patebit. REITZ.

ead. l. 16. Ἀνδρίας) Sic etiam scribitur supra Musc. cap. 5, atque alibi apud Nostrum, item Diod. Sic. ut ibi, ni fallor, indico. Aliis ἀνδρεία, ut Herodian. plurimis locis, ac Thucyd. II, c. 39 f. ubi tamen Cod. unus ἀνδρίας etiam. Sed ἀνδρείας frequentius eidem; licet III, c. 82, ἀνδρία vicissim in textu, ubi Cod. quidam ἀνδρεία. REITZ.

Pag. 136. *l.* 12. Ξενίας ἀλίσκεσθαι) Subaudi αἰτίᾳ, κρίσει. GUYET.

Pag. 137. *l.* 7. Ἀλλὰ κἂν — ἀκειμένοις — ἐπαινοῦσι). Haec subditicia videntur. GUYET.

ead. l. 8. Πεδίοις ἀνειμένοις) Nescio, cur *interquiescentes agros* dederint interpretes. Certe ea laus non est regionis; maior virtus irrequieta fertilitas. Itaque *laxos* & quasi es-

fusos, id est, amplissimos campos intelligere malui. GESN.

ibid. Ἀνειμένοις) Ἀνειμένη γῆ, terra inculta, pascua Diis consecrata. GUYET.

ead. l. 10. Τὴν δὲ ἱπποτρόφον ὑπερορῶντες, καὶ κουροτρόφον ἐπαινοῦντες) Adscribam verba L. Bos Obs. Crit. p. 79. Pessime, ait, haec translata, *sed equorum iuvenumque altricem suspicientes laudant.* Sensus enim est: *Spernunt autem equorum altricem* (regionem), *iuvenumque altricem laudant.* Opposita sunt ὑπερορᾷν & ἐπαινεῖν, quae interpres pro synonymis sumsit. Ὑπερορᾷν est *contemnere*, ὑπεριδεῖν. Similiter oppositae sunt regiones ἱπποτρόφος & κουροτρόφος· & dum dicit auctor ἱπποτρόφος, respicit ad ea, quae paulo ante dixerat, σεμνυνομένους πεδίοις ἀνειμένοις. Sunt autem πεδία ἀνειμένα, *campi patentes*, equis pascendis habiles, non vero *agri interquiescentes*, uti vertit interpres. Haec ille. Quibus addo, illud καὶ non suspectum fore, si pro ἐπαινοῦσι legas ἐπαινοῦντες. Nam καὶ sic positum inter duo opposita pro *adversativa* valet. Demosth. Init. Or. pr. Coron. τὸ μηδὲν ἁμαρτεῖν ἐστὶ θεῶν, καὶ πάντα κατορθοῦν. Quin & in aliis locutionibus recte *sed* vertitur. Long. Past. III, p. 87, πεῖσον — μηδὲν αἰτεῖν μέγα, καὶ γαμεῖν πάντως, *persuade — te nihil magni petere, SED ducere velle.* Conf. eund. L. II, p. 42, notasque Mollii p. 50 a. Sed quia Gesneri emendatio aeque est facilis, ei cedo. REITZ.

ead. l. 11. Καὶ κουροτρόφον) Homer. Od. Δ, 601, & I, 27. SOLAN. Legendum τὴν κουροτρόφον. Opponuntur enim sibi ἱπποτρόφος & κουροτρόφος· illud Argorum epitheton, & aliarum urbium, quae latos ac laetos campos habent; hoc Ithacae, quae ab Ulysse suo vocatur Od. I, 27, Τρηχεῖ' ἀλλ' ἀγαθὴ κουροτρόφος. GESN.

ibid. Καὶ σπεύδει) Hom. Od. E, 219. SOLAN.

ead. l. 15. Καπνὸς) Quo respexerit, satis indicat locus Homeri Odyss. A, 58. Clementis Alex. locus est huc apprime faciens προτρ. p. m. 32 B. οἱ δὲ ἄλλοι περιπεφυκότες τῷ κόσμῳ, οἷα φύκιά τινα ἐν ἁλοῖς πέτραις ἀθανασίας ὀλιγωροῦσιν, καθάπερ ὁ Ἰθακήσιος γέρων, οὐ τῆς ἀληθείας καὶ τῆς ἐν οὐρανῷ πατρίδος, πρὸς δὲ καὶ τοῦ ὄντος ἱμειρόμενος φωτὸς, ἀλλὰ τοῦ καπνοῦ. Alludunt & alii ad hunc Homeri locum, Ovid. de Ponto I, & Philostratus 786. SOLAN.

Pag. 138. *l.* 6. Ἀκούσας) Non improbo vulgatum, quod sensum quidem commodum sic exhibet, οὐδεὶς, sc. ἐστὶ, ὅς τις ἂν ἀκούσας — θέλῃ. Sed nec Florentina lectio displicet. Cum vero utrumque bonum, numerum sequimur maiorem. REITZ.

IN DE DIPSADIBUS.

Pag. 139. *l.* 1. ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ) Προσλαλιὰ περὶ τῶν διψάδων. MARCIL.

ead. l. 3. Ἀκριβῶς ἄκαρπος &c.) Sterilitatem Libyae eodem modo describit Diod. Sic. L. III, c. 50 pr. nisi quod nitrum ibi provenire dicat, quod tamen suspectum, neque constantis lectionis est. Vid. Commentatores id varie illic tentantes. REITZ.

Pag. 140. *l.* 1. Ὕσαντα τὸν θεὸν) Nota phrasin poëticam: ὕει μὲν ὁ Ζεὺς &c. GUYET.

ead. l. 3. Βατὰ) Mallem βατὸς, ut ad ψάμμος vel χώρα referatur. Si vero, quod in omnibus libris est, βατὰ retineas, ad τῆς Λιβύης τὰ νοτία referendum, quod valde remotum. Supra ἀ. τὴν χώραν τίθησιν cap. 1, & mox ἡ ψάμμος δύσβατος. SOLAN.

ead. l. 15. Ἀκτῖνα — παρατεθηγμένην) Mirum dicendi genus, *acui ab humore solis radios.* Sed, si tollas metaphoram, illud relinquitur, intensiorem sentiri aestum post pluviam, sive quod desueverunt, per ipsum refrigerationis tempus, corpora, aestum ferre; sive quod vapores copiosius sane, quam de siccis arenis, surgentes, sulphurei praesertim, magis angunt praecordia. GESN.

Pag. 141. *l.* 7. Φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς ψάμμου) Credo, hic est ille apud Lucanum IX, 715, *Concolor exuftis atque indiscretus arenis Ammodytes*, quem in Hammoditen quasi postliminio mutatum nuper nolim. Est omnino Troglodytis analogus *Ammodytes*, ὑποδὺς τὴν ἄμμον. Quod ὀδίτην dicas, posteriore parte compositi, quasi *viatorem arenae*, nimis generale est, & omnibus commune harum regionum serpentibus. GESN.

ead. l. 9. Βουπρήστεις) Βούπρηστις est animalculum ex cantharidum genere, sic dictum, quod in herba a bobus devoratum eos tacto felle ita inflammet, ut rumpant. Nicand. Plin. GUYET.

ead. l. 13. Ἰκτῖσι) Notandum est, ἰκτίδας seu viverras absurde poni inter animalia. Itaque pro ταῖς ἰκτῖσι καὶ τέττιξι, i. e. *viverris & cicadis*, omnino legendum ταῖς ἀκρῖσι καὶ τέττιξι, *locustis & cicadis*, quod miror vidisse neminem. Bochartus de Animal. Sacr. script. part. 2, L. IV, cap. 29. ALMEL. Ἰκτῖσι, καὶ τέττιξι) Si ἰκτὶς non alius animalis, quam viver-

rae, nomen est; non potest profecto hic locum habere. Bocharti, summi sane viri, ἀκρῖσι, nimis a scriptura & sono vocis ἰκτῖσι recedit. Spem inveniendi melius quiddam videtur prope intercipere Plinius X, 61, s. 81: *Vespertilioni membranaceae pinnae uni.* Sed scilicet conferendus etiam est alter locus II, 39, s. 94: *Membranis volant* (i. e. ὑμενόπτερα sunt) *fragilibus insecta, humentibus hirundines in mari, siccis inter tecta vespertilio.* Nimirum *hirundines* illae *in mari*, & *pisces* alii plures volant & ipsi; vid. Aelian. de Animal. IX, 52: Πέτονται ἰχθύες ὅταν δείσωσι, καὶ ἐξάλλονται τῆς θαλάττης, αἵ τε τευθίδες καὶ οἱ ἱέρακες οἱ θαλάττιοι, καὶ ἡ χελιδὼν ἡ πελαγία, κ. τ. λ. Quae cum ita sint, puto Lucianum dedisse τοῖς ἰχθῦσι, καὶ τέττιξι καὶ νυκτερίσι. Corruptio contigisse potuit inter dictantem, qui adspiratas tenuius iusto pronuntiaret, & excipientem. Tolle enim adspiratas, & υ pronuntia exilius, ut solent Ioraciſtae, & pro ἰχθῦσι exsistet ἰκτῖσι. Ita in Ἑταιρ. VII post med. ἀπεμύκτισας legitur, quod ἀπεμύχθισας fuisse, non sine causa suspicatur Iensius. GESN. Ἰκτῖσι) *Viverris* Bened. verte *milvis. Guyet.* Certe ridiculum erat viverris alas tribuere. Sed nec milvorum alae hic conveniunt; vid. notam nostram seq. REITZ.

ibid. Ἀκρῖσι) Bochartus recte emendat ἀκρῖσι· vide omnino Nostrum supra Μυι. c. 1. KUSTER. In omnibus impr. & ipso M. legebatur ἰκτῖσι. SOLAN. Dedi hoc Solano, & consuetudini ἀκρῖσι ac τέττιξι coniungendi: nam ut ἰχθῦσι non possim recipere, suadet tam articulus ταῖς, iam recte respondens tribus femininis, quam quod sequitur, his avibus infestam Lybiam; quod de *piscibus* minime praedicari potest. REITZ. Nondum damnare possum *pisces* illos meos: certe non ea ratione, quasi *pisces* non possint comprehendi *avium* numero *Libyam infestantium.* Neque enim hoc dicit Lucianus, nisi de scorpionum genere volucri. GESN. *in Addend.*

Pag. 142. *l.* 4. Παχὺς) Quid hoc sit, quave ratione cum sequentibus conciliari possit, medicis, quorum ea est provincia, inquirendum relinquo. Ego interim lego ταχύς· nec me movet, quod mox c. 5 diserte παχὺν dicat; ibi enim alia ratio est. Hic celeritatem, illic naturam veneni notat. SOLAN. Etsi cap. seq. παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα omnino recte legitur, quod expressis verbis addit, id potu dilui, & παχὺς etiam aliter defendi potest, ut exponatur *tumens veneno,* veluti Ovid. de Pythone serpente III Met. 33, — *corpus tumet omne veneno;* tamen ταχὺς hic praeferrem, propter adiuncta βίαιος & εὐθύς.

inter quae παχὺς positum languet. Nihil tamen contra libros ausus sum, ut Solanus π. iam delerit. REITZ.

ead. l. 6. Πίμπρασθαι ποιεῖ) Conf. Iac. Elsn. ad Act. Ap. XXVIII, 16, & L. Bos ad eadem Acta p. 90. REITZ.

ead. l. 15. Παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα) De dipsadibus, causam inexstinguibilis sitis esse, quae ex morsu dipsadis oriatur, ait Lucianus ex sententia medicorum, παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα, ἔπειτα δευόμενον τῷ ποτῷ ὀξυκίνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον ὡς τὸ εἰκὸς καθιστάμενον, καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαχεόμενον. *Quod crassum cum sit venenum, quando postea potu madescit, celeriter movetur, humidius, ut vero simile est, redditum, & latissime diffusum.* Sic interpres, nec male. Sed pro ἔπειτα δευόμενον, elegantius vetus Codex, ἐπιδαψιλευόμενον ποτῷ, *abundanter potu irrigatum.* Nam ἐπιδαψιλεύω est largiter & copiose praebeo. GRAEV.

Pag. 143. *l.* 6. Ἐπὶ στήλης) Columna sive basis, cui affixa statua: in basi planicies apta inscriprioni, quam planiciem Strabo lib. 14 vocat τὸ πλάτος τῆς βάσεως. Tangit Theophr. Char. περὶ μικροφιλοτιμίας. BOURD.

ead. l. 7. Ὡς ἐκ Λιβύης) In M. omissum prius fuerat, sed additum est ὡς a recentiore manu, quod & impr. omnes praeferunt. Corrupte omnino; nam de *sodali* Luciani sermo est, non de *viro morsu dipsadis confecto*, unde ego ὡς reponendum duxi. SOLAN. Ὃς ἐκ Λιβύης) Recepissem ὡς vel contra libros, si summa necessitas id postularet; at cum ὃς sic satis commode intelligi queat, non statim cum Solan. ὡς rescripsi sine auctoritate; sed cum nonnulli mox etiam ποιεῖσθαι habeant, suspicio tamen subest, eosdem & ὡς voluisse: quod si itaque ποιεῖσθαι arripias, tum ὡς quoque necessario recipiendum erit. REITZ.

ead. l. 8. Οὐ γὰρ εἶναι) I. e. ἐξεῖναι, *licere.* GUYET.

ead. l. 14. Περισπειρᾶσθαι) Περισπειρᾶσθαι augmento deleto dederat in *l.* Solan. & sic etiam scribit Steph. hunc Luciani locum afferens; unde tamen minime conficio, Stephanum quoque ita corrigere, quia forsan praesenti infin. usus est ad phrasin indicandam, non ipsa Luciani verba; nam ne Dialogum quidem addit. Quare, cum praeteritum infinitivi hic nihil habet absurdi, quandoquidem & κεκολάφθαι praecessit, & mox γεγράφθαι etiam sequitur, ego nihil mutaverim. Sic vero praeteritum verbi σπειράω formari, vid. infra Navig. c. 2 f. ubi συνεσπειραμένος, & supra Philops. c. 22, ἐσπειραμένος. REITZ.

Pag. 144. *l.* 4. Τοῖα) Interpres, dum legit υἱοῦ pro ἰοῦ, ne-

ſcio quem patrem Tantali facit. Rectius *Tantalus hoc patitur nigri pravitate veneni.* BOURD. Verſus Bourdelotii in *pravitate* claudicat. REITZ.

ead. l. 6. Τοῖον πίδον) W. Τὰς τὸν πίθον οὐκ ἀναπλήσαιεν ἐπαντλοῦσαι· (ſed exſtitit puto in Mſ. ἐπαντλούσας· nam alia manus iota fecit, extrita alia litera.) Haec in ferculo literario I. Ienſ. REITZ.

Pag. 145. *l.* 5. Νίκανδρον) Huius opera ad noſtram uſque aetatem pervenerunt. SOLAN. Cuius verſiculi in Theriacis a 339 inde conferri cum hoc libello merentur, ut & Lucani IX, 738 ſeqq. Pluſcula ſane ſunt, de quibus nec inter poëtas, nec ipſis cum Noſtro ſatis convenit. GESN.

ead. l. 7. Φύσεις) Sic Polyaen. plur. num. Strat. IV, pag. 267. B. W. tamen φύσιν habet. SOLAN. Ac Diod. Sic. centies. REITZ.

ead. l. 10. Ἀλλά μοι δοκῶ, καὶ πρὸς Φειδίου μὴ δυσχεράνητε τὴν εἰκόνα θηριώδη οὖσαν, ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν πρὸς ὑμᾶς) Benedictus: *Ac mihi videor, per Phidiam, ne hanc imaginem ferinam iniquo animo feratis, eodem modo erga vos affici.* Quid hic Phidias? Quis unquam per iſtum ſtatuarium iuravit? Mſ. optime & certiſſime πρὸς Φιλίου, per Deum amicitiae & amoris praeſidem. Oſtenſurus magnitudinem ſui erga eos ſtudii per Φίλιον Ζῆνα, cuius & alibi meminit, iurat, ſe illorum maiore in dies flagrare ſtudio, quo ſaepius eos videat, eo ſaepius videre deſideret. Vide Suidam in Φίλιος. At εἰκὼν θηριώδης eſt ſimilitudo a feris ſumta. GRAEV. Φιλίου praeter Mſ. Gr. L. & Veneta ſecunda. In M. & reliquis edd. prave legitur Φειδίου, niſi quod in *I.* eſt Φειλίου. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Δύνατα &c.) Quae his uncinulis incluſa ſunt, ad compendia Codicis, quam proxime potui, accommodavi; nec quid ſibi velint, ſatis aſſequor. SOLAN. Pro priore οὕτως legit φύσις I. I. WETST.

IN DISSERTATIONEM CUM HESIODO.

Pag. 147. *l.* 2. Ἡσίοδε) Heſiod. Θεογ. 30. SOLAN.

ead. l. 3. Μετὰ τῆς δάφνης) Vid. Heſiod. Theogon. p. 30 & ſeqq. de qua tamen, an Heſiodea ſit, fuere, qui dubitarent; (Pauſ. IX, p. 581.) ſed genuinam probat Clericus ex Herod. II, 53, quem vide ad titulum operis, & v. 211. SOLAN.

ead. l. 8. Κλείοις) Hinc patet, Lucianum legiſſe κλείομε

pro κλύοιμι; vid. v. 105. Totum autem versum ut nothum, nulla ratione reddita, respuit Guyetus. SOLAN. Apud Hesiodum legitur κλύειν, suadente etiam metri ratione. Sed praestat totum locum apponere Θεογ. 30 seq.

Καί μοι σκῆπτρον ἔδον, δάφνης ἐριθηλέος ὄζον
Δρέψασθαι θαητὸν, ἐνέπνευσαν δὲ μοι αὐδὴν
Θείην, ὥστε κλύοιμι τά τ' ἐσσόμενα, πρό τ' ἐόντα
Καί με κέλονθ' ὑμνεῖν, κ. τ. λ. GESN.

Pag. 148. *l.* 6. Τήλεφον) Quis unquam fando audivit, Telephum inter *vates* habitum? Corrupta itaque haec vox. Sed quid reponendum sit, non aeque proclive est divinare. De *Polyido* vel ex Nostro constat, vaticinatum esse, vide Ὀρχ. c. 49. De *Phineo* narrant etiam poëtae, in caecitatis solatium concessam ei fuisse divinandi peritiam. SOLAN. Pro Τήλεφον Valkenarius ad Herodot. l. V, p. 392, v. 51 ed. Wessel. rescripsit Τήλεμον, assentiente cl. Bel. de Ball. De Telemo vid. praeter Homer. in Od. Theocrit. Idyll. VI, v. 21, ibique Schol. Add. Ovid. Metam. XIII, v. 771.

ibid. Πολύϊδον) Conf. supra de Salt. c. 49, ubi quoque sic scribitur. REITZ.

ead. l. 11. Ὡς ὑποσχομένων) Locus corruptus in impr. οὐχ ὡς ... In W. deest οὐχ, & a recentiore manu super inductum ὡς. Donec aliquid melius inveniatur, dele illud οὐχ. SOLAN. Οὐχ ὡς ὑποσχομένων) Aut abundare ἢ ὡς videtur, aut deficere post ὡς verbum εἴπας vel simile. GESN. Si οὐχ deleas, salvum erit ὡς, quod saepissime πλεονάζειν, ac vel vehementius affirmare, satis notum. At si tamen aliqua ratio habenda particulae οὐχ vel οὐκ, lege οὕτως, & sic forsan apparebit, unde οὐκ natum sit. Interim ut medicinae certiori locus relinquatur, servavi suspectam lectionem, sed uncis seclusi negationem. REITZ. Forte sanari potest hic locus, si legas ὡς οὐχ ὑποσχομένων. Idque iam tum cogitasse debeo, cum interpretatus sum, *cum non promiserint tibi Musae.* Ἢ ὡς asseverat, non assimilat. GESN. *in Addend.*

ead. l. 13. Ὑπὸ κόλπον) Et sic esse in *Fl.* aliisque, adscripserat Solan. Sed bene habet vulgatum, etsi ὑπὸ κόλπου frequentius alibi, ut Alex. cap. 26, & 39 p. med. ac Hermot. c. 37 med. & 81 a. m. Nec non Adv. Indoct. c. 12. Sed Piscat. c. 36 etiam, ut hic, ὑπὸ κόλπον ἔχων. Item infra Navig. c. 20, θησαυρὸς ὑπὸ τὸν Ἑρμῆν. Alciphr. I, Ep. 38, p. 176, ὑπὸ τοὐμὸν ἠγάπα κοιμωμένη χλανίσκιον. Herodian. III, 5, 11, μή τι ξίφος φέροι ὑπὸ κόλπον. REITZ.

Pag. 149. *l.* 8. Δοτῆρες ἐάων) Hesiod. Θεογ. 46, 633. SOLAN. Δωτῆρες est Theogon. 46, & Homer. Od. Θ, 325. Meminerimus subtilis doctrinae Dan. Heinsii, qui in Hesiodi opp. & dies c. 15, p. 154, *Artem*, inquit, *tradidit εὖς Prometheus. Ita dicuntur proprie in veteri Theologia Dii singuli, cum dona* sua *largiuntur, quae alio nomine* ἐὰ (id ipsum nempe est *sua*) *dicuntur, & ipsi* δωτῆρες ἐάων. Non excogitasse hoc videtur Heinsius. Sic enim Eustathius ad Il. Ω, 528: Ἔοικε γένους οὐδετέρου ἡ λέξις (ἐάων) εἶναι ὡς ἀπὸ τοῦ ἐὸν, τὸ ἴδιον. GESN.

ibid. Ὑμῖν τοῖς φίλοις) Salm. editor recte emendavit, quod in impr. ante eum erat, ἡμῖν. M. ὑμῖν, optime. SOLAN.

Pag. 150. *l.* 6. Ὅμως δὲ οὐκ ἀπορήσω — ἀστυολογίας) Haec verba non agnoscit interpres, vel, quod potius credo, eo quod illa non intellexerit, de industria suppressit. Sed procul dubio legendum est ἀπολογίας. PALM. Palmerius coniecit legendum esse οὐκ ἀπορήσω πρός σε ποιητικῆς ἀπολογίας. Sic editio Florentina: male in Ms. & editis ἀστυολογίας, ut recte doctissimus Palmerius vidit. GRAEV. Recte aggressus est hunc locum Palmerius; sed an procul dubio tetigerit verum, quod putat, valde ambigo. Negari enim nequit, quin ad vulgatam scripturam propius accedat αἰτιολογίας, quomodo ipse diu est cum corrigendum suspicatus fui, quam ἀπολογίας, quod ille supponebat. Quin & significatio vocis meae huc melius convenit, si modo examines, & eius efficaciam ex Quintiliano huc compares. GRON. Iure ad hoc ἀστυολογίας offenderunt eruditi, quorum Palmerius coniecerat legendum ἀπολογίας, veram profecto assecutus scripturam. Prorsus enim ita habet editio Florentina. IENS.

ead. l. 7. Ἀστυολογίας) Ἀπολογίας legendum videtur. Infra cap. ult. ὥστε τὰς μὲν τοιαύτας ἀπολογίας καὶ μαντείας ἄφες. GUYET. Ἀπολογίας) Ex W. & ed. *Fl.* uti legendum coniecerat Palmerius. In reliquis ἀστυολογίας. Confer tamen cum Ἀναβ. c. 3, ubi ἀντιλογία scribitur. Kusterus αἰτιολογίας Gronovii probat. SOLAN.

ead. l. 10. Παραῤῥυὲν λάθῃ) Hemst. margini adleverat videnda. L. Bos ad N. T. p. 273. Is igitur ad Hebr. 2, 1, ubi legas, μήποτε παραῤῥυῶμεν, docet, id reddi non posse *perfluere*, quod de garrulis dicitur, & quod verbo διαῤῥεῖν vel διαῤῥυεῖν exprimi solet, ut Plutarch. habet de Garrul. p. 502. Dein ex hoc Luciani loco, εἴ τι — παραῤῥυὲν λάθῃ, i. e. *si quid in poëseos cursu per imprudentiam omissum fuerit*, aliisque, monet, idem esse, quod ἀμελεῖν & παρακουειν, oppositum τῷ προσέχειν· idque

apud LXX, Proverb. III, 21, opponi τῷ τηρεῖν, ubi legimus: υἱὲ, μὴ παραῤῥυῆς, τήρησον τὴν ἐμὴν βουλήν. Haec per compendium. REITZ.

Pag. 151. *l.* 1. Σκινδαλάμους) Alias σκινδάλμους. GUYET. Σκινδάλμους) Antea ſcribebatur σκινδαλάμους. Ut emendationis ratio pateat, adi Ariſtoph. Nub. v. 130 E. & Ran. 250 D. SOLAN. Σκινδαλάμους) Σκινδαλμοὺς vocat Ariſtoph. Νεφ. 130, ubi docet Schol. proprie ſic dici τὰ λεπτότατα τῶν ξύλων καὶ τὰ τῶν καλάμων ξύσματα. Utitur etiam Βατραχ. 835 eadem orthographia & notione, pro ſubtilibus nugis. Poterat itaque alicui videri, forte hic etiam σκινδαλμοὺς eſſe reſtituendos. Verum non modo utriuſque formae mentionem facit Heſychius; ſed eſt etiam, quod huc forte pertineat, in Schol. ad Νεφ. l. c. Τοῦτο δὲ (loquitur de nomine σκινδαλμὸς) ἐπὶ τῆς εὐθείας ὀξύνεται, ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων παροξύνεται. Haec ad verbum ſignificant, dici σκινδαλμὸς & σκινδαλμοί· ſed σκινδάλμου, κ. τ. λ. Verum poteſt fieri, ut de σκινδάλαμος & σκινδαλμὸς aliquid dicere voluerit Scholiaſtes, quod vel ipſe male explicaverit, vel corruperit alius. Ceterum eadem leguntur apud Suidam h. v. GESN. Solani emendationi adverſatur ſcriptura Scholiaſtae. Sed ſi & Ariſtoph. & eius Schol. ad Nub. v. 130 inſpicias, videbis, in Ariſtoph. σκινδαλμοὺς quidem ob metrum recte legi, omiſſo altero α. Verum Biſetus indicat, ap. Suid. etiam σκινδάλαμοι legi; quod pro vulgata facit. Heſych. triplicem ſcripturam affert, dicens: Σκινδάλαμος, σκόλοψ, τινὲς δὲ διὰ τοῦ χ, σχινδάλαμος (σχινδάλομος ed. *Hag.* male, credo) ἄλλοι σκινδαλμός. Quare nil hic mutavi, etſi σκινδαλμοὺς uſitatius. Habet nonnihil de hoc vocabulo L. Bos Obſ. Crit. p. 186. Sed orthographiam etiam in medio relinquit. REITZ.

ead. l. 2. Ἀλλ' ὁ μόνος ταῦτα σὺ) Ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σύ. MARCIL. Οὐ iam erat in edd. noſtris. REITZ.

ead. l. 8. Ἔργα μου καὶ τὰς ἡμέρας) Antiquus ergo hic titulus. SOLAN.

ead. l. 13. Οἴσεις &c.) Heſiod. Ἔργ. 480. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 4. Τοῦτο δὲ ἐπὶ) Videtur hic omiſſum, quod exſtat apud Suidam: ἐπὶ δὲ τῶν πλαγίων παροξύνεται. CLER. Quod etiam agnoſcunt C. G. SOLAN.

Pag. 152. *l.* 2. Χρησιμωτάτη ἐν τῷ βίῳ μαντικὴ νομίζοιτο. ΛΥΚ. Τοῦτο μὲν οὖν &c.) Sic procedit is locus in editionibus. Sed quid priora verba faciant ad praecedentem periodum, haud facile quis dixerit. Neceſſum eſt omnino, ut perſona Lu-

ciani his omnibus praeponatur, quippe cuius manifeste apparet has voces esse, qui vult concedere, vaticinationem esse utilissimam hominibus, sed longe contendit ab ea abesse Hesiodum, cum pastoralia quaedam monita conscriberet. Sic igitur posthac mutandae editiones. ΛΥΚ. χρησιμωτάτη ἐν τ. β. μ. νομίζοιτο. τοῦτο μὲν οὖν &c. Paulo ante etiam interpres vocem προδηλοῦντα vitiose accepit pro singulari accusativo *cum praesignificavi*, quae tamen est pluralis & referenda ad ὅσα. Obsopoeus, ad ipsum poëma qui retulit, *poëmate successus manifestante laborum*. GRON. Nihil mutandum esse circa interpunctionem huius loci, satis, puto, interpretatio nostra ostendit. GESN.

ead. l. 15. Κενὸν εὕρεθ. τὸν καρπὸν) Possit aliquis suspicari κενὸν (τὸν στάχυν) τῶν καρπῶν, quod sane ex libro allatum non respuerim. Sed nec alterum damnaverim: κενὸς καρπὸς, *vanus, inanis*, qui speciem quidem habet, sed ob mollitiem & teneritatem paulo post exarescens & corrugatus nihil relinquit praeter cuticulam. GESN.

Pag. 153. *l.* 7. Μίνωϊ) Fabulam hanc alibi me legere non memini. Confer Ὀρχ. c. 49, unde coniecturam facere licet, praedictum hoc Minoï a Polyido. SOLAN.

ead. l. 8. Ἔσται αὐτῷ ἀποπεπνιγμένος) Ἔσται invenitur in W. & L. pro quo in impr. est ἔστιν. Ἀποπεπνιγμένος vero in W. & *Fl.* melius, quam ut in impr. ἀποπνιγόμενος. SOLAN.

ead. l. 9. Ἀπόλλωνος ὀργῆς) Hom. Il. A, 93. Et ad statim sequentia conf. Il. B, 300, 332. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα εἴ τις αὐτῇ ἀνατιθείη, οὐκ ἂν φθάνοι κἀμὲ μάντιν λέγων) Unde potuit Benedictus venire ad talem versionem, *quae si quis illi adscripserit, neque me vatem dixerit?* Est enim praeterquam inepta, tum plane contraria sensui auctoris, quem longe melius expressit Obsopoeus: *At si quis & ea, quae tu iactas, illi adscribere voluerit, & ille me quoque vatem rectissime dicere poterit.* Est enim omnino haec vis eius locutionis, ut ipse novit, unde in principio Fugitivorum illa οὐκ ἂν φθάνοις καὶ Ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν vertit, *facere non poteris, quin Empedoclem ante ipsum crimineris.* Et rursus ibid. c. 26, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων, *ne igitur praeconium enuntiare cunctaris.* In Symposio c. 2, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἑστιῶν ἡμᾶς, *itaque omnino nos excipies.* GRON.

ead. l. 12. Οὐκ ἂν φθάνοι) *Non effugiet me vatem dicere*, i. e. *quin me vatem dicat.* GUYET.

Pag. 154. *l.* 5. Ἥδεις) In W. & *Fl.* ᾔδεισθα· quod observatu dignum est. SOLAN.

ead. l. 8. Ἀπελίμπανεν) Si quis illam de divinandi facultate Hesiodi disputationem, an fabellam? tractare velit; illi excutiendus ante omnia fuerit locus Pausaniae Boeot. p. 306, 7, Wechel. Οἱ δὲ αὐτοὶ τοῦτοι (Heliconis incolae) λέγουσι καὶ ὡς μαντικὴν Ἡσίοδος διδαχθεὶν παρὰ Ἀκαρνάνων· καὶ ἔστιν ἔπη μαντικὰ, ὁπόσα τε ἐπελεξάμεθα καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐξηγήσεις ἐπὶ τέρασιν. De his aliquid nos docuisses, Lycine. GESN.

IN NAVIGIUM SEU VOTA.

Pag. 155. *l.* 7. Ἀπιέναι διὰ τοῦτο οὕτω) Aut, ut fecimus, interpungendum, aut διὰ τοῦτο prorsus exterminandum fuit. In *Ven.* 2. pro ἀπιέναι, παριέναι est. SOLAN.

ibid. Διὰ τοῦτο οὕτω) Sic legendum & distinguendum videtur: διὰ τί οὕτω φιλοθεάμων σύγε καὶ ἄοκνος τὰ τοιαῦτα; GUYET. Διὰ τοῦτο superioribus esse adiungenda, nec, ut adhuc factum est, trahenda ad membrum sequens, apertum, nisi fallor, nostra facit interpretatio. GESN.

ead. l. 9. Ἔδει καὶ ποιεῖν) Etsi commode abesse potest καὶ, minime tamen id cum Ox. omitto, quia ita saepissime abundat ap. Nostrum. Supra Pseudol. c. 8 f. οὔτ' ἂν συνίην ποτὲ ὅ, τι καὶ λέγει. Ibid. c. 20 f. οἶσθα ὅ, τι καὶ ποιοῦντα. Plura iam notata vid. ad Quom. Hist. c. 60. Adde ibid. c. 46. Et Paras. c. 51 f. Item Long. Past. III, 106, καὶ ἐζήτουν καὶ αὐτοί. Aelian. V. H. I, 2. Phalar. Ep. 8, διδοὺς ἐγχυντὴν — ᾧ τάχα ἂν καὶ ἐπείσθην. Et alia, quae Hemst. iam dedit T. I. Somn. c. 7, ubi καὶ τὼ θείω ἀμφοτέρω καὶ μάλα εὐδοκιμεῖτον δι' ἡμᾶς. Et sic virorum doctorum coniecturae facile cum scriptura vulgata conciliarentur, si de Calumn. cap. 30 pr. pro τί οὖν χρῆναι ποιεῖν; legas, τί οὖν χρὴ καὶ ποιεῖν; modo mutatione ibi opus fuerit. REITZ.

ead. l. 12. Ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἰταλίαν σιταγωγῶν) Ex Aegypto & tota Africa Romam frumentum advehebant. Inde Λιβύη πυροφόρος Pindar. Isthm. Odyss. 1. Rutilius Itiner. lib. 1: *Quin & foecundas tibi conferat Africa messes.* Sic Africa cum spicis. Claudian. lib. 2 de laudib. Stilic. Ex aliis etiam provinciis, e Sicilia, Gallia Narbonensi. BOURD.

ibid. Σιταγωγῶν) Vid. c. 13, & vitam Commodi a Wot-

tone Anglice scriptam, 211; ubi de classe frumentariarum navium plura. SOLAN.

Pag. 156. *l.* 1. Εἵπετο μεθ' ἡμῶν) Phrasis Aristophanis Pl. 824, Ἕπου μετ' ἐμοῦ παιδάριον. Ubi Girard. existimat, servum tamen non respici, sed filium, quia de servo dixisset ἕπου μοι, *sequere me, non mecum.* Sed vellem hanc differentiam exemplis probasset, cui quidem favet Hom. Il. K, 516, Ὡς ἴδ' Ἀθηναίην μετὰ Τυδέος υἱὸν ἕπουσαν. At nihil certi inde conficias, cum ἀκολουθεῖ μεθ' ἡμῶν, in Evang. Luc. IX, 49. Et ἀκολουθεῖ μετ' αὐτοῦ & αὐτῶν in Apocal. VI, 8, item XIV, 13, quoque legas eodem sensu, quo ἀκολουθεῖν τινι in eadem Apocal. plus decies occurrit. Exempla alia ex Lexico Gr. ubi ἕπεσθαι μετὰ τινὸς pro τινὶ, iam dedit Bos ad Evang. Luc. l. d. REITZ.

ead. l. 7. Καί με) Pro ὅς με usurpari, pluribus monet I. Elsn. ad Evang. Luc. XV, 15. REITZ.

ead. l. 8. Ἀνυπόδητος) Alibi ἀνυπόδετος penult. brevi. Vid. ad Asin. c. 16, ubi utrumque probatur. REITZ.

ead. l. 12. Θαλάμης) De navis cubiculo dictum vides, cui proximi remiges θαλάμιοι audiebant; consule Poll. & Baif. 140. SOLAN.

ead. l. 16. Μακρὰ χαίρειν) Nondum probo illud μακράν. Vid. supra Bis Accus. c. 21, ibique allegata. Adde Rhet. Praec. c. 10, ubi praeter cetera iam indicata, recte etiam μακρὰ χαίρειν legitur. REITZ.

in Schol. col. 2. *l.* 1. Ἐνδεδεκὸς) Mendosa scriptura Scholio huic ansam, ut & multis aliis, dedit. SOLAN.

Pag. 157. *l.* 1. Περιηγουμένῳ τὸ πλοῖον) Benedictus, *navim circumagenti.* Quod quis intelligat? & quanto melior Micyllus, *per navigium circumcirca praeeunte?* GRON. Similis phrasis supra Διαβ. c. 5, περιηγητὴς τῆς εἰκόνος, ubi vide Tollium. KUSTER. Vid. N. Δ. XX ipso initio. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐπισεσυρμένον) Puto hunc locum illustrari posse ex Philopatride c. 16, ubi iunguntur ὑπέβηττε μύχιον, & ἐχρέμπτετο ἐπισεσυρμένον. Sine dubio ibi significat, *de imo pulmone tractam pituitam emoliri:* itaque hic etiam ad *vocem ex imo quasi recessu attractam & prolatam* refero. Illud quidem video, tarditatis aut languoris notionem plane huc non convenire; quid enim sibi vellet τὸ ἐπίτροχον; Neque tamen *confusionis* notionem ausim excludere, cum videam in Ἑταιρ. X, (p. 242.) ἐπισεσυρμένα γράμματα, per festinationem varie tractas & sibi permixtas. GESN.

ead. l. 13. Συνεσπειραμένος) Confer supra hoc Tom. ad Dipſ. cap. 6. REITZ.

ibid. Ἐλεύθερον) Sic omnino legendum, non, ut in omnibus libris noſtris erat, ἐλευθέριον. De coma Athenienſium. SOLAN.

Pag. 158. *l.* 1. Ἐν Παλλήνῃ) Γρ. ἔμπαλιν. GUYET. Ἔμπαλιν ἢ) Genuina haec ſcriptura, quam *Ven.* edd. debemus. Reliquae depravatiſſime ἐν Παλλήνῃ, quod & interpreti & Bourdeletio fraudi fuit. De Pallene vid. Polyaen. Strat. VII, p. 537. Apud veteres autem illos Athenienſes ſenes comam alebant, & ornabant, quod locus Thucydidis a Noſtro indicatus docet: καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνας τε λινοῦς ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἑν ἕρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπὶ πολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε. Quo in loco Stephanus ἑνέρσει coniunctim legere iubet, ut apud Suidam legitur, & Etym. m. auctorem; quod etiam Hudſono placet, & confirmari luculenter poteſt ex Clem. Alex. p. m. 58 A. ubi ad hunc Thucydidis locum palam alludit. Praeter Thucydidem cum Scholiis vid. etiam Euſtath. ad Homer. Il. Γ. De cicadis iſtis, & Meurſ. lect. Att. I, 1, & de fort. Athen. p. 6. Philoſtr. 837. SOLAN. Ἔμπαλιν οἱ πρόγονοι ἡμῶν) Si dicam ita emendandum hunc locum neceſſario; importunam hic eſſe Pallenen tum Thraciam, tum eam, quae fuit pagus Atticae; laborare conſtructionem; peſſime interpunctum eſſe: vera dicam equidem, ſed idem verear, ne nimium audax videar. Itaque vehementer delectatus ſum, cum ipſum illud ἔμπαλιν reperirem in Aldi editione 1522, ubi ceteroquin aeque imperite interpunctum eſt, ut appareat, non eſſe a correctore, ſed ſumtum ab archetypo. Nempe ſic optime ſibi conſtant omnia. Apud Aegyptios comas implexas habent ingenui ad pubertatem; contra ea apud Athenienſes antiquos id faciebant ſenum lautiores. Res manifeſta nimis. Itaque nihil opus eſt, quam ut adſcribamus verba, ad quae hic reſpicitur, Thucydidis I, 6: Καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς (de Athenienſibus loquitur) τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, οὐ πολὺς χρόνος ἐπειδὴ χιτῶνάς τε λινοῦς (obſerva hoc quoque Aegyptium) ἐπαύσαντο φοροῦντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἑνέρσει κρωβύλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν κεφαλῇ τριχῶν. ἀφ' οὗ καὶ Ἰώνων τοὺς πρεσβυτέρους κατὰ τὸ ξυγγενὲς ἐπὶ πολὺ αὕτη ἡ σκευὴ κατέσχε. Haec ultima de Ionibus

etiam utcunque illustrant obscura sane Luciani verba, ἐν τοῖς Ἴωσιν, quorum an vera sit lectio, an ego sententiam assecutus sim, asseverate nolim dicere. Iones antiquam Athenienſium coloniam esse constat, vel ex ipso Thucydidis loco. GESN.

ead. l. 3. Κρώβυλλον) Crobylus crinium plexus in acumen desinens, de quo Thucydides in primo. Plutarch. in libello de tacente Pythia. Tertull. lib. de velandis virginibus. De cicada Athenienſium Greg. Nazianzen. Κεκροπίδαι τέττιγα πλόκων ὑπὲρ νίεα γαίης Γηγενέες. — COGN. Legend. interpr. Aristophan. ad Nub. Tzetz. histor. 301, Chil. 10. BOURD. Κρώβυλον, seu κρωβύλον, legendum. GUYET.

ead. l. 9. ΛΥΚ.) Luciano haec, non Timolao, cui vulgo tribuuntur, conveniunt. SOLAN.

ead. l. 11. Τῶν βυρσῶν τὰς ἐπιβολὰς) Quo instructior navis, tanto plures habuit pelles & coria ad usum, quem Pollucis verbis licet describere I, 120: Τὰ δὲ ὅπλα τῆς νεὼς δέρρεις καὶ διφθέραι— πρὸς τὰς ἐπιβολὰς (contra tela varia) ἀντεσοφίζοντο, βύρσας προσηλοῦντες πρὸς τὰ τειχίσματα τῶν νεῶν, ὅπως ὁ σίδηρος ὀλισθάνῃ πρὸς τὸ ἀντίτυπον ἀντιλαβὴν οὐκ ἔχων. Irritum cadit & aberrat a destinatione ferrum, cum irruit in oppositum sibi quiddam, quod contra niti non potest, sed cedit, vimque adeo teli illati frangit. Interim videri & numerari in coriis istis possunt αἱ ἐπιβολαὶ, vestigia impetuum, ipsique adeo ictus, ut in scuto scilicet vestigia, quae in iis haesere, telorum. Quod si cui nimis hoc durum videatur, praesertim in navi σιταγωγῷ, non bellica: ille ἐπιβολὰς, per nos licet, intelligat simpliciter iniectiones vel impositiones coriorum, ipsaque adeo iniecta & affixa ad navim tuendam coria. Sic accepisse Micyllum video. Sed neque dissimulanda Schefferi sententia de mil. nav. II, 5, p. 141, qui intelligit ipsa vela e pluribus pellibus consuta, quibus proinde numerandis magnitudo navis aestimaretur. Eligat, quod quisque voluerit. Me praesertim movit solemnis illa in nautica re τῆς ἐπιβολῆς & ἐμβολῆς significatio, quam illustrat etiam Scheffer. p. 235. GESN.

ead. l. 14. Τῶν κεροιάκων) Hic certe κεροίακες non sunt extrema s. cornua antennarum, ut interpretantur cum Micyllo in Lexicis; nisi putamus posse aliquem percurrere ipsas antennas, & eadem earum extrema comprehendere: quasi tu dicas funambulum extrema eius funis, per quem currit, manibus tenere. Sed sunt ii, quos etiam Lucanus VIII, 177, & X, 495, Graeca voce *ceruchos* vocavit, rudentes, quibus ab

utroque suo cornu suspensa antenna libratur, & ad malum alligatur: quod videre licet apud Schefferum de mil. nav. lib. II, 5, p. 145, itemque p. 168. Neque vero notatio vocis repugnat huic significationi: neque enim ipsa tantum extrema s. cornua antennarum sunt οἴαξ quidam, clavus, s. gubernaculum; verum vel maxime ille transversus funis ad utrumque cornu alligatus duobus extremis, media autem parte sic annexus ad malum, ut triangulum efficiatur, cuius basis sit in ipsa antenna, angulus autem vehementer obtusus, unde brevissimum perpendiculum demitri queat, ad malum. Quae quidem luculenter omnia διαγραφὴ Schefferiana ostendit. GESN.

in Schol. col. 2. l. 2. Κάρια) C. Κάρυα· quod & adscripsit Vossius, citato etiam Apoll. in Poliorc. teste Gronovio. SOLAN. Immo κάρυα sine dubio hic legendum. REITZ.

Pag. 159. l. 4. Ἀποσοβοῦντα) Subaudi τὰς χεῖρας, i. e. ὀπτεύοντα. Sic φεύγειν παρασείσαντα, scil. τὰς χεῖρας. Casaub. ad Char. Theophr. GUYET. Hic locus ostendit, apud Suidam non male legi ἀποτρέχωμεν, ubi ἀποσοβῶμεν exponit; quamquam aliter doctissimus editor sentiat. SOLAN. Non video, quid hic χεῖρας intelligi opus sit, etsi id in σοβεῖν, & in παρασείειν interdum lateat. Nam ἀποσοβεῖν εἰς, pro *facessere, abire*, non infrequens. Vid. supra ad pr. Imag. c. ult. Adde Long. Past. I, pag. 73 f. ed. Moll. ὁρᾷ τὸν Δάφνιν ἀνατεθειμένον ἐπὶ τοὺς ὤμους τὴν ἄγραν, καὶ ἀποσοβεῖν ἐγνωκότα, quod recte ibi conversum, *citato abire gradu decreverat*. Mollius id rarum ait, & ex Suid. tantum addit, καὶ ἀποσοβῶμεν Μένανδρος. Adde Nostrum infra Sympos. & Thom. Mag. tria haec Luciani testimonia afferentem, exponentemque ἀποσοβῶ — θαρραλέως ἀπέρχομαι. Sed & σοβεῖτω παῖς τοῖς ποτηρίοις συχνοῖς, *properat puer* &c. aliaque de περισοβεῖσθαι κύλικας habet Bergl. ad Alciphr. I, p. 87. REITZ.

ead. l. 13. Εἴκοσι καὶ ἑκατὸν) Plut. Dem. navem memorat CCLXXX &c. (Baif. 42.) de qua & Athen. V. SOLAN.

ibid. Ἔλεγεν) Ἔλαχεν corrigit Hasaeus in nov. Thes. Theol. Philol. T. II, p. 718, col. 2, (quod mihi humanissime indicavit clar. noster Iac. Odé) ac plane persuadet; quia navis faber haec Luciano enarrare non possit, cum navis haec esset Athenis, illa in Aegypto sit fabricata; nec Lucianus cum ναυπηγῷ, sed cum ναυκλήρῳ & *nautis*, sermocinetur, ut patet deinde. Iam igitur vertendum: *sed interea, dum sermones caedimus, quanta navis? Longitudinem constituit* (tribuit, dedit) *navis fabricator viginti & centum cubitorum* &c. Parisinae inter-

pres Micyllus verba illa, *aiebat navis fabricator*, plane omisit; forsan quia sensum non inesse vidit. REITZ.

Pag. 160. *l.* 1. Προτόνῳ) Mirum sane, tantae navis malum ita aptatum, ut demitti & restitui posset; sed non aliter veteres. SOLAN.

ibid. Συνέχεται) In plerisque impr. ante hanc vocem legitur κέχρηται καί. Sed neque Ox. nec *Fl.* agnoscunt. SOLAN.

ead. l. 2. Χρυσοῦν χοινίσκον) Sic omnes omnino editiones: legendum tamen est χηνίσκον. De chenisco multa Colvius ad Apul. BOURD. Pro χοινίσκον, quod plerique impr. praeferunt, facere videtur, quod frumentariae navis aptum esset insigne. Sed Ox. Cod. χηνίσκον agnoscit, uti emendare iusserant bene multi. Vid. Salmas. 404 C. Plin. Exerc. SOLAN. Χηνίσκον) Invitis edd. sic dudum edi volui; hae enim male, χοινίσκον, cum versiones tamen recte, *anserculum*. Qui dubitat, conferat modo supra, 2 Ver. Hist. cap. 41. Viderat iam Brod. vulgatam sic corrigendam, Thes. Crit. part. II, p. 457. Iam vero, cum & χηνίσκον in Ox. reperiatur, nullus haesitationi amplius locus. Guyetus adscripserat: i. e. ἡ ἐπίκειται χρυσοῦς χηνίσκος. Sed de illa constructione nemo ambigit. REITZ.

ead. l. 4. Τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς) In hac navi & tutela & παράσημον videtur fuisse Isis, quae duo alias distinguuntur. Vid. Salmas. Exerc. Plin. p. 403, & de tutelis navium collecta a Meursio ad Lycophr. p. 131 seq. Sed omnium disertissime Scheffer. de mil. nav. III, 1, qui neque hunc locum praetermittit p. 175 pr. GESN.

ibid. Ἔχουσα) Non agnoscit Ox. Cod. voces ἡ πρώρα, quae in impr. omnibus cernuntur; sed abesse sine sententiae damno non possunt: unde conficitur, in prora quandoque signum navis fuisse, & quidem ita positum, ut aut duplex esset, aut ita emineret, ut utrinque facile agnosci posset; quod vulgari ea de re sententiae advertatur. Vid. omnino Virg. Aen. X, 156: — *Aenea puppis Prima tenet, rostro Phrygios subiuncta leones; Imminet Ida super profugis gratissima Teucris.* SOLAN.

ead. l. 5. Ὁ μὲν γὰρ ἄλλος κόσμος, αἱ γραφαί, καὶ τοῦ ἱστίου παράσημον πυραυγές) Salmuriensis, *cetera enim ornamenta, picturae, veli parasitum flammeum.* Quid παράσημον Graecis, Latinis *parasitum* sit, quaerant, quibus libet horas bonas perdere. Ego ex Florentina editione rescribendum censeo τοῦ ἱστίου καρχήσιον πυραυγές. Nam καρχήσιον fuit summa pars mali,

per quam funes traducuntur teste Servio. Paulo post in hoc ipso dialogo: *καί τινα λαμπρὸν ἀστέρα, Διοσκούρων τὸν ἕτερον, ἐπικαθίσαι τῷ καρχησίῳ, stellam quandam splendidam, Dioscurorum videlicet alterum, in carchesio consedisse.* Vide Polluc. l. 9. Macrob. l. 10: *Navalis mali partem inferiorem pternam vocari. At circa mediam ferme partem τράχηλον dici, summam vero partem carchesium nominari.* De τῷ πτέρνα & καρχήσιον idem notavit Pollux; sed de carchesio addit, illud aliter etiam dici ἠλακάτη, & θωράκιον. Fuerant autem carchesia picta & minio illita, ut flammei essent splendoris. Apul. XI Metam. *Malus insurgit, pinus rotunda, splendore sublimis, insignis, carchesio conspicua.* Sic edd. veteres. Sed recentiores: *splendore sublimis, insigni carchesio conspicua.* Sed quid splendor facit ad sublimitatem? Puto legendum: *splendore sublimi insignis, carchesio conspicua*, h. e. qui malus in sublimitate, seu in cacumine splendet, conspicuum carchesium ferens. Catullus: *Lucida qua splendent summi carchesia mali.* GRAEV.

ibid. Αἱ γραφαὶ) Adscripsit Hemsterh. vid. Duk. ad Thucyd. VI, 31. Sed nihil aliud ibi agitur, quam quod Scholiast. Thucydideum σημείοις interpretetur καταγραφὰς τῶν τριηρῶν, quod ex hoc Luciani loco confirmari, sed & de παρασήμοις ac tutelis navium cogitari possit. REITZ.

ead. l. 6. Ἱστίου τὸ παράσιον) Nomen ignorabile nobis παράσιον, nescio an satis cognitum Scheffero, qui *Parasiam* appellat de Mil. Nav. III, 1, p. 170, ac 175, quod alias παράσημον est. Sed licet ipsum nomen ignoremus, res tamen non videbatur plane obscura. Παράσιον ergo puto illud esse, quod alias vocatur σιφάριον, supparum, velum minus, splendidi coloris, maiori impositum, quo in portum Puteolanum invehentibus uti licebat solis navibus, ut haec est, Alexandrinis. Seneca ep. 77 pr. *Subito hodie nobis Alexandrinae naves apparuerunt — Omnis in pilis Puteolorum turba consistit, & ex ipso genere velorum Alexandrinas, quamvis in magna turba navium intelligit. Solis enim licet* supparum *intendere, quod in alto omnes habent naves. Nulla enim res aeque adiuvat cursum, quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur — cum intravere Capreas — ceterae velo iubentur esse contentae:* supparum *Alexandrinarum insigne est.* Convenit color suppari. Seneca Medea v. 325: *Albo rubicunda tremunt suppara velo.* Convenit situs in ipso velo, quod declarat idem locus Senecae, & ille alter Lucani V, 429, *Summaque pandens Suppara velorum*, ut hic ἱστίου τὸ παράσιον. Videtur autem velo ita fuisse impositum, ut anten-

nam communem haberet, *pede* autem, h. e. extremo f. angulo *uno*, superius ad malum alligaretur. Suadet hoc non ista modo perpetua cum velo societas, (quin *summam partem veli* videtur appellare Seneca l. c.) sed illud quoque, quod Isidorus etym. 19, 3, *unum illi pedem* diserte tribuit, & Scholiastes ad Lucani l. c. describit suppara, *vela minora in modum deltae literae*. Hinc iudicabunt viri maritimi, in quantum conveniat *supparis* cum *Topzeilen*. Unum illud addo, ex hoc ipso forte loco hausisse Schefferum, ut *Parasiam* pro παρασήμῳ diceret, quod acciperet aliquam speciem, si in *supparo*, ut hodie in vexillis f. *vlaggis* insigne quoddam, unde nosci posset navis, intextum pictumve fuisse constaret. GESN. Τὸ παράσειον) Hasaeus Thes. Theol. Phil. T. II, p. 719, Graevium reprehendit, qui Florentinae καρχήσιον amplectatur; cum id sit glossema vocum τοῦ ἱστίου παράσιον, nec facile dici ἱστίου καρχήσιον, sed solum καρχήσιον, ut Lucian. ipse mox dicat, & nusquam sit in navi καρχήσιον, nisi ἐν τῷ ἱστίῳ. Adeoque pro vulgato παράσιον, docet legendum τὸ παράσειον, intellecto μέρος, i. e. *versatilem mali partem*, verbaque Luciani esse periphrasin τοῦ καρχησίου, ut Scholiast. bene ceperit. Quare de scriptura Hasaeo assentior, qui eam ex ingenio vidit, licet deceptus fuerit a Graev. plane aberrante, in prodenda *Fl.* scriptura, quae non καρχήσιον, sed παράσειον, aeque ac Schol. omnino habet, quod recepi. Plura de navibus Alexandrinis earumque magnitudine & partibus vid. apud laudatum Hasaeum l. d. REITZ. Nondum poenitet sententiae de παρασείῳ f. παρασείῳ nostrae, postquam tuo indicio, vir praestantissime, de Hasaei sententia edoctus sum. Ἱστίον non *malus* est, sed *velum*. Scholiastae auctoritas paene nulla. Παράσειον neque auctorem habet alium, neque analogiam certam: & si lubet omnino a verbo παρασείω derivare; quidni huc etiam referamus, quod e Seneca protulimus de *supparo*, *Nulla res aeque adiuvat cursum, quam summa pars veli; illinc maxime navis urgetur. Urgetur*, promovetur, παρασείεται. Sed hoc de etymologia non praestiterim: multo minus illud, quod in mentem veniebat, an forte παράσιον, unica vocali mutata, & transpositis literis, fuerit σιπάριον, aut συπάριον. Res ipsa de *supparo* adhuc vehementer mihi blanditur. GESN. *in Addend.*

ead. l. 7. Στροφεία) Nolunt grammatici hanc vocem de cylindris usurpari, quorum ope ancorarum funes, & ipsa demum ancora tollitur; ego tamen qua ratione de alia re hic usurpetur, non video. SOLAN.

ead. l. 9. Στρατοσίδφ ἄν τις εἰκάσειεν) Nihili ergo est scrupulus, quem mihi movebant nuper ad Plinii Paneg. 31, 2, homines CCLXXVI in una navi frumentaria. Potuit ergo etiam cum tanto hominum numero Alexandrina Paulli navis fuisse σιταγωγός. GESN.

ead. l. 13. Πηδάλια) Plur. num. Confer supra Toxar. c. 6. REITZ.

ead. l. 14. Ἀναφαλαντίας τις) Omissam in edd. voc. τις adscivimus ex Ms. Reg. 2956.

in Schol. col. 1. *l.* 1. Τοῦ ἱστοῦ) Sic legitur pro ἱστίου, nescio, errorene typographico, an sic in Scholiasta ipso, ex alio Luciani Codice. REITZ.

Pag. 161. *l.* 9. Ἀκάμαντα) Cypri promontorium. Ptol. Ortel. GUYET. Mons & promontorium Cypri occidentale, quod nunc Italis nautis *Capo di San Piphano* dicitur, quod a dextris videtur iis, qui ab Alexandria vel Aegypto versus Rhodum & Asiam tendunt. PALM.

ead. l. 11. Χελιδονέας) Χελιδονίας πέτρας Stephanus vocat. GUYET.

ead. l. 15. Κατ') Sic L. & *Fl.* optime. In reliquis impr. μετ'. SOLAN.

Pag. 162. *l.* 1. Ἀπόξυροι) Conf. supra Prometh. sub init. ubi ἀποτομοί τε — πέτραι edd. Ἀπόξυροι vero Codd. A. P. L. quam varietatem Hemsterh. non retulit in suum locum; quia in nota Solani indicatur, qui addit, etiam ἀπόξυροι esse in Rhet. c. 7. REITZ.

ead. l. 9. Διοσκούρων — ἐπικαθίσαι) Et supra hoc ridens narraverat, pro Merced. c. 1. REITZ.

ead. l. 17. Τὸν Μαλέαν) In impr. ferme omnibus erat τὸν Μαλέα. In O. vero, & *Fl.* τὸν Μαλέαν, quod secuti sumus. SOLAN. Guyet. Μαλέα legens adscripsit esse ab ὁ Μαλεύς. Ego Μαλέαν cum Thucyd. III, 4 & 6, servavi, quod indicat Casaub. ad Strab. XIII, 916. Apud Strab. Μαλίαν frequenter, interdum & Μαλέαν. REITZ.

Pag. 163. *l.* 2. Ἡ τοῦ Νηρέως ἡλ.) Mentem Luciani hic non satis assequor, aut cur Nereum hic adscisat. SOLAN.

ead. l. 5. Ἐμβοήσωμεν) Ex Cod. Ox. qui ἐμβοήσομεν praefert, cum prave in omnibus impr. sit ἐκβοήσωμεν. Vid. Ἐπισκ. c. 21, & πενθ. c. 15. SOLAN. In O. quidem ἐμβοήσομεν, penultima brevi. Verum ideo non haesitavi ἐμβ. saltem pro ἐκβ. inde arripere, quia *inclamare* hic postulatur, non *exclamare*, id-

que firmatur etiam locis Nostri ab Solano indicatis, quibus adde mox c. 11 ἐμβοῶσιν. REITZ.

ead. l. 8. Ἡ δυσχεραίνει) Infra Philopatr. c. 1, δυσχεραίνεις καθ' ἡμῶν, ἢ ἐκκεκώφωσαι. REITZ.

ead. l. 11. Ἐκείνου) Glossema videtur. GUYET. Optime. Eiiciendum ergo. REITZ.

ibid. Ἐν χρῷ ἡ κουρὰ) Vid. notam ad B. πρ. c. 20. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐμβοῶσιν) Quod *I.* praefixum ἐμ omisit, operarum tantum culpam, non editoris, credo, quia βοῶσιν novum ibi versum inchoat. REITZ.

ead. l. 15. Οὐ μικρὸν — ἀνακυκλῶν) Eadem phrasis totidem verbis infra Philopatr. c. 2. Sic ἀνακυκλῶν πρὸς ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα, Nigrin. § 6 f. REITZ.

Pag. 164. *l.* 5. Ἐτελέσθημεν) Initiatus ergo Lucianus: nam etsi iocetur, hoc veri subesse oportet. SOLAN.

ead. l. 6. Στέγειν) Ms. Ox. σέγ' ἄν, pro σιγᾷν. Sed nihil mutato opus est. SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 6. Τοῖς ἄλλοις) Τοὺς ἄλλους ἀπ. ἐν ἀκινδύνῳ σοι habent V. C. D. M. Quare posteriora inde adscivi, cum ante ederetur ἀνακινδυνεῦσαι. Sed pro οὐ δεῖ leg. ἃ δεῖ, & pro τὰ l. αὐτά. REITZ.

ibid, col. 2. *l.* 6. Εὐθυμία) Ἐνθύμια legend. Wetsten. bene monuit. REITZ.

Pag. 165. *l.* 3. Κοινὸς Ἑρμᾶς) Phrunut. cap. de Mercer. Theoph. Charact. 24. Latini *in commune.* Seneca Epistola 120: *Quoties aliquid inveni, non exspectio, donec dicas in commune, ipse mihi dico.* BOURD. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. pag. 250. SOLAN.

ibid. Ἑρμᾶς) Nil quoque Codd. variare video. Alias Ἑρμῆς postularetur. Casaub. ad Theoph. l. d. explicat quidem proverbium; sed haec Luciani allegans Ἑρμῆς quoque scribit. Ego, etsi Doricum est Ἑρμᾶς, nihil muto, quia ex nautarum pronuntiatione sic dedisse videtur. REITZ.

ead. l. 13. Δώδεκα — Ἀττικὰ τάλαντα) Ultra duo millia librarum Anglicanarum, nempe 2335. SOLAN.

ibid. Εἰ πρὸς τοὐλάχιστόν τις λογίζοιτο) Benedictus, *si quis ad minima usque supputarit.* Ergo putavit ille, maximam eam summam esse, quousque ascendere queant reditus eius, &, si omnino nihil, ne minimum quidem, ex lucris in supputatione omittas, nunquam fore ultra duodecim talenta. Aliter censuit Micyllus, qui vertit, *etiamsi quis communiora tantum computaret:* quae tamen versio subobscura est, dum vix dicas, utrum

communiora intellexerit talenta, an subintellecto *lucra*. Certe videntur Graeca significare duodecim redigi talenta, si quis crasso modo colligat; si ad minimum, non summum quis subduxerit, si non accuratissime singula in rationem mittantur, sed rudius generalinsque ediderit. GRON.

in Schol. Ναυτικὰ) Quid respiciat, incertum. SOLAN.

Pag. 166. *l.* 11. Οὐρίῳ) Hanc emendationem nostram confirmat Cod. Ox. In reliquis enim scribitur οὐρείῳ. SOLAN. Οὐρίῳ rescripsi, quia sic solet ap. alios, & ap. Nostrum. Supra 1 Ver. Hist. c. 5, οὐρίῳ ἀνέμῳ &c. REITZ.

Pag. 167. *l.* 4. Εἰ καὶ) Vocula *si*, quam hic vides, in omnibus maximo sententiae damno, hactenus omissa, a me addita est. SOLAN.

ead. l. 5. Ὡς γὰρ) Ὅς leg. videtur. GUYET. Et quia *Fl.* sic bene habet, id omnino recipiendum duco, etsi id non feci; quod & vulgata suos defensores est repertura. REITZ.

ead. l. 7. Τρτάρμενα) I. e. μεγάλα. GUYET.

ead. l. 9. Ἐν Πειραιεῖ) Sic & infra Dial. Meretr. VI, recte. Et Aristoph. Pac. 144, licet metri causa detracto iota, ἐν Πειραεῖ. Est enim caf. rectus ὁ Πειραιεύς. Vid. Strab. IX sub init. Alciphr. I, p. 258; ne credas Πειραιοῦ legendum, ut Ἰσθμοῦ καὶ Πυθοῦ c. 20, & alibi. Sed & Πειραιεῖ sine praepos. Alciphr. III, Ep. 7 f. καὶ Πειραιεῖ βαδιοῦμαι. REITZ.

ead. l. 13. Ἐκ γέλωτι — ποιήσεσθε) Sic supra Quom. Hist. c. 32, Tox. 22 &c. REITZ.

ead. l. 15. Ἀποπλευσοῦμαι) Fut. 1 circumflexum Attice, cuius exempla frequentia vide ap. Maitt. de Dial. p. 359. Qui ea usui promiscuo dialecti Doricae adscribens, tamen ex Thucyd. & Xenoph. multa affert. REITZ.

Pag. 168. *l.* 4. Ὑποστάντες) I. e. *subsidentes*. An ἐπιστάντες; ut respondeat τῷ ὥστε ἐπιστὰς μικρόν. GUYET.

ead. l. 9. Ἡμεῖς δὲ οὐκ αἰτήσομεν) An sic legend. ἡμᾶς δὲ οὐκ αἰτησομένους — ἀκμῆτας δύνασθαι νεῖν; GUYET. Non opus est mutato. Vidimus eiusmodi nominativos non semel. Adde & infra Gesnerum ad Philopatr. c. 23 pr. REITZ.

ead. l. 11. Πρὸ τοῦ) Legebatur antea in omnibus impr. πρῶτον. Sed scribendum est aut πρὸ τούτου, aut πρὸ τοῦ, ut c. 30; & Mer. c. 2. SOLAN.

ead. l. 12. Ἐνοδίας τελετὴν) Horum mysteriorum meminit Pausan. p. 72, 23, non quidem titulo Ἐνοδίας, sed *Hecates* tantum. SOLAN.

ead. l. 16. Ὑπερμαζᾶς) Th. Mag. h. v. haec Luciani af-

ferens habet: ὑπερμαζᾶς γὰρ, ὦ Ἀδείμαντε. Sed γε non movendum. Ceterum de phrasi confer Alciphr. I, Epist. 18 pr. REITZ.

Pag. 169. *l.* 1. Ἐς τὸν κόλπον) Vid. Ἀ. μισθ. c. 6, cum nota nostra, & Theorit. Schol. VI, εἰώθασιν αἱ γυναῖκες... ἐς τὸν κόλπον πτύειν τὸ νεμεσητὸν ἐκτρεπόμεναι. Vid. Hartung. 657. SOLAN. Conf. idem supra Pro Merc. c. 6 f. notamque Solani, id de averruncantibus rem odiosam dici, exponentem. REITZ.

ead. l. 11. Τὸ ἐπιῤῥέον) Subaudi κῦμα. GUYET.

ead. l. 13. Σταδίους) Quadraginta stadiis distabat Piraeeus ab urbe. Diog. Laërt. p. 138 C. unde liquet, decem unicuique, si totum iter ab ipso initio divisissent, assignanda fuisse; sed audis iam magnam partem emensos, antequam id consilii initum est. Triginta iam erant confecta, cum secundus finem dicendi fecit, tamdiuque locutus est tertius, ut Luciano nihil reliqui fuerit, c. 46. Eodem ergo res redit, ac si inter quatuor totum esset ab initio divisum. Una nempe pars ante vota, tres reliquae tribus Luciani sodalibus somnia sua enarrantibus. SOLAN.

Pag. 170. *l.* 15. Ὀλίγον ὅσον ἡμιστάδιον τὸ πρὸ τοῦ Διπύλου ἐπιλήψ.) Benedictus, *paulo ante dimidium stadium, quod usque ad Dipylum superest.* Micyllus, *paulo ante quam ad Dipylum perveniemus, circa extremum hemistadium.* Nescio, cur illis sic placeat obscuris esse & vagari; cum clare dicat, *vel exiguum semistadium, quod ante Dipylum* erit nobis progredientibus reliquum, *assumam.* De morte Peregrini: οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέψαντες τῆς καταλύσεως. GRON.

Pag. 171. *l.* 4. Ἐπιμετρήσω) Conf. Philopsf. c. 24 f. REITZ.

ead. l. 7. Εἴ τι) Praeferrem ὅτι, sed divisum ὅ, τι, ut sit *aliud quodcunque suavissimum:* nam εἴ τι comparativum potius requireret, *si quid suavius.* Verum ideo non illico in contextum recepi; possit tamen recipi, quia ex Codice est. REITZ.

Pag. 172. *l.* 5. Τὰ μὲν ὑμέτερα) Nimis mihi videbatur rusticus Lycinus, si dicat ὑμέτερα· vos animae viles, in vobis iactura & periculum exiguum. Sed de omnibus, qui una erant, loquitur: omnes se navim Adimanti conscensuros praedixerant. Itaque ἡμέτερα legendum puto, vel contra omnes libros, in lapsu adeo facili, & pronominum horum solemni fere confusione. GESN.

ead. l. 8. Κιθαρῳδὸν) Amphion hic est, cuius historiam habes Ἐν. Δ. VIII. Vid. etiam Plut. de Delphinibus 282 f. & Aelian. de an. XII, 45. SOLAN.

ead. l. 10. Ἄλλο παιδίον) Melicertam designat, qui Deus factus Palaemon vocitatus est. Vid. Ἐν. Δ. IX, & Philostr. in Herode p. 551, de statuis Isthmi ab eo positis, οὐδὲ τὸν τοῦ Μελικέρτου παρελθὼν δελφῖνα. Quia cum in ea ora appulisset Melicerta, in eius honorem Isthmia Sisyphus Corinthiorum rex instituerat. Add. Spanh. qui haec & alia ex nummis illustrat. SOLAN.

Pag. 173. *l.* 3. Ἀνορωρύχθω θησαυρὸς) Respicit hic thesaurum ab Attico Herodis patre repertum, de quo Philostr. Herod. p. 547. Uti ex quibusdam manifesto in sequentibus liquebit. SOLAN.

ead. l. 5. Ἡσίοδον) Iubet Hesiodus Ἔργ. 405, οἶκον μὲν πρώτιστα, γυναῖκά τε, βοῦν τ' ἀροτῆρα comparare. SOLAN.

ead. l. 6. Οἶκος) Οἶκον fors. legend. Hesiod. οἶκον μὲν πρώτιστα &c. GUYET.

ead. l. 7. Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ) Absurdum hoc: de Attica enim sermo est. In Ox. Ms. καὶ λιθοῖ, sine Ἰσθμοῖ. In *Fl.* Ἰσθμοῖ quidem, sed etiam λιθοῖ pro πυθοῖ, etiam depravate. Sed quis eiusmodi vulnera absque Mss. Codd. ope sanare possit? SOLAN. Locus obscurus, forte corruptus. Si πλὴν exceptivum est, an Isthmus, Pytho, suburbana sunt, & comprehendi possunt sub appellatione τῶν περὶ τὸ ἄστυ πάντων; nam de Eleusi nihil moror; vicina est, Dis sacrata est. Si πλὴν superioribus adiicit plura, ut vertendum putavi; cur deinde memorat περὶ τὸν Ἰσθμὸν ὀλίγα; nimirum vix est, ut sanum putem hunc locum. Sed blandam medicinam non habeo: urere & secare nolim. GESN. Cl. Bel. de Ballu, Mss. Regg. 2956 & 2959 auctoritatem secutus, ita hunc locum refinxit & interpunxit: πλὴν ὅσα θύμον καὶ λίθοι, καὶ ἐν Ἐλευσῖνι ὅσα ἐπὶ θαλάττῃ, καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν κ. τ. λ. *J'ai déja acheté tout le territoire d'Athènes (à l'exception du thym & des pierres,) toute la partie d'Eleusine qui est située sur le bord de la mer, un petit espace autour de l'Isme* &c. Recte; quod ad interpunctionem. Sed utrum absurdis non sint absurdiora illa πλὴν ὅσα θύμον καὶ λίθοι, viderint alii.

ead. l. 11. Ἔνυδρον) Forsan εὔυδρον, quod & Guyet. adscripsit, pro quo tamen crebro ἔνυδρον reperias exaratum, ut vix statuas, quid ab Luciani manu sit profectum. Εὐ— tamen hic praefero propter additum εὔκαρπον. Ut recte εὔυδρος supra 1. Ver. Hist. c. 28, & Rhet. Praec. c. 7. Sed & alibi notavimus, ea saepe permutari. REITZ.

Pag. 174. *l.* 15. Δημοκράτης) Demostratum innuere vides

tur Herodis inimicum, Philostr. pag. 554, & alibi, ut 559... (ubi quidem Δημοκράτου habent.) SOLAN.

Pag. 175. *l.* 2. Εὐμεγέθεις βάρβαροι) Syri, Medi: sic enim illos vocabant. Habes praecipuam partem pag. 939. Apud Athen. lib. I. BOURD.

ead. l. 7. Τὴν ὥραν) Subaudi κατὰ, nisi forte scribendum ἥκειν κελεύσω κατὰ τὴν ὥραν. GUYET.

ead. l. 12. Ἔλαιον) Antiphanes μύρον ἐξ Ἀθηνῶν apud Athenaeum 27 E. Melius conveniret ἀκαπνον, quam istud ἄπυρον, quod quam recte melli tribuatur, alii viderint. Conf. Athen. l. c. SOLAN.

ead. l. 13. Μέλι — ἄπυρον) Dicit Adimantus, se, si ex voto ditescat, curaturum, sibi ut in promtu sint salsamenta ex Hispania, vinum ex Italia, oleum ex Hispania, μέλι δὲ ἡμέτερον τὸ ἄπυρον, *mel vero nostras sine igne*, ut non male interpres, hoc est, mel Atticum, quod sine fumo colligebatur in argenti metallis Atticis, ut auctor est Strabo L. XI, qui id vocat ἀκάπνιστον, & Plin. L. XI, 15: *Cum eximuntur mella, apes abigi fumo utilissimum, ne irascantur, aut ipsae avide vorent* &c. *Rursus nimio fumo inficiuntur, quarum iniuriam sentiunt mella, vel minimo contactu roris acescentia. Et ob id inter genera servatur, quod acapnon dicitur.* Latini scriptores posteriores appellarunt *mel sine fumo*, ut docuit ὁ πάνυ Reinesius L. III Var. Lect. 4; hoc vero Nostro est μέλι ἄπυρον. GRAEV.

ead. l. 14. Καὶ λαγῶς) Λαγὼ scribend. plur. num. Idem erratum c. 40. GUYET. I. e. ubi νεὼ quoque pro νεῶς legi vult idem. Ego vero, quia reliqua animalia, ὄρνις, τεῶς, ἀλεκτρυὼν, singulari num. proponuntur, λαγὼς quoque ut singulare servari, & σῦς quoque in σῦς contrahi posse putabam; at quia sequentia singularia tamen constituunt plurale πτηνὰ, iam Guyeto assentior. REITZ.

Pag. 176. *l.* 3. Ἀποφερέτω) Sic Verus factitavit, teste Capitolino, in magno illo convivio, de quo c. 5 loquitur. SOLAN.

ead. l. 6. Διόνικος) Nominatur quidam Dionicus in Συμπ. Vid. an idem sit, aut nomen fictitium. SOLAN.

ead. l. 9. Ὑπῆρξεν) Sic impr. fere omnes. At in Ox. & *Fl.* ὑπῆρχεν. Ego tamen nihil muto. SOLAN.

ibid. Αἱ μὲν διανομαὶ) Attici testamentum sugillare hic videtur, qui Herodis pater fuit: is enim minam civibus Atticis viritim distribuendam quotannis reliquerat. Vide Philostr. v. Herodis p. 549. Quae de publicis aedificiis & de fossa ipsa ad Dipylum continuanda adduntur, eodem spectare puto:

lectis iis, quae de nave, machinarum latentium ope, super terram navigante apud eundem narrantur pag. 550, mecum, credo, senties. SOLAN.

Pag. 177. *l.* 2. Ἀπομεμαγμένην) Theocr. in Ἀδωνιάζ. οὐκ ἀλέγω μή μοι κενεὰν ἀπομάξῃς, subaudi χοίνικα. GUYET. Vid. Casaub. ad Theophr. Char. 253. SOLAN.

ead. l. 7. Οἶσθα οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ὡς πάνυ σοι ἀπὸ λεπτῆς κρόκης ὁ παῖς οὗτος πλοῦτος ἀπήρτηται, καὶ ἢν ἐκείνη ἀποῤῥαγῇ, πάντα οἴχεται) Interpres: *ergo scis, Adimante, quam tenui de filo puer iste Plutus dependeat, quod si rumpatur, omnia evanescent.* Mendum est insigne in his verbis, quod tamen ab interpretum nullo est animadversum. Nam quid, amabo, est παῖς πλοῦτος; Quis unquam fando audivit de *puero Pluto.* Nescio sane, quem sibi interpretes finxerint puerum Plutum, quem nemo poëta, nemo fabularum architectus unquam novit. At mendum turpissimum unius literulae litura tolli potest, & necessario debet, quod me docuit vir celeberrimus Antonius Schultingius Iuris Antecessor ordinarius, Collega mihi coniunctissimus: nimirum si pro παῖς legas πᾶς, hoc sensu, *quam tenui de filo omnes hae divitiae pendeant.* Atque sic sensus planus est & facilis. Addam, quem ego observavi, similem ex Herodoto locum, qui est lib. III, c. 19, καὶ πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός. Quam ineptum & ridiculum foret, si isthic legas παῖς στρατός; sed aeque ridiculum est illud apud Lucianum παῖς πλοῦτος. L. BOS. Ὁ παῖς) Lege ὁ πᾶς. LA CROZE. Optime. Idem & adscripserat Guyet. quare id recepi; nec opus est magno conatu ad id probandum, adeo se id sponte probat. REITZ. Illud ὁ πᾶς οὗτος πλοῦτος adeo indubium putabam, ut pro sphalmate tantum Hagenoënsis libri haberem illud ι intrusum, quod olim, nescio meo, an superioris alicuius possessoris, obelo confixum videbam. GESN. *in Addend.*

ead. l. 11. ΑΔΕΙΜ. Πῶς λέγεις, ὦ Λυκῖνε; ὅτι, ὦ ἄριστε) ΑΔΕΙΜ. Πῶς λέγεις, ὦ Λυκῖνε; ΛΥΚ. Ὅτι, ὦ ἄρ. MARCIL.

ead. l. 13. Εἰ ἔτι) Ἄρτι legendum videtur. GUYET. Immo si ἔτι simpliciter pro *adhuc* acceperis, locum hic non haberet ἔτι. At si pro *iam tum*, nihil mutato opus erit. Vel, vulgari significatu retento, *ipso momento, quo accubas*, sive *coena nondum peracta*, veluti ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος in Nov. Foed. centies, *eo adhuc loquente*, i. e. *inter loquendum.* Ἄρτι tamen non respuerem, sicubi invenirem. Sed possis & ἤδη coniicere, quod dictantes ἴδι pronuntiabant. REITZ.

Pag. 178. *l.* 6. Ἐκπεσόντας) De hac phrasi agit I. Elsner. Obs. ad Galat. V, 4. REITZ.

ead. l. 7. Τό, τε) Τὸ ὑγιαίνειν ἐχέγγυον placet. Ἐχέγγυον, i. e. ἀσφαλὲς, firmum, constans; sed forte τόγε ὑγιαίνειν legendum. GUYET. Hoc probem: etsi enim τό, τε cum seq. καὶ bene convenire videtur ad sonum, non tamen annexum est τε ei verbo, cui debebat: sic enim ἐχέγγυόν τε καὶ βέβαιον requireretur. REITZ.

ead. l. 15. Οἶδα μετὰ) Non agnoscit Ox. Et sane odiosum est. SOLAN.

Pag. 179. *l.* 2. Χοινικίδα) Sic impr. plerique & Ox. quae vox paulo insolentior editori *l.* visa est, adeoque χοίνικα reposuit. SOLAN.

ibid. Τῆς εὐχῆς) Ταῖς εὐχαῖς legend. videtur. Τὸ ἀπηρεάζω dativo, non genitivo, iungitur. GUYET. Laudo, & εὐχῆς ex mala pronuntiatione dictantis ortum arbitror. REITZ.

Pag. 180. *l.* 6. Πεντακισχιλίους) *Quingenta millia* pro *quinque m.* dederat Bened. REITZ.

ead. l. 7. Ἄρχων) Interpunctionem mutavi, cum legeretur προκριθεὶς, ἄρχων ἄριστος &c. REITZ.

ead. l. 13. Ὅμοιον) An ὁμοίως; GUYET. Ὁμοίως) In omnibus scriptum est ὅμοιον, prave haud dubie: ego mutavi. Vid. Προμ. c. 10. SOLAN.

Pag. 181. *l.* 5. Ἀνέρας) Cur hic a vulgato recederet, olim non videbam. Nunc tandem apud Homerum invenio Iliad. B, 554. SOLAN.

ead. l. 6. Ἐξ Ἀρκαδίας) Asini nempe, Arcadiae pecuaria Persio. LA CROZE.

ead. l. 12. Ἐς τὸ Περσικὸν) *A la Persane.* GUYET. Sic εἰς τὸ κρεῖττον, *optimo modo.* Et sic fere Aelian. IV, 4, εἰς τὸ σχῆμα τινὸς, vel εἰς ζῆλον τινὸς ποιεῖν, *ad imitationem, figuram, modum quendam quid facere*, Herodiano frequens. REITZ.

ibid. Περιαγαγὼν — τὼ χεῖρε) Vid. Xenoph. Cyrop. VIII, 127, 20, & Ἑλλ. II, p. 266, 30, quo alludere videtur; & Brisson. Persic. I. Hunc autem morem aperuit mihi Io. Chardinus, qui cum apud Persas esset, praetereunte rege, vidit hodiernos Persas manus ita manicis inserentes, ut altera alteri applicetur. Non assecutus est Lydiat. Marm. Ox. pag. 68. SOLAN.

ead. l. 16. Οὐδὲ ὅλως) Mirum sane, in tot peregrinationibus equo nunquam usum. SOLAN. Ad haec cl. Bel. de Ballu: *Dusoul, qui croit que tout ceci est dit sérieusement, s'étonne de ce que*

dans tant de voyages Lucien ne s'est jamais servi de cheval. Comme l'érudition gâte quelque fois le jugement!

Pag 182. *l.* 13. Ὦ Ἀδείμαντε) In Mſ. Reg. 2954. ὦ Σάμιππε· unde cl. Bel. de Ballu perſonam Adimanti huc inſerendam putat, hoc modo: — τὴν χεῖρα. ΑΔΕΙΜ. Πάντες, ὡς ὁρᾶς, ὦ Σάμιππε, ἐχειροτόνησαν. ΣΑΜ. Ἀλλὰ σὺ μὲν ἄρχε, κ. τ. λ.

ead. l. 17. Συμπαρεδρεύειν) Paraphraſi explicandum putavi verbum, cuius hanc vim eſſe ſentio. Forte iam adſcripſit hunc locum vir doctiſſimus Ger. d'Arnaud capiti octavo elegantis opuſculi ſui de Dîs παρέδροις. GESN.

Pag. 183. *l.* 4. Τὰ ὅπλα) Subaudi κατά. GUYET.

ead. l. 7. Κεγχρεαῖς) Sic edd. Κεγχρειαῖς emendat Solan. vid. eius rationes ſupra Quom. Hiſt. c. 29. At Κεγχρεαῖς ſine diphthongo affert Waſſ. ad Thucyd. VIII, c. 10, ex Polyb. ubi ſic ſemper. Quamvis ap. Thucyd. Scylac. Strab. & Philoſtr. ubique recte cum diphthongo reperias. Ego itaque non movi vulgatam ſcripturam, quia & ſupra l. d. in Quom. Hiſt. Κεγχρεῶν cum vulgo librorum ſervavi, & Th. Mag. indicante ibid. Ienſio, utrovis more ſcribi, etiam obſervat. REITZ.

ead. l. 8. Διαλάβωμεν) Corrige διαβάλωμεν. GUYET. Διαβάλλωμεν) Sic viſum mutare pro διαλάβωμεν, quod in omnibus impr. & Ox. erat. SOLAN. Vel διελάσωμεν, l. διαπεράσωμεν, l. διαπλεύσωμεν, malit cl. Bel. de Ball.

ead. l. 9. Ἀρτέμιδι θύσαντες, καὶ τὰς πόλεις ἀτειχίστους λαβόντες, ῥᾳδίως ἄρχοντας ἀπολιπόντες) Sic quoque Benedictus, *captis civitatibus immunitis, & praefectis ibidem facile relictis:* cum Micyllus pariter dediſſet, *ac civitatibus nullo defendente captis, praefectiſque ibidem facile relictis.* Mihi ea ratio loquendi videtur abſurda, & diſtinguendum eſſe λαβόντες ῥᾳδίως, ἄρχοντας ἀπολ. Sic enim & ſolent ſcriptores loqui, & ſenſus communis fert. Mox longe ineptius vertuntur illa καὶ τῆς παραλίου καὶ ὀρεινῆς Κιλικίας, *utramque Ciliciae oram, maritimam videlicet & montanam.* Si enim ὀρεινὴ non eſt παράλιος, non poteſt ferri *ora:* & cur non ſimpliciter *maritimamque ac montanam Ciliciam?* GRON.

Pag. 184. *l.* 6. Ἀποδιδράσκεις — τὸν κατάλογον) Hanc phraſin alibi obſervare me non memini. SOLAN.

ibid. Κατάλογον) Κατάλοχον legit interpres. GUYET.

ead. l. 12. Οἱ δὲ) Pro *alii vero* uſitatum eſſe, permultis docet I. Elſn. Obſ. ad N. T. I, p. 347. REITZ.

Pag. 185. *l.* 3. Ἐπὶ Βαβυλῶνα ἐλθόντες) Ἐπὶ Βαβυλῶνι ἐλθόντες, quod O. habet, pro Βαβυλῶνα, defendi poteſt ex Hom.

Il. Θ, 110, Τρωσὶν ὀφ' ἱπποδάμοισιν ἰθύνοντες, & ex Aeschyl. Agam. 61, ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ πέμπτῳ, atque Evang. Matth. VIII, 7, aliisque multis, quae profert doctiss. Abresch. animadv. ad Aesch. p. 68, 69. REITZ.

ead. l. 10. Εἴκοσιν) Μυριάδας scil. GUYET.

ead. l. 12. Τῶν πλησίων) Etsi οἱ πλησίον alibi rectius & usitatius, ut supra Necyom. c. 16 med. μηδὲν τοῦ πλησίον διαφέρων, atque alibi, ut indico Philopatr. c. 16, hic tamen nihil mutem, propter nexum cum προαστείων. REITZ.

ead. l. 14. Κατέαξε) Κατέλεξε legendum videtur. GUYET. Neque κατάγειν esse exercitum cogere vel conducere, novi; neque formam illam Atticam, quam habet ἄγω vel ἄγνυμι aliter frangendi intellectu positam, memini. Sollicitor proinde levicula mutatione legere κατέλεξε, *conscripsit*, *delegit*, quod solemne in hac re verbum est, unde paulo ante κατάλογον dixerat. Λ facile in Α transiit, post quod Ε sequens librarii stilo forte confossum est, factumque ex ΚΑΤΕΛΕΞΕ, ΚΑΤΕΑΞΕ. GESN.

Pag. 186. *l.* 12. Τριάκοντα) Aberat Piraeeus portus XL stadiis ab urbe: quorum in quatuor partes divisorum tres iam emensi erant; quarta restabat Luciano, Vid. c. 16, & notam nostram. SOLAN.

ead. l. 14. Ἐπὶ τῆς ἀναγεγρ.) Ὑπὸ στήλης leg. omnino. Sic ὑπὸ γῆς, ὑπὸ μάλης, & sim. GUYET. (Eadem habet Menag.) Quid sibi velit ἀναγεγραμμένη στήλη, non est facile dictu. Leges quidem aut verba alia ἀναγεγραμμένα dici possunt, στήλη forte ἐπιγεγραμμένη, i. e. *literata*, *inscripta*, ut adhuc dederunt interpretes. Quid vero ad assidendum commoditatis habet, & quidem, ut quatuor homines sedeant, στήλη, *columella*, *cippus*, altum magis opus, quam longum aut latum? & quid ad eam partem, qua sedetur, literae? Scilicet imposuit antiquo alicui librario similitudo maxima, quae intercedit inter Τ & Γ literas: viderat idem literata saxa frequentia: dedit ergo ἀναγεγραμμένης pro ἀνατετραμμένης. *Columella*, *cippus*, *pila*, cum stant, scriptis servandis, & ingerendis in praetereuntium oculos, idonea: cum eversa iacent, sive literata sint, sive minus, sessionem praebent commodam fatigatis. GESN.

ead. l. 16. Τὸ λοιπὸν) Subaudi τῆς ὁδοῦ. GUYET.

Pag. 187. *l.* 5. Καὶ σὺ παρὰ τὸ φανεῖσθαί τὴν γνώμην) Non sine menda. MARCIL. Additamentum videtur. An παραφρονεῖς τὴν γνώμην; οὐδὲν ὑγιές. GUYET. Corruptus haud dubie locus, ad quem emendandum nihil in libris auxilii, quippe

qui omnes consentiant: forsan ἐρὲ καὶ σέγε, vel simile quid, scriptum fuerat, & πρὸ τοῦ, pro παρὰ τό. SOLAN. Nihil mihi corruptum videbatur. Ad verbum, *Tu es apud ferendam sententiam*, i. e. tuum est iam ferre sententiam. Si quid mutandum sit, possis καὶ σοὶ πάρα τὸ φανεῖσθαι τὴν γνώμην, *tibi adest*, ad te venit ordo &c. nec τὸ περὶ damnaverim. GESN.

ead. l. 7. Καὶ ὅπως) Subaudi ὁρᾶτε, σκοπεῖτε, & simil. GUYET. Exempla vid. apud L. Bos de Ellipf. v. ΣΚΟΠΕΙΝ. Adde infra cap. 41. REITZ.

Pag. 188. *l.* 12. Προκαλεῖται) Genuina haec lectio, quam ex Mf. Ox. & *Ven.* 2. habemus, vulgata προσκαλεῖται nihili est. SOLAN.

Pag. 189. *l.* 6. Προσκυνέτωσαν ἡμῖν) Προσκυνέτωσαν ὑμῖν. MARCIL. Προσκυνείτωσαν· ὑμῶν) Marcilii emendationem omnino necessariam hic amplector: nemo enim dandi casum cum verbo προσκυνέω coniunctum aut apud hunc alibi, aut apud ullum scriptorem Graecum offendat. Sed ὑμῶν, non ὑμῖν, postulat ἄρξω· moris autem, quem tangit, illustre habes apud Xenophontem exemplum, quod vid. Ἀναβ. I, pag. 154, 17. SOLAN. Relinquo Marcilio suum προσκυνέτωσαν, etsi προσκυνείτωσαν forsan dare voluit, pro eo, quod aliter alicubi script. invenit. In ὑμῖν autem pro ἡμῖν ei assentior, modo ὑμῶν dedisset. REITZ.

ead. l. 7. Κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον) Oppositionis ratio suadet, aliquid hic omissum; forte quod nollet librarius Ἑλλήνων bis ponere. Nam ita censeo dedisse Lucianum, Ἑλλήνων δὲ κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω. GESN.

ead. l. 10. Αἰ ἄν) Etsi aliquis sensus inest vulgatae, conicio tamen αἰ delendum. REITZ.

ead. l. 11. Μετελεύσομαι) Negat Pollux in ἥκω, ἐλεύσομαι dici; quod tamen habet Dion. Halic. Ant. III, pag. 151 f. Hom. Il. Θ, 12, & alibi. & compositum μετελεύσομαι etiam Noster non semel, ut forsan patebit ex Indice, ne alios addam, quia nemo negat, quod sciam. Sed ἀπελεύσομαι negat etiam Th. Mag. v. ΑΠΕΙΣΙΝ, aliquanto meliore iure; vid. Hemst. T. I, p. 181 sq. REITZ.

ead. l. 16. Ἐκστάδιος) *Extra stadia tua iam es, stadia imperii tui peracta sunt.* Male interpres cum ἑξαστάδιος confundit, *sex stadiorum* vertens. GUYET. Lege omnino, uti edi curavimus, ἑκστάδιος, uti recte scribitur in *Ven.* 2. *B.* 1. & 2. & *P.* ut ἔκσπονδος, ἐκπρόθεσμος &c. In L. Schol. & *Fl.* ἑξστ—.

In O vero & reliquis ἕκστ— neque Graece, neque vere; cum unicuique *decem stadia*, ex ratione supra ad c. 16 inita, assignari oporteat; & re ipsa assignata ex 35 pateat, cum Luciano remanserint *decem*. SOLAN.

Pag. 190. *l.* 14. Ταινία λευκὴ) Hoc erat, quod diadema vocabant, insigne regium. SOLAN.

Pag. 191. *l.* 15. Νεὼς) Νεὼ plurale corrigit Guyet. certiore iure, quam supra c. 23 λαγὼ pro λαγώς. Nam cum οὓς hic addatur, facile suspiceris, etiam νεὼ plurale dedisse auctorem. Et quamvis mascul. plurale οὓς per syllepsin alii dicent accipiendum, comprehenso εἰκόνες, eos hic non audio, quia plures civitates non erexere unum, sed plura templa. Adeoque vix a me impetro, quin Guyeti emendationem, invitis edd. recipiam. REITZ.

Pag. 192. *l.* 2. Ἐπὶ πλεῖστον) Glossema videtur τοῦ ὅτι μάλιστα. GUYET.

ead. l. 5. Ἀπαλλαγὴν) *Mutationem* dederunt. Redde *decessum*. GUYET.

ead. l. 6. Καὶ ὅπως) Subaudi ὅρα, σκόπει, & simil. GUYET. Habimus supra c. 36 pr. REITZ.

ead. l. 15. Δακτυλίους) Veterum ea erat superstitio, ut annulis magicis multas & miras virtutes inesse putarent; vid. & Φιλοψ. SOLAN.

Pag. 193. *l.* 13. Μηδένα) In L. ἴσως μηδένι. Quocunque modo legas, aliquid in sequentibus erit mutandum. Ego μηδένα οὕτως εἶναι ἀνέραστον ὅτῳ &c. existimo a Luciani manu profectum. Quamvis enim raro ἀνέραστος active ponatur, sic etiam usurpari monent grammatici. SOLAN.

ead. l. 16. Εἶναι) Non adderem, si in pluribus abesset. Iam vero non omittendum duxi, quia vel magis abundat alibi, ut Necyom. § 16, τὸν δέ τινα καλὸν εἶναι ἐκόσμησε. Confer & de Calumn. cap. 16 ac 20, & Pseudol. c. 6, ubi ὄν, οὖσα, & εἶναι redundare, pluribus vidimus. REITZ.

Pag. 194. *l.* 3. Ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον) His utitur Iac. Elsner. ad exponenda D. Apostoli verba in 2 Ep. ad Corinth. XI, 23, ubi ὑπὲρ ἐγὼ, interpretatur ἐγὼ ὑπὲρ αὐτούς. Sed ut ellipsis illa rarior, ita Lucianeum illud ubique obvium. REITZ.

ead. l. 8. Δεήσει με ταῦτα ἔχοντα) Corrupta sunt haec verba: qua enim ratione, quaeso, qui Graece scit, inde eliciat, quod dici oportuit, *hoc enim unum superest, cum alia suppetant omnia?* SOLAN. Οὐδὲν γὰρ δεήσει με ταῦτα ἔχοντα) Conf. μηδὲν δέῃ ad Rhet. Praec. c. 18 f. Et οὐδὲν δεήσῃ

Dial. Meret. 2. Aelian. V. H. II, c. 14, *κατέμεινεν οὐδέν τι δεόμενος, commoratus est sine ulla necessitate;* structura quidem ab hac diversa. At vide, anne propius accedat, quod Dial. Meretr. 2 ante med. est, *οὐδὲν δεήσει τὴν θυγατέρα ἰδεῖν.* Nondum enim persuadet Solan. vulgatum hic esse corruptum: ut enim Latini, *dies deficit me*, id est, destituit, aeque dicunt, ac *tela nostris deficiunt* apud Caes. legimus, ita *δεῖ* & *δεῖσθαι* quoque interdum cum accusativo personae construi, non *ἀδύνατον* videtur. Sensus certe ex analogia perspicuus, *nihil me destituet haec habentem.* Cum accusativo person. Steph. ex Eurip. notavit, *δεῖ σε μακροῦ λόγου*, & accus. rei, ex eod. *ἓν δεῖ μόνον μοι.* Certe dativus personae non inusitatus. Noster de Salt. cap. 3 pr. *σοι δεήσει.* Amor. cap. 3 f. Ἀλλὰ σοὶ — *δεήσει* & *δεῖ τοῖς γάμοις* Alciphr. III, Ep. 49 f. Lys. pag. 53 ed. Lond. *οὐδ' ἐκείνοις δεήσειν χιλίων νεῶν.* Quod si quis igitur hic legat, *μοὶ ἔχοντι*, nihil quidem difficultatis restaret; sed quia & accus. pers. & accus. rei vidimus separatim, nihil analogiae repugnat, hic utrumque coniungi. REITZ.

ead. l. 14. Γρὺψ) De gryphis supra dictum est ad ultima verba Dial. ult. Mar. SOLAN. Vid. Vol. II, p. 393 seq.

Pag. 195. *l.* 5. Αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι ἐς Βαβυλῶνα) Τὸ, *βούλομαι* repetendum ex superioribus. GUYET.

ead. l. 6. Εἰ τύχοι) Sic Ms. Ox. uti conieceram; reliqui *εἰ τύχοιμι.* SOLAN.

ead. l. 14. Ἂν ἐξῇ) Legendum ἐξῆν. GUYET.

Pag. 196. *l.* 12. Γέροντα) Non ergo a iuniore Luciano hoc scriptum est: aequales enim esse, qui colloquuntur, omnia suadent. SOLAN.

Pag. 197. *l.* 1. Κατὰ δάκτυλον ἕνα) Suspecta videntur. GUYET.

ead. l. 4. Ὃς περιθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα) Nescio, quid velit Benedictus, *qui obductus te a stultitia cohibeat.* Interim probo Micyllum, *qui te indutum a stultitia cohibeat.* GRON.

ead. l. 5. Κόρυζαν ἀποξύσας) Vid. ad Indoct. cap. 21, & de *ἀποξύσας* notata Hemsterh. in ed. minore Dial. Lucian. p. 26, quae in maiore non repetiit, quia augere, mutare, alio transponere in animo habuerat, ut mihi nuper indicavit. Ideoque ego manum abstineo. REITZ.

ead. l. 8. Ἀνεπίλεπτα) Hoc Luciani, item ex eiusd. Pseudom. & Reviv. & ex Xenoph. atque Simpl. in Epict. idem

adiectiv. affert Elsn. quo probet, id in 1 ad Timoth. 2, 15, significare cum Hesych. ἄμεμπτον, ἀκατάγνωστον, *quod reprehensione caret.* Sed quis de eo dubitat? REITZ.

ead. l. 14. Καὶ σταδίοις) An δέκα σταδ. Bene monuit I. I. Wetstenius.

ead. l. 16. Ὑπηνέμιον) Metaphora ab ovis subventaneis. GUYET.

Pag. 198. *l.* 3. Οἴχηται) Hom. Il. B, 71. SOLAN.

IN DIALOGOS MERETRICIOS.

Pag. 199. *l.* 3. ΓΛΥΚ.) Nomen personae loquentis, initio horum Dialogorum in plerisque impressis omissum, sedulo addendum duximus. SOLAN.

ead. l. 6. Ἐπιλέλησαι) Th. Mag. v. ἐπιλ. SOLAN.

ead. l. 8. Ἐν τοῖς Ἀλῴοις) Ἀλῶα festum Atheniensium agricolarum, dictum, quod in areis hac die convivium personabat, ἑορτὴ Ἀθήνησι μυστήριον περιέχουσα Δήμητρος. Tangit (Dial. Mer. VII f.) Cetera huius Dialogi diligenter exposui ad Petron. BOURD. Vide Scholia ad Dial. VII. Fecerat Euripides fabulam, cui Ἀλῳάδες titulus. Grot. Flor. 54. SOLAN. De hoc festo, mysteria Cereris, Proserpinae & Bacchi complectente, vid. Scholiast. ad Dial. Mer. VII. Et Alciphr. II, Ep. 3, p. 224, — ἐν ἄστει μενούσῃ διὰ τὰ Ἀλῶα τῆς Θεοῦ. Ubi in textu ac nota Bergleri laevigatur ἀλῶα, in exemplis autem ab eodem allatis adspiratur, non addita ibi varietatis causa. Verum cum etymon a Scholiaste traditum, quod homines tunc in areis, περὶ τὰς ἅλως, commorarentur, adspirationem requirat, & apud Nostrum Dial. Mer. VII aliosque sic inveniam, eam servavi, etsi ex Luciani edd. prioribus non perspicias, quo spiritu id scripserint, quia ab A quadrato vocem inchoantes nullum spiritum addunt. Sed ecce ad Alciphr. I, Ep. 33, Bergler. ἀλῶα δ' ἦν, haec bene iam monuit, dicens: *Festum Cereale.* Ἀπὸ τῆς ἅλω, ab area horrei. *Tunc ubi venerabantur Cererem* Ἀλῳάδα· *de qua Theocr. in Thalysiis, quae sunt itidem* Haloa, *v.* 155. Βωμῷ παρ' Δάματρος Ἀλῳάδος. *Meminit Noster* (Alciphr.) *aliquoties huius festi. Sed semper spiritu leni scriptum, ut saepe & alibi.* REITZ.

Pag. 201. *l.* 5. Καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτὸν) Sic Aristoph. in fine Pacis, Τρυγήσωμεν αὐτὴν, τρυγήσωμεν αὐτήν. L. BOS. Gallice *plumer.* SOLAN.

ead. l. 18. Ἐν ἀκαρεῖ πάντα οἴχεται) Proverb. BOURD.

Pag. 202. *l.* 15. Οὐδὲν — δεήσει) Confer de hac structura Rhet. Praec. c. 18 f. & Navig. c. 44. REITZ.

Pag. 203. *l.* 5. Περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ) Leg. Ulp. ad Demosth. περὶ Ἀλονήσου. BOURD.

ead. l. 13. Συντέθηκας) Malim συνέθηκας, aut συντέθεικας. REITZ.

Pag. 204. *l.* 5. Τῇ λοχείᾳ) Ἀρτέμιδι, quae praesidet λοχείαις ἢ γεννήσεσι. BOURD.

Pag. 206. *in Schol. col.* 1. *l.* 1. Καταλιποῦσαν) Nihil de suo hic Scholiastes, nisi quod textum restituisse videtur, & post συνεκάθευδες voculas duas interseruit, quas ideo uncinulis inclusi. REITZ.

Pag. 207. *l.* 4. Ἀνακλάσας) De potestate huius verbi, interdum non bene intellecta; vid. supra ad Gymn. c. 7. Adde hic Alciphr. I, Ep. 28, ἐπειρῶ τὴν δέρην ἀνακλάσας κῦσαι, ibique Bergl. p. 115, docentem errasse Budaeum & Stephanum, quia ἀνακλάσας apud Athenaeum pro ἀνακλασθεὶς poni putarint. REITZ.

Pag. 208. *l.* 7. Τυραννεῖν τὸ συμ.) Ter. Adelph. *Ain', quaeso, Aeschine, tu hic regnum obtines?* BARTH.

Pag. 209. *l.* 11. Ἀποῤῥήξωμεν) Idem proverbium ap. Aristaenet. Ep. I, lib. 2. BOURD.

Pag. 211. *l.* 7. Κεραμεικῷ) Duo Athenis fuisse Ceramica, docet Meursius: unum intra urbem, de quo hic sermo, in quo prostabant scorta; alterum extra urbem, ubi sepeliri solebant, qui in bello occubuissent, idem, cum Academia de pop. Att. & alibi de Ceramico. SOLAN.

Pag. 212. *l.* 16. Ἀλλ' εἴ τινα εὕροιμι — γραῦν) Non opinor, ista notare, aut bene verti ab utroque interprete, *sed si quam anum invenire possem*, aut, ut alter, *habere*, quod nullius ponderis est in hac oratione; verum, *sed utinam invenirem vetulam!* quo sensu frequenter ea particula etiam ab Luciano sumitur. In Prometheo: εἰ γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, ταῦτα. GRON.

Pag. 213. *l.* 1. Ὅ, τι χρησίμη) Ita distincte ex praecepto Grammaticorum scribere iubemur. Phrasis est cum superlativo tritissima, cum positivo rarissima. SOLAN.

ead. l. 2. Ὠμὴ ἔτι) Vide notam nostram ad Μισοθ. cap. 21. SOLAN.

ead. l. 8. Ἐπικεῖσθαι) Forsan ὑποκεῖσθαι. GUYET.

ead. l. 9. Θεῖον) Sic *Fl.* uti Barthius emendare iubet Ad-

verſ. p. 316, laudato loco, qui occurrit in Φιλοψ. c. 12. In reliquis libris θύον. SOLAN. Conf. ſupra Philopſ. cap. 12, & infra f. huius Dial. REITZ.

Pag. 214. *l.* 2. Ῥόμβον) Ad hoc verb. Schol. Mſ. Reg. 2954: Ῥόμβος εἶδος βιβλίου εἰς ῥόμβου σχῆμα μεμιμημένου. Quam interpretationem, utpote falſam, recte reiicit cl. Bel. de Ball.

ead. l. 6. Αἰτούσης) Αἰτιώσης legendum videtur. GUYET. Mendoſe, ni fallor, in omnibus legitur hic αἰτούσης, aut certe aliqua vox excidit: nam πολλὰ αἰτούσης eſt Graece *magna petere;* cum dicere debuerit, *enixe, ut apud ſeſe maneret, orante.* SOLAN.

ead. l. 8. Μίσηθρον) Aliud odii poculum eſt apud Origenem lib. 7 contra Celſum. De utroque a me dictum alibi. BOURD.

ead. l. 14. Τὸν ἄρτον, καὶ τὸ θύον) Caſp. Barthius putat legendum eſſe θεῖον, & *ſulphur* capiendum, quod in luſtrationibus & incantationibus prorſus uſitatiſſimum erat veteribus &c. vid. cap. 3, L. VII Adverſar. ALMEL. Θεῖον *Fl.* &c. SOLAN.

Pag. 215. *l.* 9. Πρὸς τῆς κουροτρόφου) *Per Cererem.* Heſych. in κουροτρόφος ὑφ' ἑτέρων δὲ ἡ Δημήτηρ. MENAG.

ead. l. 14. Ἑταιρίστρια) Heſych. Ἑταιρίστριαι, τριβάδες. GUYET. (Idem etiam habebat Menag. REITZ.) Vid. Suid. SOLAN.

Pag. 216. *l.* 7. Πότον) Πότος ὁ, *compotatio:* ποτὸς *potulentus, potabilis:* ποτὸν, τὸ, πόμα *potus.* GUYET. Πότον — συγκροτοῦσα) Supra Gall. c. 12, ὁ πότος συνεκροτεῖτο, ubi & de differentia nonnihil dictum. REITZ.

ead. l. 15. Ἐφίλουν με τὸ πρῶτον) Haec & cetera huius Dialogi interpretata ſunt ad Petronium ad haec verba: *commovebat valgiter labra.* BOURD.

Pag. 217. *l.* 1. Μαστοὺς ἔθλιβον) Plaut. Pſeud. *Teneris labellis molles morſiunculae Papillarum horridularum oppreſſiunculae.* Ovid. 1 Amor. *Forma papillarum, quae fuit apta premi.* BOURD.

ead. l. 2. Καὶ ἔδακνε) Plaut. loc. cit. BOURD.

ead. l. 4. Τὴν μὲν πτυώκην ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς· ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυής· καὶ ἐν χρῷ ὤφθη αὐτὸ, καθάπερ οἱ σφόδρα ἀνδρώδεις τῶν ἀθλητῶν ἀποκεκαρμένη) Auctoris mentem minime percepit interpres in his verbis, quae ſic Latina fecit: *galericulum quidem a capite removit, ipſa autem incumbebat ſimilis & aequiparanda athletae alicui vehementer virili & robuſto, & cute ad vivum detonſa.* Deceptus fuit ver-

bis, ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία καὶ προσφυὴς, quae de ipsa muliere intellexit, cum tamen de eius coma adscititiâ sint intelligenda, & parenthesi potius includenda, hoc sensu: capiti demsit comam adscititiam, quam impositam habebat valde similem & aptam: *atque ipsa visa est instar robustissimorum athletarum ad vivam usque cutem detonsa.* L. Bos.

ibid. Πινήκην) De comis adscititiis copiose dixi alibi. Iunge Alexand. Paed. lib. II, cap. 11. Artemid. lib. I. Firmic. Astro. c. 1, lib. I. Vide Herald. ad Martial. Bourd. Πινίκην, *la perruque.* Guyet. Ut *Iunt.* πινήκην, ita Lexicogr. vicissim etiam afferunt πηνίκη hoc sensu; sed & πηνήκη infra Dial. Mer. XII ad fin. in plurimis, & recte, ut credo, scribitur. Et sic ap. Pell. bis sine varietate reperio. Reitz.

ead. l. 5. Ὁμοία) Ἡ πηνίκη scilicet. Guyet.

ead. l. 12. Ταύτην τὴν Δημώνασσαν) Ex Ms. Reg. 2955. admisimus articulum τὴν ante Δημ. qui aberat ab edd.

ead. l. 15. Τὸ ἀνδρεῖον) Catullus: *Et quaerendum unde, unde foret nervosius illud.* Menag. Idem habet Guyet. ex quo omnia surripuisse Menagium video. Reitz.

Pag. 218. *l.* 6. Ἐφέστρια) Quid intellexerit per τὰ ἐφέστρια, non facile est divinare, ea vox alibi non legitur. Nihil igitur certi a me exspectes: coniecturas nudas tibi proponam. Si bene se habet ea lectio, videtur ab ἐφεστρὶς ea vox deduci debere: est autem vestis quaedam species, quae superinduebatur. Suidas μανδύαν & βίρρον interpretatur, & ὕφασμα ἐξ αἰγείων τριχῶν, alii χλαμύδα, alii χλανὶς vertunt. Quidquid tamen fuerit, quoniam ab eo genere vestis τὰ ἐφέστρια dicuntur, suspicor eas vestes texi solitas a mulieribus simul adunatis, quae texendo fabulas lepidas ad vices narrabant, ut fallerent tempus, & laborem, quae ob id ἐφέστρια διηγήματα dicebantur. Sic Nostrates dicunt *les contes du veilleri.* At forte mendosa est ea vox, & legendum vel ἐφ' ἑστίᾳ, i. e. *ad lares, ad focum*, vel Ἡφαίστια ob eandem rationem, i. e. quae ad ignem hieme narrantur, nam (ut notum est) Ἥφαιστος saepe pro igne sumitur: & erant Ἡφαίστια fabulae, quae ad Vulcanum seu ignem assidentes feminae nendo vel texendo narrabant in Vulcani festo, quod Athenis Ἡφαίστια, ut ex Andocide patet in sermone de mysteriis. Haec ego tentabundus ut in tenebris. Tu forte meliora, lector, cogitabis: utinam & nobis impertiaris! Palm. Vide, an festum notet. Solan. Marg. Parisinae: *Ephestris vestimenti genus militaris est, unde Ephestria*

derivari videntur. Utrum autem poëma, aut canticum, aut etiam festum aliquod apud Thebanos fuerit, dubitari potest. REITZ. Τὰ Ἐφέστρια παρ' αὐτοῖς) Cum illud παρ' αὐτοῖς vix possit aliorsum referri, quam ad Boeotos in Βοιωτία comprehensos; idque ipsum παρ' αὐτοῖς ad ἐφέστρια adiunctum sit proxime, neque trahi ad aliud possit: putavi nihil esse commodius, dum quid melius afferatur, quam legere τὰ ἐφέστια, & intelligere *domestica, patria, memorabilia & singularia patriae suae.* Ἐφέστιον esse, qui eandem nobiscum Vestam colat, eosdem lares, penates, &c. habeat, notum. GESN.

ead. l. 15. Πάρεχε) Aristophan. Κακῶς παρέξω, καὶ οὐχὶ προσκυνήσομαι. MENAG.

Pag. 219. *l.* 7. Οὐρανίαν) Subaudi Ἀφροδίτην. Infra (Dial. VII init.) Θῦσαι μὲν τῇ Πανδήμῳ δείσει λευκὴν μηκάδα· τῇ Οὐρανίᾳ δὲ ἐν κήποις δάμαλιν. GUYET. Venerem. Vid. notam ad Dial. VII. SOLAN.

ead. l. 16. Ὡς ἐνόμιζες) In omnibus libris nostris legebatur hic ὃ, quod necessario sic mutandum fuit. SOLAN. Ὃ ἐνόμιζες) Ὡς ἐνόμ. edi voluit Solan. me non obtemperante, neque Codd. addicentibus. *Quod putasti* enim aeque rectum, ac *ceu putasti*, eoque magis rectum, cum tam prope ὡς praecedat. REITZ.

Pag. 220. *l.* 1. Μαννάριον) A μάννα, i. e. μάμμη, ut videtur, ductum est μαννάριον. Τὸ μαννα autem cognatum videtur τοῖς νάνναις, νάννη, ἀννίς. Hesych. Νάνναν, τὸν τῆς μητρὸς ἢ τοῦ πατρὸς ἀδελφόν. οἱ δὲ τὴν τούτων ἀδελφήν. Νάννη μητρὸς ἀδελφή. Ἀννὶς μητρὸς ἢ πατρὸς μήτηρ. Νάννη & ἀννὶς κυρίως *matrem* notare videtur, & νάνναις *patrem*, ut & νάννος, unde Italicum *Nonno*. GUYET. Sic iterum Dialog. VII usurpat. SOLAN.

ead. l. 5. Ἀποστροφὴ) Ex utraque *Ven.* Reliqui libri impressi corrupte ἀποτροφή. Sic Dem. Phil. I, 104 C. SOLAN.

ead. l. 13. Σφύραν) Σφύρας forte. GUYET.

ead. l. 14. Κρόκην κατάγουσα) *Lanam trahens*, unde *tractum* τολύπη. Gl. Ph. GUYET.

ead. l. 16. Ἐλπίδα περιμένουσα) Hanc phrasin probaturus L. Bos in Epist. ad Hebr. 2, 13, & haec Luciani afferens, παραμένειν ἐλπίδα, scribit, errante calamo: nam περιμένουσα ego in omnibus reperio, & si παραμένουσα legi voluisset, id indicasset. Sed de περιμένειν movendo ne cogitare quidem debuit aut potuit. REITZ.

Pag. 221. *l.* 1. Τὴν μνᾶν) Τὸ πρῶτον μίσθωμα. GUYET.

ead. l. 15. Δάφνιδα) Δαφνίδα scribendum videtur. GUYET. Quare? quia ὁ Δάφνις viri nomen, ac differentiae causa femineum nomen ἡ Δαφνὶς vult formari, uti ἡ δαφνὶς, *laurea*, vel *bacca lauri*; quod probo, licet ob consensum edd. nil mutarim. Alias Δάφνη Nymphae nomen ubique obvium, Δαφνὶς minus frequentatum: sed solent illa mulierum in ις esse oxytona, ut Θρυαλλὶς, Θαΐς, Βακχίς. Vid. Alciphr. I, Epist. 39. Quare Guyeto omnino assentior, ut res sit parvi. REITZ.

Pag. 222. *l.* 9. Προπέμψειε) Μεταπέμψει fors. GUYET.

ead. l. 10. Ἐπιλαμβανομένη) An prensans? GUYET.

Pag. 223. *l.* 8. Ταῦτα γὰρ) Subaudi διά. GUYET.

ead. l. 10. Παραπολὺ αὐτῆς. ἀλλ' οὐδὲν) Aposiopesis est. Volebat laudare pulchritudinem filiae suae, qua multum Daphnidem superet. Sed in mentem venit Adrastea, Nemesis, Rhamnusia, invida laudibus. Itaque abrumpit orationem. Eodem pertinere puto, ut non legamus ἄλλο, sed ἀλλ', id est ἀλλά. Sed non multum refert. GESN. Παραπολὺ αὐτῆς, i. e. πλέον αὐτῆς, s. πλείονα ἔχεις ἢ αὐτή. *Guyet.* Immo καλλίων supplendum, quod studio supprimit mater: & ab comparativo illo pendet genitivus, alioqui παραπολὺ simpliciter cum genitivo iunctum significare fere contrarium, ut παραπολὺ τῆς ἐλπίδος, *spe minus*, vid. Viger. de Idiotism. p. 520, vel potius Bud. Comm. pag. 129. REITZ. In margine Ms. Reg. 2955. annotatum legas: τὰ ἄλλα αὐτῆς οὐδὲν πρὸς τὸν κάλλος.

Pag. 224. *l.* 23. Ἂν ὅτι τοιοῦτον) Totus hic Dialogus plane similis epistolae 36, L. I Alciphronis, quod non fugit Berglerum, qui potest consuli pag. 160 seqq. REITZ.

ead. l. 24. Τῇ Πανδήμῳ) Cognomenta Veneris, Pandemus & Urania. Ἀμφοτέραι πόρναι, ἡ μὲν Πάνδημος, ἡ δὲ Οὐρανία. ᾗ τινι Οὐρανίᾳ τετέμιστο ἐν κήποις. αἶγα δὲ Πανδήμῳ, διὰ τὸ τοῦ ζώου συνεταστικόν (συνουσιαστικὸν Ms. Reg. 2954.) τε καὶ παρὰ τὰ Ἀφροδίσια ἀκρατές. δάμαλιν δὲ τῇ Οὐρανίᾳ, διὰ τὸ σωφρονέστερον, καὶ ὅτι ὑπὸ ζυγὸν ἄγεται τὸ ζῶον καὶ οὐκ ἀφετον, ὃ τὴν νόμιμον τοῦ γαμίου ὑπαινίττεται συζυγίαν. ὡς πλουτοδοτειρα δὲ ἤδη ἐστίν. Sic ad oram Ms. Regii, quam notam sequitur Cod. Memmian. dum dicit μηκάδα esse sacrificium τῆς Πανδήμου, διὰ τὸ πρὸς συνουσίαν καταφερὲς, καὶ δάμαλιν τῆς Οὐρανίας, διὰ τὸ ὑπὸ ζυγὸν τετάχθαι. BOURD. Vide notam nostram ad ἀποφρ. c. 11, & Δημ. cap. 13. SOLAN.

Pag. 225. *l.* 1. Οὐρανίᾳ) Itane? Uraniae etiam faciebant meretrices? Atqui castior illa Venus perhibebatur. V. supra finem Dial. V. De utraque Ven. Pausan. p. 203, 34. SOLAN.

ibid. Τῇ ἐν κήποις) Veneri, de qua dictum est supra ad Eix. c. 4 & 6. SOLAN. Omnino sic restituendus hic locus ex Mss. Regg. 2954. & 2955: τῇ Οὐρανίᾳ δὲ τῇ ἐν κήποις δάμαλιν, στεφανῶσαι δὲ &c. omisso scilicet καὶ ante τῇ ἐν κήποις & ἑκατέρᾳ post δάμαλιν, quae sensum turbant in vulgatis. Placuit idem cl. Bel. de Ball. nec aliter legisse videtur Guyetus, quem vide supra haec citantem ad pag. 219, l. 7.

ead. l. 2. Πλουτοδότειραν) An *Aphroditen?* GUYET. Immo *Cererem.* Vid. Hemsterh. T. I, Tim. c. 21, ubi id ex Orphei H. 39, addito & hoc Luciani, probat. REITZ.

ead. l. 7. Ἐὰν ὁ πατὴρ) Subaudi θνήσκοι, θάνοι. GUYET.

ead. l. 11 Κατὰ ταῖν θεαῖν) Ad oram Ms. Regii scriptum erat: κόρη καὶ Δήμητρα αἱ θεαὶ, ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἡ Πολιὰς, ὅρκος δὲ τοῦτο Ἀθηναίων ὡς καὶ Λακεδαιμονίων οἱ Διόσκουροι, οἳ καὶ ὀμνύουσιν, νὴ τὼ Σιώ. BOURD. Cererem & Proserpinam intelligi, idque mulierum, non virorum, iusiurandum fuisse, docet Spanh. ad Callim. p. 658 f. & seq. Sic οὐ μὰ τὼ Θεὼ, *non, per Cererem & Proserpinam*, Chorus mulierum ap. Aristoph. in Thesm. v. 725. REITZ.

ibid. Ταῖν θεαῖν) Vide Spanh. ad Callim. 655. SOLAN.

ead. l. 12. Πολιάδος) An meretriciam etiam Deam cum Scholiaste Minervam faciemus? V. 16. *Spanhem.* Ego mallem Κωλιάδος. Vide tamen Συμπ. cap. 32; neque meretriciam Deam statuere necesse est. SOLAN. Πολιάδος recte etiam infra Conviv. c. 32. REITZ.

ead. l. 14. Καταθεῖναι συμβολὴν) Hac de re copiose Isaacus Casaubonus ad Athen. BOURD.

ead. l. 15. Καὶ πάλιν τὰ δύο) Subaudi δέδωκας, ἀπὸ κοινοῦ. GUYET.

Pag. 226. *l.* 1. Ὁ Χῖος) Deest in Ms. BOURD.

ead. l. 2. Ποιησάμενος) Πριάμενος legit interpres. GUYET.

ibid. Ἐδεῖτο γὰρ Χαιρέας) Interpres legit, ἔδει γὰρ Χαιρέαν. GUYET. Scilicet *debebat coenam — dependere*, dederat Micyll. Sed non abit inde Gesn. Neque video, quin ἐδεῖτο hic eodem redeat. Si enim *indigebat* (scil. his donis) *ad coenam* reddideris, vel simpliciter, *indigebat conferre*, i. e. opus ei erat symbolam conferre, quid intererit? Et si ἔδει legas, idne impersonale cum nominativo consistere potest? REITZ.

ead. l. 3. Ὀθόνας γὰρ) Subaudi οὓς δέδωκας, ut supra.

GUYET. Malim δὲ pro γὰρ, quia eodem ſpiritu iam dixit γάρ. Sed eſto muliebris ſermo, per me licet. At alibi ſatis eleganter Noſtro loquuntur mulieres. REITZ.

ead. l. 11. Δίδραχμον) Vide Dial. XIV, ubi bis pretium idem notatur. SOLAN.

ead. l. 12. Ὀλίγας) Deeſt in Mſ. BOURD.

Pag. 227. *l.* 1. Ταραντινίδιον) Vid. rurſus, ſi operae exiſtimas, Bergl. ad Alciphr. I, p. 160. REITZ. Ad hoc verbum in Mſ. Reg. 2954. habetur hoc Scholion: Ταραντινίδιον· διαφανέστατον ὕφασμα ὃ περιεβάλλοντο ἅτε θέριστρον. Ταραντινὶς δὲ ἐκαλεῖτο ὡς τῶν Ταραντινίδων περιφανέστερον αὐτὸ ἐργαζομένων.

ead. l. 7. Προσίν) Pro προσιέσαι Attice. GUYET.

ead. l. 8. Ἀκαρνανεὺς) Ἀχαρνεὺς omnino leg. videtur. GUYET. & MENAG. Quare? An quia ſyllaba abundat, aut Ἀκαρνάνια adſpirate ſcribendum Ἀχαρνάνια; minime. Nam Ἀκαρνάνας vocatos διὰ τὸ ἀκούρους φυλάττειν τὰς κεφαλὰς, quod caput non tonderent, tradit Strabo X, p. 465. (714.) Quid ergo? Ἀχαρνεὺς volunt hunc vocari ab Atticae δήμῳ vel oppido Ἀχαρναὶ dicto, unde certe Ἀχαρνεὺς formandum; vid. Cellar. Geogr. Ant. pag. 937. Quod ut recte iudicant Guyet. & eius compilator Menagius, ita ſine Codd. ope mihi nihil mutare licet. REITZ.

ead. l. 10. Ἀπεμύκτισας) Nondum, puto, alias obſervatum verbum. Suſpicatur Ienſius legendum eſſe ἀπεμύχθισας· cum μυχθίζω ſit apud Heſychium, μυκτίζω nuſquam compareat. Ita ἰχθῦσι ταῖς ἰκτῖσι ſubſtitutum ivimus ſupra in Διαλαδ. c. 3. Sed quidquid ſit de forma verbi, cognatum eſſe τῷ μυκτῆρι & τῷ ἀπομύττειν, non dubito, & ſignificare *ſuperbe & cum ſtrepitu quodam inflatarum exploſarumque narium aliquem reiicere.* GESN.

ead. l. 11. Μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρ.) Ἄδωνιν δὲ τὸν Χαιρέαν ὡς ἀρχὸν ἀποκαλεῖ, καὶ μηδὲν ἄλλο ὅτι μὴ καλὸς εἶναι κέκτηται. Sic ad oram Mſ. Reg. 2954.

ead. l. 13. Κινάβρας) Heſych. κινάβραν, δυσωδίαν τῶν τράγων. GUYET.

ead. l. 14. Λεῖός μοι) De hoc proverb. Eraſm. BOURD. Vid. Diction. Baylii T. I, p. 41, col. 1. LA CROZE.

ibid. Ἀκαρνάνιος) Ἀχαρνεὺς forte. GUYET.

ead. l. 15. Ἀποπνεῖ) Ἀποπνείτω legendum. GUYET.

Pag. 228. *l.* 7. Σωφρονήσεις) Sic Pell. quocum conſpirare videmus Mſ. Reg. 2955. Vulgo σωφρονήσῃς, minus bene.

ead. l. 8. Θεσμοφόρου ἱέρεια) I. e. quia Cereris sacerdotes caste vivere debebant; vid. Spanh. ad Callim. p. 662. REITZ.

ead. l. 9. Ἁλῶα) Conf. supra Dial. Meretr. I pr. REITZ.

ead. l. 11. Μαννάριον) Leg. fort. ναννάριον, ut supr. (Dial. VI.) An μαννάριον est a μάω, μάννω, μάννα; quod idem est τῷ μάμμα. GUYET.

Pag. 229. *l.* 3. Οἴει) In Ms. ἔτι. BOURD.

Pag. 230. *l.* 1. Περιέκειρεν) Vid. Hemsterh. ad T. I, Tim. § 4. REITZ.

ead. l. 13. Ἐρᾷ γε) Ἔρα γε legend. videtur. GUYET.

Pag. 231. *l.* 1. Πλούσιον) Aut nomen ipsum hoc statuendum, aut excidit aliud nomen ante πλούσιον. SOLAN.

ead. l. 3. Ὑπὸ πλουσίων — σπουδάζεσθαι) Pluribus hanc phrasin probat Bergl. ad Alciphr. I, Ep. 29, p. 120; persuadetque, & illic σπουδασθῆναι ὑπὸ σοῦ, non ut vulgo, ἀπὸ σοῦ legendum. Habuimus idem supra, Rhet. Praec. cap. 23, ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι. REITZ.

ead. l. 8. Ζηλότυποι) Corrupta haec verba censeo. SOLAN. Cl. Bel. de Ball. vertit: *Les hommes jaloux deviennent généreux, lorsqu'on leur cause beaucoup d'inquiétudes.* Ac si legeretur in textu ζηλότυποι γὰρ καὶ μάλιστα δίδωσι.

ead. l. 12. Μεγάλοι) Corruptum etiam hunc locum censeo. *Fl.* quidem πείθοιντο habet, sed neque sic sana erant omnia. SOLAN. Μεγαλόδωροι ἔρωτες γίγνονται, εἰ καὶ &c. legit cl. Bel. de Ball.

ead. l. 15. Σὺ δὲ ὀκτωκαιδεκαέτης, οἶμαι, ἢ ἔλαττον οὖσα τυγχάνεις) Perspicue legendum ὀκτωκαιδεκαέτις. Fit sermo ad meretricem. IENS. Recte monuit Iensius, hanc vocem emaculandam, quod nos sedulo fecimus. SOLAN. Emendationem Iensii firmat Ms. Reg. 2955.

Pag. 232. *l.* 4. Ἥρα δὲ) Ἥρα μου esse in *Fl.* additum erat in marg. *Ald.* Falso; nam *Fl.* ἤρα δὲ diserte habet cum aliis. Ergo aliunde illam varietatem accepit, aut aberravit, verba ex versu praeced. huc festinanti oculo referens. At mutato nihil opus esse, patet ex iam praemisso ἤρα μου Δημόφ. Cui μου iterato subiicere minus hic elegans, quam δέ. REITZ.

ead. l. 8. Ἀπέκλεισα) Olear. ad Philostr. I, pag. 20, n. 20. REITZ.

ibid. Καλλιάδης) Quamquam ficta fere haec nomina sunt, Callinum petere videri potest, de quo Ἀπαιδ. c. 2. SOLAN.

ead. l. 13. Ἀναφλέγεται) Sic excludendo & aemulatione languidum adolescentis amorem resuscitat meretrix ap. Al-

ciphr. I, 37, p. 168, ubi de hoc artificio plura Bergl. REITZ.

ead. l. 16. Ἅπαντα ἐποίει) De irrito conatu; ut apud Martialem, *omnia cum fecit.* BOURD.

Pag. 233. *l.* 11. ΔΟΡΚΑΣ) Cum quatuor tantum illas, quas exhibemus, personas habeant edd. optimae, & in ipso Dialogo non appareat, duas ancillas ΔΟΡΙΔΑ & ΔΟΡΚΑΔΑ adesse, priorem in inscriptione omisi. REITZ.

Pag. 234. *l.* 2. Πῶς ἡμῖν ἐπράξατε) Lege ὑμεῖς. GUYET. Tu nihil mutabis, lector, si illud μοὶ & ἡμῖν ferme πλεονάζον, sed tamen familiaritatis signum, & creberrime occurrens attenderis. Ceterum si cui πράττειν pro degere, vivere, non satis notum, adeat praeter Bud. Comm. & Kust. ad Aristoph. Plut. 341, etiam I. Elsn. ad Epist. ad Eph. VI, 21. REITZ.

ibid. Τῶν πολέμων) Coniiceres forte πολεμίων; ut sit, *num quid ab hostibus reportastis spoliorum.* At nihil est mutandum: nam ἄξιον cum πολέμων recte cohaeret; aegre iungeretur cum πολεμίων. REITZ.

ead. l. 6. Ἀθηνᾷ στρατείᾳ) Huius cognominis Pausanias, qui ultra triginta alia passim affert, nusquam, quod quidem sciam, meminit. SOLAN.

ead. l. 12. Πρός γε Παρμένονα &c.) Sed scribendum Παρμένωνα, ut recte pag. 730; (Bis Acc. c. 16.) nec aliter usus & Grammaticus canon postulat. IENS. Bene emendat, sed Πολέμωνα altero illo loco legas, non Παρμένωνα. REITZ.

ibid. Παρμένωνα) Iensius sic recte scribere iussit, cum in libris omnibus esset Παρμένονα. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐβόμβει τὰ ὦτα) Vides, quam vetustus ille error, qui nostra etiam aetate multorum mentes insidet. SOLAN.

Pag. 235. *l.* 8. Ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ) Specie proverbii pro immensis divitiis. Sic in Epistol. Saturnal. Xenoph. Hellenic. lib. 3. Suid. μεδίμνῳ τ' ἀργύριον ἀπομετρεῖν. Horatii & Petronii interpretes. BOURD.

ead. l. 13. Ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν) Hoc etiam specie proverbii: patet apud Herodot. & Diodor. Sic. BOURD.

Pag. 236. *l.* 1. Πάντων) Florentinum παρόντων placet, ex cuius compendio forsan πάντων est natum. Neque mihi quisquam, *de summa rerum* vertendo, defendat vulgatum; nam id huc non convenit, & περὶ τῶν ὅλων tum potius dixisset. Sed de *praesenti rerum statu* deliberandum erat. Interim nondum recepi παρόντων, quia aliis vulgatum satis sanum videbitur. Responsum vero Pannychidos ἐκ τῶν παρόντων ad id ipsum videtur alludere; ideo eo magis velim παρόντων etiam

priore loco legi. REITZ. Παρόντων) Restituimus lectionem Florentinae, quam etiam praefert Ms. Reg. 2955.

ead. l. 3. Φιλόστρατον) Hic Philostratus, si Io. Iensio credas, (de Script. Hist. Philos. I, III, c. 13, pag. 279 & 283.) celebris est scriptor vitarum Sophistarum, quae exstant. Ridiculum! SOLAN.

ead. l. 13. Ἐκλύομαι) Idem, quod ἀδήμονῶ. Leg. Aristaen. Epist. 28, lib. I. BOURD.

Pag. 238. *l.* 3. ΠΑΝ.) Pro *Pannychide* inepte in quibusdam legebatur antea Polemon. SOLAN.

ead. l. 9. Τοὺς Θρᾶκας) Subaudi ἄγε, aut quid simile, an ᾧδε, i. e. huc age, adduc. Ἐπέχω. GUYET. Parum interest, quid suppleas: est ille accusativus subito imperantis, poscentis, ubi varia verba subaudiri, pro re nata, queunt. Quin ergo vel κάλει intelligas, licet; nam illico advenerunt. Nec tamen improbarem, si pro ὦ Παρμ. invenirem ᾧδε. Verum quo brevior locutio, eo imperiosior. Sed cum vel ipsum ὦ sic abesse possit, non iam, cum adsit, peccaverit, qui ᾧδε pro eo legat. REITZ.

ead. l. 10. ΠΑΡΜ.) Quamvis in titulo non compareat Parmenonis persona, necessario hic requiritur; neque enim ut cum plerisque libris Pannychidi haec tribuas committendum est. *Fl.* novam personam non inducit. *P.* & *S.* quod mireris, Parmenoni quidem in versione tribuunt, in Graeco textu Pannychidi. SOLAN.

Pag. 239. *l.* 1. Διμοιρίτης) Sic Chronos. c. 15. Ita vocatur ὁ διπλοῦν μισθὸν λαμβάνων. Dicitur & διμοιριστὴς καὶ διμοιραῖος. BOURD. Nauticum est vocabulum, sed ideo adhibet, quia nautam loquentem inducit, cui sua sola nota. SOLAN. In marg. Paris. additum: διμοιρίτης a διμοιρία, quam eandem & ἡμιλοχίαν Suidas vocat. Guyetus autem sic: subaudi στρατιώτης, i. e. cui duplex annona datur, διπλῆ μοῖρα. REITZ.

ead. l. 3. Ἐπὶ δόρυ) Verti, protensis hastis, ut hastas suas quasi sequantur milites, parati ad proelium. Non ignoro ἐπὶ δόρυ illud, quod est inter παραγγέλματα s. imperia militaria, v. g. apud Arrian. Tact. pag. 71 seq. ubi ἐπὶ δόρυ *in dextram! ἐπ' ἀσπίδα in sinistram!* significat. Sed huc convenire non arbitror. GESN.

ead. l. 4. Τίβυς) Cognatum videtur esse τῷ τῖφυς, a τῖβυς, τίβυς. *Tibur Argeo positum colono.* GUYET. Τίβιος) Sic *Fl.* optime. In reliquis Τίβυς. Vide, de eo nomine quid ad Τιμ.

cap. 14 dictum sit; quae nota loca innumera profert, ubi ita scribitur. SOLAN.

ead. l. 23. Πολὺς) Alibi fere πολὺν χρόνον. SOLAN. Πολὺς ἤδη χρόνος) Nihil analogiae repugnat, nam ἐστὶ intelligendum. Rarius tamen Noster ita loquitur; sed videtur esse locutio communi vitae familiarior, quali mulieres uti solent. Ἐστὶ autem additur deinde Dial. XI ante med. πολὺς δὲ χρόνος ἔστι σοι ἐρῶντι. REITZ. Cl. Bel. de Ball. emendabat: ἐξ οὗ γὰρ ἑώρακα, πολὺς ἤδη χρόνος &c. Haud male.

Pag. 241. *l.* 2. Νευρίδα) Νεβρίδα scribendum videtur. GUYET. & MENAG.

ead. l. 4. Ποικίλῃ) In *Par.* quae *palaestra* converterat, haec glossa Micylli addita: alias *porticu*, παιδικῇ enim Graece habetur, quod ut corruptum puto, sic rursum ποικίλῃ vel παλαίστρᾳ legendum puto. Cumque Solan. in marg. quoque indicarit, se ποικίλῃ edi velle, nihil haesitavi, quin veritati parerem. REITZ.

ibid. Ἀρισταινέτου) Occurrit hoc nomen saepius apud Nostrum; vide Dial. II, & Συμπ. c. 1. SOLAN.

ead. l. 10. Οὐκ ἔχουσαν εἰκάσαι) Deerant in Ms. BOURD.

ead. l. 13. Ἔστρεφον) Subaudi κατὰ νοῦν. *Animo versabam.* GUYET. & MENAG. Habuimus idem supra Alex. § 8. REITZ.

Pag. 242. *l.* 2. Ἐπισεσυρμένα) Ms. περισ. BOURD.

ead. l. 13. Μὴ ὥραισιν ἴκοιτο) Proverb. Atticum, de quo antea Casaub. ad Athen. BOURD. Proverb. de quo nos pluribus ad Diog. Laërt. in Anacharsi, p. 37. MENAG. Conf. supra ad Dial. Deor. VI f. cum nota Hemsterh. Ac de Salt. cap. 5 f. REITZ.

Pag. 243. *l.* 6. Τί σοι) Usque ad ἔχει aberant a Ms. BOURD.

ead. l. 7. Ἀπὸ Σκυθῶν ῥῆσις) Conf. AG. X, Praef. p. 14, & Athen. 524 E. Quia crudeles in captivos. Aliam huius proverbii rationem indicat Diog. Laërt. p. 26 E. sed minus veram. SOLAN.

ead. 16. Ὅλως) Forsan ὅλος. Sed non tanti refert. Saepissime enim eodem redire, aut certe saepe a librariis permutari, vid. nos ad Herc. Gall. § 1, Iens. ad Hermot. cap. 2. Cum ἐστὶ tamen ὅλος frequentius. Alciphr. I, 13, pag. 54, ὅλος εἰμὶ τοῦ πάθους. Item III, 11 pr. ὅλη εἶ τοῦ ἀστεως. Ib. Ep. 12, ὅλαι τοῦ μέλους ἐγίνοντο. Sed quando περὶ additur, ut hic, alia res est. Nam sine περὶ vix aliter potest, quam adiective, enuntiari. REITZ.

Pag. 244. *l.* 3. Γαστρίσαι) Γαστρίζειν, *explere ventrem*; *saburrare*, *ventrem saturare*. Exponitur & laute accipere. Sed hic τὸ *saturare* placet. GUYET. Pro *saginare*, Alciphr. III, p. 374. Sed & pro *ventrem percutio* interdum accipi, vid. Gesner. ad Rhet. Praec. c. 24. REITZ.

ead. l. 5. Κέκνισται) In margine Ms. Cod. κέκνισται, ἀντὶ ἐρωτικῶς ἔχει εἰώθεσαν γὰρ οἱ ἐρῶντες ὑπὸ τῶν ἀτόπων λογισμῶν κάμνοντες κατατετρύχθαι. BOURD.

ibid. Νεβρίδος) Quia id supra hoc Dial. recepi, etiam hic admittendum fuit. REITZ.

ead. l. 7. Κεραμεικῷ) Intra urbem. V. Meurs. AG. IV, 999. SOLAN.

Pag. 247. *l.* 4. Ἃ εἶδες Φιληματίου) Insititia videntur & inepta. GUYET. In ora Ms. Reg. 2954. adscriptum legitur: οὐ λείπει, ἀλλὰ μεμετεώρισται ὁ λόγος, ὡς ἐν διαλόγῳ φιλεῖ γίνεσθαι. Quam Scholiastae annotationem secutus cl. Bel. de Ballu ita hunc locum emaculandum censet: Εἶδες δὲ ὅλην ἀκριβῶς, ἢ τὸ πρόσωπον μόνον; καὶ γὰρ ὅσα τοῦ σώματος μὴ φανερὰ ἃ εἰ εἶδες (sic *Fl.*) Φιληματίου .... καὶ (sc. εἰσὶν· nisi pro καὶ malis legere ἀλλ') ὡς ἐχρῆν &c. *à l'égard des parties du corps qu'elle ne montre pas, si tu avois vu celles de Philemation .... Elles sont comme doit les avoir une femme de quarante-cinq ans.*

Pag. 248. *l.* 3. Παρδάλει ἔοικεν) Maculis distincta est, i. e. τοῖς ἀλφέσι, inferius. GUYET.

ead. l. 12. Τὴν σορὸν) *Capularem senem.* GUYET.

Pag. 249. *l.* 18. Θρύπτῃ) Ex eo Aristaen. Epistol. 16, lib. II. BOURD. Alciphron, a quo Lucianum sua mutuatum suspicatur Bergl. fere eadem habet I Ep. 36, p. 162. REITZ.

Pag. 250. *l.* 5. Τὸν Φάωνα) Nimirum in proverbium emendatissimae formae abiit ille Sapphûs amasius, de quo nihil opus est dicere, post ea, quae ingeniosa Wolfii diligentia conducta sunt ad Sapph. n. 124 seq. GESN.

Pag. 251. *l.* 7. Μήλου ἀποδακὼν) Conf. supra Tox. c. 13. Sed & malis puellas petere amatorium fuisse, ter quater indicatur a Diog. Laërt. L. III, vit. Plat. S. 32, pag. 183 seq. Long. Past. I, p. 19. REITZ.

ead. l. 10. Τῶν μαστῶν) Quin μαστοὶ de feminis dicatur, nemini est dubium. Eurip. Androm. 223, Καὶ μαστὸν — νόθοισι σοῖς Ἐπέσχον. Et sic idem perpetuo; vid. ib. v. 511 & 629. Hecub. 424. Orest. 842. Phoeniss. 313 &c. At supra Amor. cap. 41 μαζῶν etiam de mammis muliebribus; quod

nonnemo mutabat in μαστῶν, quia μαζοὶ virorum, μαστοὶ mulierum essent. Cumque ibi promiserim, me hic de illa differentia acturum, en pauca: Ammonius, Μαστὸς μαζοῦ διαφέρει. Μαστὸς μὲν γάρ ἐστιν ὁ γυναικεῖος. — Μαζὸς δὲ ὁ ἀνδρεῖος. Idque ex Hom. Il. Δ, 123, probari putat, ubi μαζῷ πέλασεν de viro dicitur. Possem & alia similia Homeri addere, ut Il. Θ, 121, ubi Eniopeus vulneratur παρὰ μαζόν. Item ib. 318. Ac Δ, 490 & 537 &c. Eandem differentiam statuunt Thom. Mag. & Suid. Sed ex istis Homeri nihil probatur, quia inde non sequitur, etiam μαζοὺς ideo de feminis non dici; (contrarium patet in Amazonum vocabulo, quod veteres a privatione mamillae derivant; licet falso; tamen videmus eos ab significatus ratione non abhorruisse.) Immo Long. in Past. θηλὴ semper adhibet de ubere caprae ovisque, an hinc statim sequitur, non etiam θηλὴ de mulieribus quoque dici? Sed μαζοὺς, quod agimus, & feminis tribui, vid. bis ap. Ach. Tat. I, p. 4, qui de virgine Europa, μαζοὶ δὲ στέρνων ἠρέμα ποκυπτοντες· ἢ συνάγουσα, ζώνη τοὺς μαζοὺς — ἔκλειεν. Rursus p. 15 generaliter de omnibus recens natis: τὰ ἀρτίτοκα τῶν βρεφῶν — οἶδεν ἐν τοῖς μαζοῖς οὖσαν τὴν τράπεζαν. Callim. Hymn. in Del. 274, de Apolline nutricis mammam sugente, — ὁ δὲ γλυκὺν ἔσπασε μαζόν. Item in Dian. 214, de Nympha, — καὶ γυμνὸς ἀεὶ παρεφαίνετο μαζός. Aelian. XII, 1 med. de Cyro Aspasiam amante: ἐπεὶ καὶ τῶν μαζῶν προσήψατο. Ne plura congeram. Verum & vicissim μαστοὺς de puero, Noster supra, Amor. c. 53 f. adeo ut vana sit Grammaticorum distinctio; nisi, quod suspicor, de paucis tantum scriptoribus intelligenda sit. REITZ.

ead. l. 11. Ἀποδέσμῳ) Intellige vinculum mammillarum. KUSTER. Vid. omnino Ἔρωτ. c. 41. SOLAN.

ead. l. 15. Ἔστι τὶς θεὸς ἡ Ἀδράστεια) Catull. BOURD.

Pag. 252. *l.* 10. Λίθος οὐκ ἄνθρωπος) Proverb. BOURD. Sic Aristophanem in Nub. vulgus stupidum vocare — ὄντες λίθοι, Terentiumque in Heaut. V, 1, *Quid stas lapis?* addito & hoc Luciani loco, notat L. Bos in Obs. Crit. p. 75, 76. Sed res nimis nota. REITZ.

Pag. 253. *l.* 8. Καταγιγνώσκις) Emaculavi mendum omnium impressorum, qui hic καταγιγνώσκεις habent. SOLAN.

ead. l. 9. Ἀτεγκτος) Sic sola *I.* ed. optime. Reliquae ἔγκοτος. *V.* 2. quae *I.* fere κατὰ πόδα sequitur, venustatem

huius scripturae non affecuta, neglexit. Lege Ἀλεξ. cap. 25, & plaude. SOLAN.

Pag. 254. *l.* 2. Τῆς χρηστῆς) Εἰρωνικῶς. GUYET.

ead. l. 8. Τὴν αὔλιον) Sic edd. non hic modo, sed & infra Dial. XV, sive Meretr. ultimo, in med. καὶ ἡ αὔλιος ἠράσσετο. Conf. & supra Tox. cap. 17. Nam aliis αὔλειος vulgo scribitur. REITZ.

ead. l. 15. Οὐχ ἑώρων) Mallem οὐχ εὗρον. SOLAN.

Pag. 255. *l.* 2. Ἐν χρῷ κεκαρμένον) Paulo post quid hoc sit docet, cum ait, morbo defluente coma, *caput* eam *rasisse*. Disce etiam hic morem fuisse, ut iuvenes ἐν χρῷ κεκαρμένοι essent, cum iuvenem esse crediderit, quem ita habere palpando sentiebat. SOLAN.

ead. l. 15. Πυνήκην) Conf. supra Dial. Mer. V med. ubi cum πυνήκην dederim, & hic ita scribendum erat. Πυνίκην vult Guyet. cum Lexicograph. REITZ.

Pag. 256. *l.* 12. Τὸ δεῖνα) Τὸ δεινὸν scribendum videtur. GUYET.

Pag. 257. *l.* 2. Ἐν δὲ) Illud δὲ initio Dialogi, sine apparente relatione, vid. etiam Dial VII & VIII pr. REITZ.

ead. l. 5. Οὐθεὶς) Etsi frequentius οὐδεὶς scriptum invenio apud Nostrum, nihil tamen obstat, quin & οὐθεὶς hic servem, quia & promiscue apud alios, ut satis dictum ad Parat. cap. 3. REITZ.

ead. l. 7. Διέπειρα) Conf. Alciphr. III, Ep. 36, pag. 352. Item pag. 350 & 351. REITZ.

ead. l. 9. Ἐς πλαίσιον) Hanc vocem interpretatur Codex Memmianus: πλαίσιον, παράταξις ἐν τετραπλεύρῳ τῷ σχήματι, ταύτην δὲ ἐκτάσσουσιν ὁπότε ὀλίγοι πρὸς πλείους διαγωνίζονται. Hanc habent interpretationem Pollux, Hesych. BOURD.

Pag. 259. *l.* 15. Σαρίσσῃ) Ita scribenda haec vox N. Δ. XXVII. Quae tamen hic, & duobus sequentibus in locis, simplici sigma in omnibus impressis scripta est. SOLAN. Bergler. ad Alciphr. III, pag. 351, recte quoque affirmat, usitatius gemino σ scribi; sed quia mox ter quater se offert uno σ exaratum in omnibus, ego nihil mutare volebam. Cum & in Poll. L. I & X, σάρισσα recte quidem editum; sed Iungerm. ad I, S. 138, testetur in Ms. σάρισαν legi. Quin vel σισάρας apud Alciphr. l. d. edi passus est Bergl. quod sic scriptum invenerit, etsi σαρίσσας legendum vidit. Verum cum in Dial. Mort. XXVII, § 3, σάρισσαν, &

§ 4, σαρίσσῃ edd. constanter habere recognovi, nil amplius haesitavi & hic ita edere. REITZ.

ead. l. 16. Ἀπεδειροτόμησα) Ita scribendum cum *B.* 2. & *S.* ut apud Hesiod. Θεογ. non ut in plerisque scribitur ἀπεδηροτόμησα. SOLAN.

Pag. 261. *l.* 4. Ἐς δύο) De hac phrasi Germanis Belgisque familiari, vid. fratris G. O. Reitzii Belg. Graecist. pag. 459. Et supra Tox. c. 54; ac I. Elsner. ad Div. Marc. XV, 38, qui & alia Luciani loca indicat. REITZ.

ead. l. 5. Κειμένους) Laudatus modo Elsn. ad Evang. Luc. XXIII, 53, τοὺς κειμένους interdum simpliciter de *mortuis* dici probat, ex Aristoph. Neb. 550, Eur. Rhes. 670, & Heliod. II, pag. 66. Sed a Luciano hoc loco coniungi, quod posterius tamen nihil mirum, & in enarratione eiusmodi vix aliter fieri debebat. REITZ.

ead. l. 11. Λημνιάδας) De his dictum est ad Ἐρωτ. cap. 2. SOLAN.

ead. l. 13. Φονεῦ) Mallem φονεύε, si per sequentia liceret: certe in *Fl.* ὁπόσον est. SOLAN. Si olim φόνει scriptum fuisset, ultima per compendium exarata, id, accentu omisso, facilius migrare potuit in φονεῦ, quam ut ε imperativi omitteretur. Sed eod. redit φόνει a φονέω, an φόνευε a φονεύω eligas, modo tum ὁπόσον cum *Fl.* legas. At neutrum plane egebit mutatione; cum φονεῦ vocativus sit ab substantivo φονεὺς, & ὁπόσων genitiv. inde pendens. Sed vide notam seq. REITZ.

ibid. Ὁπόσων) Florentina lectio magis placet; modo φόνευε tum simul legas: nam etsi vocativus φονεῦ cum ἄριστε convenit; melius quadrat imperativus cum ἔρρωσο iungendus. REITZ.

Pag. 263. *l.* 23. Θυνὸν ἔμπορον) *Thyna merce beatum.* Hor. GUYET. & MENAG.

Pag. 264. *l.* 8. Ὑποδήματα ἐκ Σικυῶνος) Γυναικεῖα haec ὑποδήματα, ut vult Hesych. De his Cic. I de Orat. *Ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedem, quia non essent viriles.* In Memmiano Cod. erat: Σικυωνικὰ ὑποδήματα διαφέροντα τῶν ἄλλων ἦσαν, ὡς καὶ αἱ ἰφικρατίδες, ἀπὸ τοῦ Ἰφικράτους πολλὴν περὶ ταῦτα φιλοκαλίαν ἐπιδεδειγμένου. Dicuntur hi calcei etiam ἰφικρατῆρες. BOURD. Hesych. Σικυώνια ὑποδήματα, γυναικεῖα, καὶ ἑλλία. Cic. L. I de Or. *Ut si mihi calceos Sicyonios attulisses, non uterer, quamvis essent habiles & apti ad pedem, sed non viriles.* MENAG.

ead. l. 12. Ἀλάβαστρον) Hinc lux historiae Evangelii. SOLAN. Evang. Matth. XXVI, 7, γυνὴ ἀλάβαστρον μύρου ἔχουσα. Luc. VII, 37 &c. REITZ.

ead. l. 17. Παρ' ἐμοὶ) Spatium vacuum *l.* hic reliquit, ἀποσιωπήσεως notam, quam imitati sumus. REITZ.

Pag. 265. *l.* 3. Σαπέρδας) Quid saperdae, notum ex interprete Aristophanis, Polluce, Suid. Hesych. & interpretib. Persii. In Cod. Memmiano saperdae sunt ἀφύαι τεταριχευμέναι διειρμένα καλάμῳ, ἢ ὕεια τεμάχη τεταριχευμένα. BOURD.

ibid. Καὶ πέρκας) In eodem Memmii Cod. πέρκας εἶδος ἰχθύος τεταριχευμένου. BOURD.

ead. l. 6. Βίκον) Hesych. Βίκος· στάμνος ὦτα ἔχων. MENAG.

ead. l. 7. Τυρὸν) Casei ex Cythera meminit Epicurus ap. Diog. Laërt. p. 269 E. F. Vid. Men. not. pag. 263. SOLAN. Τυρὸν — ἐκ Γυθίου) Non ausim mutare quidquam ea sola causa, quod Κύθνιος τυρὸς celebratur a Stephano Byzantino; inprimis cum ter idem nomen repetatur; nec varietatis quidquam annotatum videam. Γύθιον & Γύθειον urbs Laconicae maritima, navale celeberrimum, unde certissimus in Cretam cursus &c. quidni potuerint etiam inde casei celebres advehi ad alios? GESN. Vide nos ad Laërtii Epicurum. *Menag.* Luc. Holsten. in nott. ad Stephanum de Urb. in voce Γύθνος emendat hunc Luciani locum, docetque hoc & mox in seq. binis locis legendum esse Γύθρου. *Almelov.* Conf. mox ad Γυθιακόν. REITZ. Γύθιον, τόπος παραθαλάσσιος τῆς Λακωνικῆς. Schol. Ms. Reg. 2954.

ead. l. 12. Τοίχου ἀρχω τοῦ δεξιοῦ) Turnebus XXVIII, 43, de nautis intelligit. Potterus de remigibus. Videndus etiam Pollux, qui τοίχαρχον appellat. Bais. 118, 1. Meminit Noster etiam Z. τρ. cap. 49; sed idem, quem *nautam* hic vocat, *remigare* ait. SOLAN.

ead. l. 13. Ἡμῶν ὑπερορᾷς) Sic antea ὑπερόπται γὰρ αἰσθανόμενοι γίνονται. Sic apud Petronium, *postquam amari se sensit, supercilium altius tulit.* BOURD.

ibid. Ἀφροδίσια) Nautarum celebritate maxima agebantur. Vid. Plut. 1406, 2. SOLAN.

ead. l. 14. Πρὸς τοῖν ποδοῖν) Πρὸ —. GUYET. Sed habuimus etiam ἔκειντο ὀβολοὶ πρὸς τοῖν ποδοῖν, supra Philopf. c. 20, quam lectionem constanter utroque loco retinent libri; quare nihil corrigere ausim, cum ποδοῖν dativi casus sit, cui πρὸς adiunctum significare *apud*, *ad*, nihil opus erit

exemplis docere. Non ſpernerem πρὸ, ſed non ita neceſſarium ducerem, ut vulgata ſit movenda. REITZ.

Pag. 266. *l.* 13. Τὸ ἐνοίκιον) Sic in Cronoſol. Plutarch. Theophraſt. Dico cetera ad Pauſan. BOURD.

ead. l. 14. Γυθιακὸν) In exemplari Aldino haec omnia cum Peregrini morte amputata eſſe, adſcripſit Solan. At in mea ed. *Ald.* 1. qua beneficio P. Weſſelingi noſtri utor, nihil amputatum eſt, legiturque Γυθιακὸν, tam hic, quam ἐκ Γυθίου paulo ſupra, & rurſus infra verſu huius Dial. ultimo, aeque ac in ceteris. Sed Γυθιακὸν vult etiam Almelov. REITZ.

Pag. 267. *l.* 1. Ἔγημεν) Lege ἔτη μέν. SOLAN.

ead. l. 3. Διοσκόρω) Sic libri omnes noſtri, uti & Ἀλ. c. 20. Videntur ſic obſervaſſe, ut in exclamatione ſic efferretur, quamvis Διόσκουροι aliter vulgo audirent; ut Εὐχ. cap. 9, & Ἀλεξ. c. 4. SOLAN. Διοσκόρω) Conſtans edd. lect. ut ſupra Gall. c. 20 pr. ubi Coll. tamen Διοσκούρω, quod uſitatius, ut illic indicatum. Sic Διοσκούρων, Navig. c. 9; Διοσκούροις, pro Merced. c. 1 &c. Sed quia & alias utrumque invenitur, nihil muto. REITZ.

ead. l. 13. Γυθίου) Leg. Γυθνίου, *Gythnio.* ALMEL.

Pag. 268. *l.* 9. Ἐπεισπαίσας) Sic libri omnes noſtri. Coll. tamen monent, ab aliis ἐπεισπεσὼν, ab aliis rurſus ἐπεισπέσας legi. SOLAN.

ead. l. 13. Ὦ Κοχλὶ) De his meretricum nominibus, & quam aliquando recte perſonis conveniant, dictum alibi a me: lege interim doctiſſimum interpretem Ariſtaeneti; nam Ariſtaenetus Epiſtolarum ſuarum nomina mutuatus eſt a Luciano, quod Alciphron, aliique plurimi amatorii ſcriptores fecere. BOURD.

Pag. 269. *l.* 13. Ὑπέκρεκόν τι τῶν Λυδίων) De tonis dictum antea. Dixit autem ὑπέκρεκον, ἀντὶ τὰς χορδὰς διεψηλάφων, ἀναβαλλομένη τὴν Λυδίαν ἁρμονίαν, ἥτις ἡδίστη τῶν ἄλλων καὶ πότῳ προσφορωτάτη. Κρέκα metaphora ducta a lanificio, ut apud Sapphon. γλυκεῖα μάτερ οὐ δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν. BOURD.

ibid. Λυδίων) Graviſſimus hic, ni fallor, omnium modus. Quî fit ergo, ut ad eum tam laſcive hic ſaltetur? SOLAN.

ead. l. 16. Ἡ αὔλιος) Ἡ αὔλειος dicitur, vel ἡ αὔλειος θύρα. Τὸ αὔλιος non placet. GUYET. Sic & ſupra Dial. XII poſt med. Solanus addit: *Deſunt haec* (*praeter Aldinam, de qua ſupra*) *etiam in exemplari Venetae ſecundae; in eo enim mors Peregrini ab Inquiſitoribus aut ſuperſtitioſis hominibus reſciſſa eſt.*

In mea Aldina 1. nihil deesse, iam dixi ad Dial. XIV. REITZ.

ibid. Ἐπεισέπαισαν) Ab ἐπεισπαίω. Vid. pag. praeced. ubi ἐπεισπαίσας. Confer etiam infra p. 638. (ed. A.) KUSTER. In omnibus nostris libris ἐπεισέπεσον legebatur, sed Kusteri emendatio placuit. SOLAN. Ἐπεισέπαισαν) Dedi hoc Solano atque Kustero, ut reciperem, quia sic paulo supra bene legebatur, & nil facilius, quam αι, η & ε, inter distantem & excipientem confunditur; & supra Tox. c. 61, διεκπαίσας in plerisque recte, ubi tamen quaedam etiam διεκπέσας. Vid. ib. Not. Posset quidem pro vulgato afferri, εἰσπίπτω tamen & pro *irruere* dici, ut apud Diog. Laërt. invenio, L. I, S. 46, στεφανωσάμενος εἰσέπεσεν εἰς τὴν ἀγορά. Et apud Herodian. IV, 4, 12, ἐσέπεσεν εἰς τὸ στρατόν. Sed haec aliquanto minus violentam irruptionem significant, & non male ibi versum, *castra attigit.* Confer & infra Sympos. cap. 12, ubi forsan similiter ἐπεισέπαισεν dabimus pro vulg. ἐπεισέπεσεν, cum εἰσπαίω & ἐπεισπαίω aptissimum, Lucianoque proprium, Aristophani aliisque hoc sensu usitatum sit. Vid. tamen παρεισπεσεῖν probatum ad Ep. Satur. cap. 23. REITZ.

Pag. 270. *l.* 1. Ὁ Μεγαρεὺς) Aetolum supra dixerat. Megaram Aetoliae nemo, puto, novit. Quid si fuit Μεταπεύς; certe in literis maiusculis quam facile confundantur ΜΕΓΑΡΕΥΣ & ΜΕΤΑΠΕΥΣ, dextro crure literae πῖ, ut solemne est, correpto, cuivis apparet. Porro οἱ Μεγαρεῖς sunt sine dubio notiores, quam οἱ Μεταπεῖς. Sed nec hi plane ignoti, Polybii opera & Stephani: quamquam hic in Acarnania non recte collocat, ut iam observatum Berkelio. GESN. Nomine Μεγαρεὺς non solum notari *civem Megarensem*, sed & apud Athenienses designari quemvis hominem rusticum & inhumanum, contra Gesnerum contendit ad hunc locum cl. Bel. de Ballu, laudans Stephanum in Μέγαρα, qui sic dictam putat urbem *propter asperitatem regionis*, διὰ τὸ τραχὺ τῆς χώρας. Sic sane mutatione nil opus.

ead. l. 6. Ἐκφθείρου) *Facesse hinc, abi in malam rem.* Vid. Bergl. ad Alciphr. I, p. 57, 62, 66, & 142, ubi & προσφθείρεται, *abit ad* — in mal. partem. Conf. Nostrum supra Asin. cap. 56. REITZ.

ead. l. 14. Τὴν σύνταξιν) Quid sit σύνταξις, eod. ore interpretantur Grammatici, scil. est εἰσφορὰ ἣν τοῖς στρατιώταις διένειμον· περίμεινον τὴν σύνταξιν, Gallis, *Je vous payerai à la monstre.* BOURD.

Pag. 271. *l.* 3. Ψόφοι) Alciphr. II, 3, pag. 236, *συμβιοῦν Πτολεμαίῳ καὶ Σατράπαις καὶ τοιούτοις ψόφοις*, quod Bergler. convertit, *Satrapas & eiusmodi inania nomina*, & hoc Luciani, alterumque ex Athen. exemplum affert. Sed forsan hic ψόφους praeferret aliquis, ut referatur ad verba illa gloriosa, quae sunt inanes sonitus: at potest stare ψόφοι relatum ad οὗτοι, ut ipsi Thrasones dicantur ψόφοι esse, veluti & apud Alciphr. de personis dicitur. REITZ.

IN DE MORTE PEREGRINI.

Pag. 272. *l.* 1. ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΠΕΡΕΓΡ. ΤΕΛ.) Athenagoras Apologia pro Christianis. A. Gellius cap. 11, L. XII. Ammian. Marcellin. L. XXIX. MARCIL. Peregrinus, cognomento Proteus, cuius insignem λιμοδοξίαν tam facete exagitat Lucianus, philosophus Cynicus fuit, (si tamen huiusmodi palliata mendicabula tanto nomine debent cohonestari) imperante M. Antonino desiit vivere. De quo viro diversa prorsus fuere veterum iudicia: nam *laudatur ab his, culpatur ab illis*. Huius meminerunt A. Gellius, Athenagoras, Tertullianus, & Ammianus Marcellinus. At Lucianus noster, vir, si quis alius, in deprehendendis hominum moribus sagax, illum graphice depinxit, quippe quem penitissime noverat. Navem enim cum eo, ex Troade solvens, conscenderat, ibique γενναίου Περεγρίνου masculas nuptias subodoratus est; illum mortis formidine expallescentem vidit; illum oborta noctu tempestate muliebriter exclamantem audiit. Qui Stoicum faciunt, unde id coniecerint, non possum expiscari. Quid enim? Quia tunc in aula multum dignationis habebant Stoici, (id quippe constat) non ausus fuerit Lucianus Stoicum appellitare, qui esset tamen? Quasi non alibi passim totam illam familiam acri aceto perfuderit. Itaque merae nugae; neque id vero dixeris, ubi a te libellus hic perlectus fuerit. Ceterum non hic tantum Peregrini meminit Lucianus, sed & in libello πρὸς ἀπαίδευτον cap. 14, ubi simpliciter Proteum Cynicum vocat. Meminit quoque illius in vita Demonactis cap. 21, ubi haec leguntur: Περεγρίνου τοῦ Πρωτέως ἐπιτιμῶντος αὐτῷ &c. Ubi interpres; *Peregrino autem Protei filio ipsum obiurgante*; sed ibi, ut sexcentis aliis locis lapsus est. Peregrinus enim & Proteus, idem. Itaque fuerat aliter vertendum. FABER. (Invenio apud

Reginonem in Chron. ad ann. Chr. 125 inter Martyres *Peregrinum* quendam, sub M. Antonino Vero, cuius tempora optime huc quadrarent, si ampliori testimonio, & circumstantia fata eius consignata fuissent. *Vindingius* ann. 1682.) Suid. *εἰς τὸν Περεγρίνου βίον καθάπτεται τοῦ Χριστιανισμοῦ.* Cave, autem, lector, credas T. Fabro, hic asserenti, non integrum ad nos pervenisse hoc opusculum: errasse enim eum, ostendam ad c. 11 ultima verba. Repertus est, qui suspicaretur, hoc nominis a Luciano ei inditum, ut Christianam religionem, *peregrinam* scilicet, & a sacris Graecorum alienam, deridendam proponeret. (vide Pauli Vindingii &c. p. 3.) Absurde. V. A. Gell. VIII, 3, & XII, 11. Natus erat in oppido Hellesponti Pario, ut ex Nostro liquet. Meminerunt honorifice tum Gellius l. c. tum Maximus Tyrius Diss. III. V. & Tertull. ad Martyr. cap. 8. Euseb. in Chron. Olymp. CCXXXVI. Tatian. serm. ad Graec. Ad hunc Proteum respexisse Pollucem apud Philostratum pag. 593, vix dubito. Peregrinum quendam inter Martyres sub M. Antonino Vero recenseri in Reginonis Chronico, testatur Vindingius p. 4. Vid. apud Xiph. in Adr. 206 C. Euphratem philosophum veneno ultro hausto vitam finientem. SOLAN. Stephano Le Moyne in Proleg. ad Var. Sacra fol. 10 videtur Lucianus *illudere voluisse* hoc libello *martyrio Polycarpi*, hoc ipso forte anno cremati; atque *eo tantum fine & consilio traducendum suscepisse* Peregrinum, *ut Christianos eodem argumento traduceret, qui ad martyrium sponte ruere videbantur, & qui de martyrum suorum*, Polycarpi praesertim, *fortitudine gloriabantur & triumphabant.* Hunc Peregrinum non minus, quam Simonem Magum, Apollonium Tyanensem, Satanae artibus suscitatum, qui invidiam Christianis faceret &c. Nescio, quantum tribui debeat coniecturae viri ingeniosissimi. Certe hoc video, non per cuniculos aggredi nos solere Lucianum. Dicamus deinde aliquid de *vulture Peregrini* cum *Polycarpi columba* comparato. GESN.

Tatian. c. 25, p. 265.

ead. l. 2. ΛΟΥΚΙΑΝΟΣ ΚΡΟΝΙΩ &c.) Hinc cuivis apparet, epistolam esse *πραγματείαν* hanc. In Ms. tamen λόγος dicitur, id est, historia sive narratio, quemadmodum Herodotus libros suos λόγους vocat: lib. V, *ὡς δεδήλωταί μοι ἐν πρώτῳ λόγῳ.* Ita & lib. VI, Hecataeum citans. Ita & alii passim. Ceterum in plerisque Mss. hanc sive historiam sive narrationem frustra quaesieris. Qua causa id factum, si lubet scire, audi, quaeso, quod in uno ex Mss. Reg. adscriptum

est: Ἐνταῦθα παρείθη ἑκοντὶ ὅπερ ἐστὶ Περεγρίνου τελευτῆς λόγου, διὰ τὸ ἐν τούτῳ ἀποσκώπτειν εἰς τὸν Χριστιανισμόν. Consulto scilicet omissum fuisse huncce tractatum, quod in eo Lucianus derideat Christianismum. Sed Musis Graecis & bonarum literarum Genio lubet gratulari, quod non omnes maiores nostri fatui & muliebriter pii fuerint, neque tam inconsultam pietatem coluerint. Ostendam tamen infra, (ad c. 11) non plane ad nos integrum pervenisse hunc libellum. FABER. KPONIΩ) Graecus hic, Epicureus, Luciano familiaris, de quo alibi non legitur. SOLAN. Si hic idem sit Cronius philosophus, quem Numenii ἑταῖρον, & allegoriarum Homeri interpretem, laudat Porphyrius de antro Nymph. pag. 119 Barnes. poterit ex hac ipsa inscriptione aetas utriusque paulo accuratius definiri. GESN.

ead. l. 3. Περεγρῖνος) De hoc impostore multi Christiani & profani scripserunt. BOURD. In marg. *A.* 1. adscriptum: meminit Peregrini huius Tertullian. in libello ad martyres. REITZ.

ead. l. 4. Πρωτεὺς) Apollonius etiam Tyaneus, *Proteus* haberi voluerat. Vid. Philostrat. I, pag. 6. De hoc A. Gellius XII, 11. Proteus audit apud Philostrat. pag. 563: τὰ πρὸς τὸν κύνα Πρωτέα λεχθέντα. Deinde addit & eius mortem. Inter Philostrati primi opera apud Suidam legitur Πρωτέα. Κύνα ἢ σοφιστήν legi vero, ut unicus sit liber, Πρωτέα κύνα, ἢ σοφιστήν uti mox a Meursio in Νέρωνα θεατὴν feliciter factum est, prave antea disiunctis. Unde novum orietur de aetate illius scriptoris argumentum, quo sententia Olearii iuvabitur, eliminantis illud γεγονὼς ἐπὶ Νέρωνος. Vid. Praef. ad Philostr. p. 11. SOLAN.

ibid. Ὁμηρικοῦ Πρωτέως) Eos versus respicit, qui leguntur Od. Δ: Πάντα δὲ γινόμενος πειρήσεται, ὅσσ' ἐπὶ γαῖαν Ἕρπετὰ γίνονται, καὶ ὕδωρ καὶ θεσπιδαὲς πῦρ. Fabulam explicat Diodorus sane εὐφυῶς, ut & Lucianus in libello de Saltatione, (c. 19) neque sane infeliciter Eustathius, qui illum censet θαυματοποιὸν fuisse, quales olim accepimus Callisthenem Phliasium, Scymnum Tarentinum, Xenophontem quendam, Philispidem, atque alios, quorum meminit Athenaeus lib. I. FABER.

ead. l. 5. Ἅπαντα — γενόμενος) Diceres traduci verba Apostoli 1 Cor. IX, 22, τοῖς πᾶσι γέγονα τὰ πάντα. Sed locutio eadem, res alia. REITZ.

ead. l. 7. Καὶ πῦρ ἐγένετο) Vid. Ἐν. Δ. IV. Tempus vi-

de infra ad cap. 35. Et Homer. Odyss. Δ, 418. SOLAN.

ead. l. 9. Ἐμπεδοκλέα) Quod ait hoc loco Lucianus, Empedoclem se in Aetnae flammas dedisse praecipitem, ab aliis item & Graeci & Latini nominis scriptoribus asseritur; verum more suo faciunt, dum aliquid circa summos viros τραγῳδοῦσι illum & sua sapientia, & Lucretii, praestantissimi philosophi & poëtae, testimonium facile rutantur, cum praesertim scripserit olim Timaeus, eum in Peloponneso diem suum obiisse, & Neanthes Cyzicenus auctor fuerit, eum e curru prolapsum crus sibi perfregisse, contractoque ex eo casu morbo, periisse. Quorsum igitur & crateres Aetnae, & crepidarum altera? γυργάθος λήρων. De Pythagora quot praestigias ubique legas? de Aristotele autem & Euripo Boeotiae, quid? Ea certe refellere nemo quisquam possit, nisi & otio suo abutatur, & τὸ ἐν παιδείᾳ ὀξύμαθὲς prodat. FABER.

ibid. Παρ' σσον) *Nisi quod.* Verte, *praeterquam quod.* FABER.

ead. l. 10. Κρατῆρας) Ita vocabant Aetnae montis ἀναχοάς. FABER.

Pag 273. *l.* 3. Οὐ πρὸ πολλῶν) Quam Peregrini orationem respiciat, c. 32 videbis. SOLAN.

ead. l. 5. Κορύζῃ) Malim verti *dementiam* & *stoliditatem*, quam *arrogantiam*. Ita ἐν νεκρικοῖς (D. XX, cap. 4) dixit, κενοδοξία καὶ τύφος καὶ πολλὴ κόρυζα. Et in Pseudomanti, (c. 20) ἰδιώτης καὶ κορύζης μεστὸς τὴν ῥῖνα. FABER. Quid proprie significet, disce ex N. Δ. VI. Translatum quid valeat, optime te docebit Scholium novum. Vide Dial. XX, c. 4, & Ἀλεξ. c. 20, locis a T. Fabro allatis; quibus adde Συγγρ. c. 31, ubi πόλιν κορύζης συγγραφικῆς γέμουσαν pronuntia urbem ab insulso historico conditam; & Ἀπαιδ. c. 21, ἔπαυσεν αὐτὸν τῆς κορύζης. SOLAN.

ead. l. 9. Παρὰ τὸ πῦρ) Vid. infra c. 37. Sed ubi oratio illa Luciani praecedens? ea nempe, quam se non nominato habitam a quodam refert capite 7 & sequentibus. SOLAN.

ead. l. 15. Τοῦ πράγματος διασκευὴ) Corrig. δράματος. Metaphora enim perpetua a theatris, & artificibus scenicis, ducta utitur; quippe subiungit, τὸν μὲν ποιητὴν οἶσθα, & mox, ἐτραγῴδει ὑπὲρ Σοφοκλέα, & inferius paulo, καὶ γὰρ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν, ἡ μεσημβρία, & sub finem libelli (c. 37) αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. Itaque adeo non est, quod quis de emendatione nostra possit dubitare. FABER. Δράμα-

τος) Hanc T. Fabri emendationem in textum, invitis libris nostris omnibus, recepimus, in quibus est πράγματος. Vid. cap. 37. SOLAN.

Pag. 274. *l.* 3. Διὰ τοῦ γυμνασίου αὐτῶν) Διὰ τῶν γυμνασίων αὐτοῦ. Αὐτοῦ pro ἐκεῖ. Sic inferius pag. 741, ἀπῄειν ὀψόμενος τοὺς ἀθλητάς. MARCIL. *Illorum gymnasio illectus*, ait interpolator veteris interpretis, doctus, Iuppiter, νὴ τὴν ἀρνακίδα. Sed fallitur μανικὸν ὅσον. Non vidit, Lucianum, dum Olympiam venit, *per Eleorum gymnasium transisse*. Pausanias in Eliacis (p. 201, 44) inter ea, quae ἄξια μνήμης putat, huius gymnasii, quod ipse vetus gymnasium vocari ait, mentionem facit, additque, καὶ ὅσα ἐς τοὺς ἀθλητὰς πρὶν ἢ ἐς Ὀλυμπίαν ἀφικνεῖσθαι, ἐν τούτῳ σφίσι τῷ γυμνασίῳ δρᾶν καθέστηκε. FABER. Suspecta videntur. Scribendum erat alioquin διὰ τὸ γυμνάσιον αὐτῶν, seu potius διὰ τὰ γυμνάσια αὐτῶν. GUYET. Pag. ad quam Marcil. remittit, aut male est expressa, aut ex ed. desumta, quam nos non possidemus; sed invenitur hac Dissert. c. 31. REITZ.

ead. l. 5. Ἐκ τριόδου τὴν ἀρετὴν) Emenda, τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν, longe enim aliud est, ἐπιβοᾶσθαι τὴν ἀρετὴν ἐκ τριόδου, & τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν ἐπιβοᾶσθαι. Prius illud nihil ad hunc locum facit. Vocat autem Lucianus τὴν ἐκ τριόδου ἀρετὴν, quia nil nisi de virtute loquebantur istaec ἐκτρώματα σοφίας. Inde est, quod in Timone (cap. 9 f.) Iuppiter perquam facetissime dicit, ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθησθαι, ἢ ἐπιτριβῆναι πρὸς αὐτῶν (φιλοσόφων) APETHN TINA, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ φωνῇ ξυνειρόντων. Quo loco vocula haec TINA innuit tritum quid & tralatitium. Ita & in Gallo (cap. 11) Micyllus, de philosopho, nescio quo, loquens ait: καὶ APETHN TINA πρὸς μὲ διεξιὼν καὶ διδάσκων &c. Nisi quod non lubet ἐν οὐ δέοντι σοφίζεσθαι, locum illustrissimum Plauti, qui a nemine hactenus intellectus est, possem emendare: — *conferunt sermones inter sese drapetae, Obstant, obsistunt, incedunt cum suis sententiis;* verum id alibi a me praestitum est. Quippe legendum demonstravi, — *conferunt sermones inter sese de arete.* FABER. Adde locis a T. Fabro allatis, Δικ. cap. 11: ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων, καὶ ἀρετήν τινα, καὶ ἰδέας, καὶ φύσιν, καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ καὶ ξένα ὀνόματα. Pan autem loquitur. SOLAN.

ead. l. 9. Σὺ δὲ γνωρίσῃς) Interpres, *tu vero haec plane ita se habere cognosces.* Atqui non ita est, sed uti dicam. Metuit

Lucianus, ne sibi a quoquam oratio Cynici adscribatur: id quo ne fiat, ait, ὡς ἐλέγετο, additque, *quam orationem facile agnosces, qui huiusmodi canes saepe latrantes audieris.* Quae sententia longe alia est. FABER.

ead. l. 11. Ὦ γῆ καὶ ἥλιε) Ridet Lucianus τὴν ὀγκηρὰν φλυαφίαν τοῦ ἐπιφωνήματος. FABER.

ead. l. 12. Πατρῷε Ἡράκλεις) Videlicet Herculem quasi πατριάρχην, seu familiae suae principem, haberi volebant Cynici, seque veluti Ἡρακλίσκους τινὰς iactitabant. FABER.

ibid. Δεθέντα) Ob Christianismum. V. c. 11 & 12. SOLAN.

ead. l. 13. Τῇ πατρίδι) Vide cap. 15, & veram summam c. 14. Haec autem Cynici summa efficit fere integrum, quem vocant, *millionem* librarum Anglicanarum, id est, decies centena millia. SOLAN.

ibid. Πεντακισχίλια τάλαντα) Ἐπιτραγῳδεῖ Theagenes. Peregrini enim facultates, ut ἐκ τῶν μετὰ ταῦτα constabit, XV talenta non exsuperabant. FABER. Ὑπερβολικῶς. Inferius Lucianus c. 14 πεντεκαίδεκα τάλαντα dixit. GUYET.

ead. l. 14. Ἀπὸ — ἐκβλ.) Vide cap. 18. SOLAN.

ead. l. 15. Τῷ Ὀλυμπίῳ) Subaudi Διΐ. GUYET.

Pag. 275. *l.* 2. Οὐ γὰρ Ἡρακλῆς οὕτως;) Igne mori multi gloriosum putarunt, inter quos etiam fuit Calanus, qui se ultro incendio obtulit, cum iam mori decrevisset. Nicolaus Damascenus & philosophus & historicus scribit, a se visum Zarmanochegam Indum, qui satis fortunatus Athenis se cremavit, quod abunde vixisset: in cuius tumulo ita inscriptum fuit, Ζαρμανοχηγὰς Ἰνδὸς ἀπὸ Βαργόης κατὰ τὰ πάτρια Ἰνδῶν, αὐτὸν ἀποθανατίσας κεῖται. COGN.

ead. l. 3. Διόνυσος) Unde Antipater Sidonius de Hercule & Baccho: — οἱ δ' ἀπὸ γαίης Ἦλθον ἐς ἀθανάτους ἐκ πυρὸς ἀμφότεροι. FABER. De Aesculapio vid. Θ. Δ. XIII. De Baccho quid afferat T. Faber, legisti. Ego alibi de eo me legere nihil memini, praeter combustam fulmine matrem, servatumque a Iove infantem; nec ad aliud alludi existimo. SOLAN.

ead. l. 4. Θεαγένης) Philosophus Cynicus. FABER.

ead. l. 5. Τοῦτο γὰρ — ἐκαλεῖτο) Sic & Long. Past. II, pag. 74 ed. Iung. & IV, 112 ed. Moll. Item Alciphr. III, pag. 406. REITZ.

ead. l. 9. Πῶς) Haud facile crediderim, Lucianum, tam curiosum & iam philosophorum acrem spectatorem, ignorasse, quae Olympiade proxime antecedente a Peregrino

designata essent & promissa, etiamsi ludis ipse non interfuisset, quod tamen haud temere statuendum est ob rationes deinde adducendas. Quid ergo? Nempe, ut scenae serviat, haec nunc quaerit, ut res tota melius & plenius ob oculos lectorum mox ponatur. Quod & adhibito mox larvato oratore, sub quo ipse latere voluit, abunde praestitum leges. SOLAN.

ead. l. 11. Ἐπήκουον οὖν τὰ λοιπὰ) Verba haec plane amittunt elegantiam, si reddantur cum interprete, *verum audiebam reliqua cum verba funderet, ac mirificis laudibus Proteum extolleret.* Narrat hic Lucianus, se audivisse quendam Theagenem φωνῇ μεγάλῃ καὶ τραχείᾳ in trivio virtutes latrantem, & deinde de Proteo seu Peregrino dixisse. Sane qui clamat voce magna & aspera, gravate verba, & non nisi magno cum labore nisuque pronuntiat: *fundere verba* ii dicuntur, qui promta, facili, atque plena oratione utuntur; sic *fluentia verba* apud auctorem carminis ad Pison. & *fluens cantus* apud Valer. Flacc. lib. III Argonaut. v. 158; εὔροια λόγων apud Aelian. lib. VIII, c. 12, ποικ. occurrunt. Vix habent Latini, quo elegantiam illam, quae in verbis Luciani est, exprimant; nisi circumlocutione utantur, ut, exaudiebam *cum magno conatu reliqua dicentem.* Quo respiciunt etiam illa, quae sequuntur: ταῦτα ξὺν πολλῷ ἰδρῶτι διεξελθὼν ἐδάκρυε γελοίως. Et pag. 43, ἐγὼ δ' ἀφεὶς αὐτὸν διαῤῥηγνύμενον, *ego relinquens illum, qui se vociferatione rumpebat.* Adde, quod ἐξαντλέω semper de re molesta & gravi dicatur. Euripid. Med. v. 79: Ἀπωλόμεθ' ἄρ' εἰ καλὸν προσοίσομεν Νέον παλαιῷ, πρὶν τό δ' ἐξηντληκέναι, *priusquam illud malum exhaustum sit.* Et Alcest. v. 354: — ἀλλ' ὅμως βάρος ψυχῆς ἀπαντλοίην ἄν. Quomodo *exhaurire dolorem*, & alia apud Latinos passim leguntur. Gisb. Cuperus Observ. l. III, cap. 2. ALMEL. Clarissimus quidam & amplissimus vir, ut patet ex eius nota *Amst.* editioni p. 562 allita, videtur in Luciano legisse ἐξαντλοῦντος, cuius causam nullam video. Et tamen tota viri cl. animadversio in ἐξαντλέω est posita. At ἐξαντλέω & ἐπαντλέω sunt diversissima: illud est *exhaurio*, hoc *infundo.* Id quod patet ex tritissimo proverbio, ἐς Δαναΐδων πίθον ἐπαντλεῖν, quo & utitur Noster; apud quem etiam in Timone cap. 18 ait Plutus, ὥστε ἐς τὸν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος, *quare in Danaidum dolium aquam ingesturus mihi videor, & incassum infusurus, fundo non continente.* Male quoque cul-

patur hic interpres, qui ἐπαντλοῦντος αὐτοῦ vertit, *cum verba funderet*. Interpretem satis defenderit Budaeus, ex Synesio proferens ἐπαντλεῖν τῶν λόγων, idque cum Cicerone *fundere*, cum Plauto *funditare verba* interpretans. Ceterum nimis crebro haec loquendi forma, ἐπαντλεῖν λόγους, *verba fundere, copiose de re quapiam dicere*, ab ipso Luciano nostro est usurpata, quam ut ea ignorari, multo minus damnari debuerit. In Iove Tragoedo c. 50, Τιμοκλῆς τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις εὐπερίτριπτα πάντα ἐπαντλεῖ, *Timocles vulgaria haec & quotidiana, alia super alia, omnia refutatu neutiquam difficilia, ingerit*. Sic Charon sermoni suo multos immiscens versus Homeri, dicitur πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖν, in Contemplantibus cap. 23. Pro ἐπαντλέω eodem usu posuerunt Graeci & καταντλέω. In Demosthenis Encomio cap. 16, ἦ πού γε διανοῇ καταχεῖν μου τῶν ὤτων, ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας τὸν λοιπὸν λόγον; *Num in animum inducis implere mihi aures, instar balneatoris, reliquum sermonem exhaustum in me fundens?* In Lexiphane cap. 17, τοσοῦτον βόρβορον συνεπανίσας, κατήντλησάς μου μηδέν σε δεινὸν εἰργασμένου, (male in Salmuriensi hic εἰργασμένον excusum) *Tantum coeni undiquaque corrasum in me, qui nullam tibi intuli iniuriam, effudisti*. Paulo ante pro eo dixerat κατασκεδάσαι· ait enim illic, Καὶ ἢν μὴ τάχιστα ἐξεμέσω ταῦτα πάντα, ὁπόσα διεξεληλυθας, εὖ ἴσθι, κορυβαντιάσειν μοι δοκῶ, περιβομβούμενος, ὑφ' ὧν κατεσκέδασάς μου ὀνομάτων, *ac nisi quamprimum omnia illa, quae recitasti, evomuero, certo scias, videor mihi mox insania fore correptus, circumstrepentibus me illis nominibus, quae in me modo effudisti*. Sic in Eunucho cap. 2, ὅλας ἁμάξας βλασφημιῶν κατεσκέδασαν ἀλλήλων, *integra convitiorum plaustra invicem in se effuderunt*. Ceterum τὸ ἐπαντλέω verbum restituendum est Scholiastae Anonymo Homeri: apud quem cum ad Il. A, v. 176, ἀφύξειν exponitur per ἀπαντλήσειν, lege ἐπαντλήσειν· idque congruens est cum verbo sequenti προσσωρεύσειν, *accumulaturum esse*, quod ab Scholiasta expositionis causa additur. IENS.

ibid. Ἐπαντλοῦντος) Ἐπαντλεῖν contrarium est τοῦ ἐξαντλεῖν. Alibi εἰς Δαναΐδων πίθον, ἐπαντλεῖν. GUYET.

ead. l. 13. Σινωπέα) Diogenem. SOLAN.

ead. l. 15. Σωκράτη) Nihil variare edd. addiderat Solanus. An quia Σωκράτην quaesivit? Ut supra Paras. cap. 19. (ubi tamen *Fl.* etiam Σωκράτη.) Sed utramque terminationem probam esse ostendimus l. d. REITZ.

Pag. 276. *l.* 3. Δία τὸν Ὀλύμπιον) Opus Phidiae, ex ebore & auro. Describitur a Pausania. FABER.

ead. l. 5. Τὸ ἄγαλμα τοῦτο) Nota duriorem metaphoram, sed Cynico convenientem. Peregrinum enim intelligit, quem cum Iovis Olympii simulacro comparavit. Ita & mox. FAB.

ead. l. 6. Ὀρφανοὺς ἡμᾶς καταλιπ.) Respondent haec verbis Evang. Ioan. XIV, 18, οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ad quae Elsner. ὀρφανοὺς tam parentes, quam liberos *orbos* dici probat. REITZ.

ead. l. 8. Τὰς τρίχας ἐτίλλετο) Th. Mag. v. τίλλω. SOLAN.

ead. l. 10. Μετὰ δὲ τοῦτον ἄλλος) Hic anonymus, quo velut ὑποκριτῇ utitur Lucianus, ὁ τοῦ δράματος διδάσκαλος, Peregrinum suis coloribus depinget. FABER.

ead. l. 12. Ἀλλὰ ἐπ' αἰθομένοις) Metaphora a sacris ducta: non poterat χαριέστερον hic noster. FABER.

ibid. Ἐπ' αἰθομένοις) Μεταφορικῶς. GUYET. Non damnaverim repetitionem praepositionis, ἐπ' αἰθομένοις ἐπέχει· sed sine fraude etiam fuerit, quod interpretatus sum, ac si legeretur mutatione tenuissima ἔτι αἰθομένοις. GESN.

ead. l. 13. Ἐπὶ πολὺ) Delerat Solan. ἐπί. Ego nondum, nisi auctoritas accesserit; etsi ἐπὶ πολὺ, *diu*, hic revera minus placet, quam simplex πολὺ, multum, id est, *effuse* risit. REITZ.

ead. l. 14. Νειόθεν) Homericum. BOURD. Poëtica vox est. Videlicet alludit ad locum Homeri, primulo initio Iliad. K: Νειόθεν ἐκ κραδίης — FABER. Homer. Il. K, 10. SOLAN.

ead. l. 15. Τὰ Ἡρακλείτου δάκρυα) Iuvenalis X de Democrito & Heraclito: *Iamne igitur laudas, quod de sapientibus alter Ridebat, quoties de limine moverat unum Protuleratque pedem; flebat contrarius alter?* FABER.

Pag. 277. *l.* 6. Οἷόν τι τὸ ἄγαλμα) Iterum ridet φορτικὴν illam metaphoram Theagenis. Eodem mox spectat, cum de canone Polycleti loquitur. FABER.

ead. l. 11. Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανών. Ἐπεὶ) Ὁ τοῦ Πολυκλείτου κανὼν, ἐπεί. MARCIL. Plinius XXIV: *Idem* (Polycletus) *& Doryphorum viriliter puerum fecit, & quem Canona artifices vocant, lineamenta artis ex eo petentes, velut a lege quadam.* Huius canonis meminit quoque in lib. de Saltatione (c. 75) Lucianus: Τὸ δὲ σῶμα κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ. FABER.

ead. l. 14. Ῥαφανίδι τὴν πυγὴν βεβυσμένος) Supplicium deprehensorum in adulterio. Τοὺς μοιχοὺς ταῖς ῥαφανίσιν

ἥλαυνον κατὰ τὰς ἕδρας. Hesych. Huic supplicio insuper addit depilationem & cineris calidi asperſionem Scholiaſt. Ariſtophan. ad nubes. BOURD. Catullus: *At tum te miſerum, malique fati, Quem attractis pedibus, patente porta* (hoc loco idem eſt ac πρωκτὸς) *Percurrent raphanique mugileſque.* Sed rem omnem optime deſcribit Ariſtophanis Schol. in νεφέλαις ad hunc verſum, τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε πειθόμενός σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ; Οὕτω γὰρ, ait οὕτος &c. Neque enim vacat tranſcribere. Ceterum mihi obiter monendus eſt lector, verſum illum corruptum eſſe. Qui pote, inquies, cum ita planus ſit, ita facilis ſit? Atqui ita eſt. Nonne una ſyllaba modulum ſui generis excedit? Lege itaque: τί δ' ἦν ῥαφανιδωθῇ γε πεισθεὶς σοι, τέφρᾳ τε τιλθῇ; FABER.

ead. l. 15. Τρισχιλίων) Subaudi δραχμῶν. GUYET. Vertunt *tribus nummorum millibus redemit:* in quibus vocem ſecundam ſubducta linea notavit pater, qui haud dubie voluit intelligi τρισχιλίων δηναρίων. Et merito. Cum manifeſte ſic intelligere appareat ipſum Lucianum ex D. Meretr. XI, ubi Charmides ait, καί τοι τοσαῦτα παρ' ἐμοῦ λαμβάνουσα, καὶ νῦν ἐπειδὴ χιλίας αἰτούσῃ οὐκ εἶχον διδόναι, ubi interpres ſimpliciter *mille petenti*, cum intelligat δραχμὰς, quomodo vertit in Pſeudologiſta cap. 30, πεντήκοντα καὶ ἑπτακοσίας ἐξέτισε, *ſeptingentas & quinquaginta drachmas:* & ex Aſini loco manifeſtiore, καὶ πιπράσκει με πέντε καὶ εἴκοσιν Ἀττικῶν, ubi idcirco vertere etiam potuerunt *quinque & viginti drachmis Atticis.* Sic ergo debuerunt quoque cap. 8 in Saturnalibus, περὶ ταλάντων γε καὶ μυριάδων, ubi vertunt *talentis & decem nummûm millibus.* GRON.

Pag. 278. *l.* 1. Ἐπὶ τὸν ἁρμοστὴν ἀπαχθῆναι τῆς Ἀσίας) Vox ἁρμοστὴς olim nomen fuit magiſtratus apud Spartiatas, qui mittebatur praefectus alicuius urbis aut regionis. At tempore Luciani pridem deſierat uſus eius magiſtratus & vocis, nam ἀνθύπατος a Graecis, *Proconſul* a Latinis vocabatur magiſtratus, qui Roma miſſus Aſiam regebat. Nec video, quare hanc vocem a tanta antiquitate revocaverit Lucianus, ut deſignaret Romanum proconſulem, penes quem erat ius gladii ad punienda crimina. PALM. Intelligit Proconſulem. Diodorus Siculus lib. XIII exiſtimavit, vocem eſſe Laconicam, vel Laconibus peculiarem: ὁ δ' ἐν τῇ πόλει καθιστάμενος ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἡγεμὼν (ὃν οἱ Λάκωνες ἁρμοστὴν ἐκάλουν) &c. At ego de Laconibus dici ἁπλῶς non puto. Xenophon enim de Thebanis lib. VII Ἑλληνικῶν

usurpavit, ut & Plutarchus in vita Demetrii, ubi Hieronymum historicum ait ἐπιμελητὴν καὶ ἁρμοστὴν Thebarum ab eo fuisse constitutum. Harmostae aliter dicebantur ἁρμοστῆρες. Xenoph. lib. IV; alibi autem ἁρμόζοντες, quemadmodum ὁ πειράζων pro πειραστὴς, & sexcenta alia. FABER.

ead. l. 2. Πηλὸς) Legend. Casaub. ad illud Persii, *udum & molle lutum es.* BOURD.

ead. l. 8. Ἄλλην ἄλλοτε ἀμείβων) Id aliter Graeci dicunt, γῆν πρὸ γῆς ἐλαύνεσθαι. FABER.

ead. l. 9. Θαυμαστὴν σοφίαν τῶν Χριστ. ἐξέρασθε) Athenagoras Apologia. MARCIL. Εἰρωνικῶς. FABER. Ironice hoc dici, non est, quod moneam. Sed vel sic sanctitatem Christianae religionis huic scurrae agnitam satis patet, qui neque hic, neque in sequentibus, ullius eam sceleris cum ignaro illius aetatis vulgo ream arguat. Non, ut Tacitus, *per flagitia invisos, & odio humani generis novissima meritos*, dicit, (Ann. XV, 44.) aut *exitiabilem superstitionem.* Ipsi postea Christiani suam religionem *Philosophiae* nomine saepe appellarunt, uti apud Chrysostomum passim, aliosque Patres, videre est. SOLAN.

ead. l. 10. Ἱερεῦσι καὶ γραμ.) Christianorum Doctores Iudaeorum titulis, vir apud priores minime versatus ornat; quorum posteriorem Aegyptiis etiam alibi tribuit, B. πρ. c. 14, Φιλοψ. 34, & Μακρ. c. 4. Γραμματεῖς nullos apud nostros illa aetate invenimus. Apud Christianos illius temporis *Presbyteri*, vel *Episcopi* tantum audiebant. SOLAN.

ead. l. 11. Καὶ τί γὰρ) Non vidit interpres harum vocularum venustatem. FABER.

ead. l. 12. Παῖδας αὐτοὺς ἀπέφηνε) Ita Xenophon in luculentissima illa de Agesilao rege oratione, παῖδα ἀπέδειξε τὸν Τισσαφέρνην τῇ ἀπάτῃ. FABER.

ibid. Προφ. καὶ διασάρχης, καὶ ξυνυγ.) Et hi, excepto secundo, a Iudaeis petiti tituli. De quibus singulis haec paucis accipe. Duplex apud Christianos *Prophetarum* genus fuit: priores, quibus a Spiritu sancto actis futura praedicere dabatur. Cessasse hi cum Apostolis videntur. Posteriores, doctores tantum, nullis extraordinariis Spiritus donis instructi, quibus illi priores. Utrumque genus hoc prophetandi agnoscunt, non perfunctorie legenti, sacrae novi Testamenti scripturae. Quosnam, cum secundo loco διασάρχης dicitur, indicare voluerit, incertum; vox enim a sacris Ethnicorum desumta, in quod Christianum munus quadret, non

ſatis conſtat. Cum tamen ipſi Chriſtiani nomen θίασος de ſuis conventiculis non reſpuerint, *principem Eccleſiae*, ſive *Epiſcopum* voluiſſe, vero abſimile non eſt. Συναγωγεὺς idem ferme ei ſub alio nomine deſignat. SOLAN.

ead. l. 13. Πάντα μόνος) Dixerunt ad Petron. Apparet ex hoc Dialogo, fruſtra eos eſſe, qui Lucianum noſtrum contendunt olim fuiſſe Chriſtianum. BOURD. Alciphr. II, 3, p. 236, ἐγὼ γὰρ αὐτῆς εἰμι πάντα. Ubi Bergl. plura ſimilia. Sed habuimus etiam apud Noſtrum in Tyrannic. c. 4. REITZ.

ibid. Τῶν βίβλων) Hinc diſce, quanta veneratione ſacros tum proſequerentur libros, quibus explicandis tam inſignem ſui cultus partem, ut vel alienis res innoteſceret, tribuerent. De *ſacris* enim *cum veteris*, *tum novi Teſtamenti libris*, hoc intelligendum minime dubium videri debet. At, inquies, nullo diſcrimine libros Peregrini ipſius mox his annumerat, cum addit, *& ab eo multos ſcriptos*. Quid mirum, ſi vir ab his ſacris prorſus alienus diſcrimen illud ignorarit? Nec tamen eodem loco a Chriſtianis habitos diſerte ait: aut, ſi diceret, tam imperito harum rerum facile credendum fuit. Libros a ſe conſcriptos Peregrinus, hoc palam auctore, ut ſuos edidit; nec, ſi pro ſacris obtrudere voluiſſet, tam pſcitanter circa has res verſabantur Chriſtiani, quin mox fraudem & ſenſuri fuiſſent, &, ut par erat, reſpuituri. Nam quod liber unus aut alter ad tempus eis pro ſacro obtruſus eſt, paulo poſt, re rite ad examen revocata, reiectos ſcimus; nec quemquam in Canonem admiſſum, de quo non abunde divinum eſſe conſtaret. SOLAN.

ead. l. 15. Καὶ ὡς θεὸν αὐτ. ἐκ. ἡγοῦντο) Ultima vox ex Mſ. R. G. eſt: omnes enim impreſſi ἐδιηγοῦντο, corrupte. Genuinam eſſe, quam ſequimur, ſcripturam, ex ſequentibus patet. Putavit enim levis homuncio, Chriſtianae fidei prorſus ignarus, omnes a Chriſtianis pro Diis cultos, qui religionis ſuae ſtrenuos ſe gererent aſſertores; quia conditorem eius Chriſtum adorari ab iis compertum erat. Qua in re ratio eum & coniectura mirum quantum fefellit. SOLAN.

ibid. Ἐκεῖνοι ἐδιηγοῦντο) Reſtitue ad fidem Mſ. R. ἡγοῦντο. Res per ſe patet. FABER.

Pag. 279. *l.* 11 Προστάτην ἐπέγραφον) Veri hic aliquid dictum puto. Sed cum Chriſtianis fere ignota ſit vox προστάτης, deceptum credo Lucianum προστάτην audiviſſe, quem illi προεστῶτα dixerant; quo titulo inſignitos ſcimus illius aetatis Epiſcopos. Retinenda itaque vulgata ſcriptura, ſi ge-

nuinam Luciani scripturam velis; sed de iis, quos dixi, praeter usum, intelligenda mens scribentis. Occurrit quidem προστάτις Rom. XVI, 2; & apud Cyrillum Cat. 6 Petrus & Paullus, τῆς Ἐκκλησίας προστάται, dicuntur. SOLAN.

ibid. Τὸν μέγαν γοῦν) Istaec vocula γοῦν, & sensus repente abruptus satis indicant, multa hic a Luciano adversus Christum scripta fuisse, quae a maioribus nostris, hominibus nimium piis, sublata fuere. Hinc itaque est, quod dixerat Suidas, Lucianum καθάπτεσθαι τοῦ Χριστιανισμοῦ, καὶ αὐτὸν βλασφημεῖν τὸν Χριστὸν ἐν τῷ τοῦ Περεγρίνου βίῳ, (melius dixisset ἐν τῇ τοῦ Περεγρίνου τελευτῇ) hinc factum, ut in plerisque Mss. Codd. non amplius exstet Peregrinus. Bene tamen, quod hic non itidem fecere, ut apud Iosephum, quem (quod mirere) Origenes duobus tribusve locis asserit contra Christum scripsisse, & tamen hodie laudat. Quî factum? Nil enim facilius. In locum κακηγορίας suffecere ἐγκώμιον. O timidam pietatem! FABER. Lege γάρ. GUYET. De huius loci integritate dubitat vir inter Criticos nobilis, cuius notam praemisimus, eo praecipue inductus, quod vocula γοῦν, nexum orationis indicare solita, nihil, quo referatur, habere ei visa est. Non ego is sum, qui de rebus leviusculis ultro controversiam movere amem: sed in re praesenti, ne cui fraudi sit viri docti auctoritas, in sententiamque non veram de hocce Luciani loco abripiantur, cavere hisce visum est. Duo ferme praestat, pro loco, vocula γοῦν. Aut enim dictum novo exemplo argumentove confirmat; aut artificiose rem quasi in medio relinquens, partem aliquam causae suo sibi iure vindicat. Utrumlibet delige; quadrabit hic. Nam sive argumentum inde peti velis, quia Christum colunt Christiani, vero simile fiet cultum etiam ab eisdem Peregrinum: quamvis enim dispar sit, longe dispar! causa, nescivere id Ethnici, similemque ab omni parte putarunt. Sive rem quasi in medio relinquens, id saltem de Christianis asserere, in alio factitatum, voluerit; & sic etiam optime sibi constat oratio. Duplicem autem hunc vocis γοῦν usum, apud Nostrum, ne longius abeam, facile in iis locis deprehendes, quae numeri sequentes indicabunt (θυσ. c. 1, ἀλ. c. 14, & Κρον. c. 4, & alibi passim.) Nihil ergo a nexu cum praecedentibus laborat hic locus. An & sequentia apte cohaereant, restat ut expendamus. Negotium autem facessere videtur, quod mox ab exemplo Christi a suis culti ad historiam Peregrini rediens sic

infit: τότε δὴ καὶ συλληφθεὶς ἐπὶ τούτῳ &c. Quae verba qui festinantius legunt, mox aliquid desiderant, ad quod illud ἐπὶ τούτῳ referatur; quasi de Peregrino facinus aliquod insigne narrasset, quod simul cum aliis nonnullis (de Christo, ut ille suspicatur) e medio sit a superstitiose piis hominibus sublatum. Verum ut non abnuo, in aliis scriptoribus talia ab iis, quos dixi, male feriatis hominibus designata, quorum opera prorsus e medio sustulerunt, aut manca, immo & quaedam dolo malo subfarcinata, reliquerunt; ita hic sane nihil tale patratum pertendo. Nam quod illud ἐπὶ τούτῳ, ad scelus aliquod Peregrini, quod nunc exciderit, referri volunt, mox diluemus. Quaestionibus de Christianis habendis uno opus erat hoc crimine, si *Christiani* deferrentur; seu quod adeo invaluissent calumniae, quibus nefanda vulgo perhibebantur inter se scelera patrare; seu quod religionum ubique receptarum subversio, & adeo atheismus falso iis affictus, omnia exsuperans scelera, nefas habebatur. Consule, si lubet, de calumnia, quam dixi, Min. Felicem. De quaestionibus vero, Plinii epistolas. Ἐπὶ τούτῳ ergo & hic id solum designat, quod supra dixit, nempe quod Christianus & Christianorum doctor maximi nominis: quod per se iam liquidum, ex abundanti tamen lubet confirmare ex sequentibus; dimissus enim a Syriae Praefecto Peregrinus dicitur, quippe cui nihil aliud, quam quod Christianus esset, crimini tunc datum est. SOLAN. Non apparet mihi hic lacunae indicium. Particula γοῦν commode lectorem revocat a Peregrino ad ea, quae de Christianis dicere Lucianus voluit. Et quid poterant eradere homines magis contumeliosum his, quae adhuc legimus? Ceterum viderint, qui possunt, an non μέγαν hic dederit Lucianus, sed μάγον, pervulgatum crimen, a Iudaeis ortum, ut alia. GESN.

ead. l. 8. Οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποι. τὸ πρ.) Quam observantes fuerint praecepti, quod Apostol. ad Hebr. XIII, 3, verbis, μιμνήσκεσθε τῶν δεσμίων, ὡς συνδεδεμένοι, dedit, luculentissimo hic Lucianum declarare testimonio, monet I. Elsn. in Obs. Philol. ad h. l. N. T. Confer & cap. 16 huius narrationis. REITZ.

ead. l. 9. Πάντα ἐκίνουν) Subaudi λίθον. GUYET. Nam πάντα λίθον & πέτρον κίνει esse proverb. a Graecis ortum, vid. in Erasmi Chiliad. pag. 120. Sed & κινεῖν pro moliri, tentare, in aliis locutionibus usitatum, ut κινεῖν τέχνην, *artem adhibere*, Aphthon. Fab. 4. Pro *admonere* Noster Asin.

cap. 48. Κινεῖν παιδευτὴν, *magistrum urgere*, Liban. Epist. 18. REITZ.

ead. l. 13. Γραΐδια, χήρας τινὰς) Duplex hic, & utrumque sane insigne, Christianae tum fortitudinis tum caritatis, documentum ex ipso inimicorum ore audis. Haud exiguum enim erat periculum, cui se sic offerebant Christiani, cum Christianum esse vulgo capitale esset. Immemores tamen periculi accedebant, pars audituri docentem, alii consolaturi, aut necessaria praebituri. Ut nisi superstitio mentes exaecaesset, laudaturi fuissent vel ipsi Ethnici religionem Christianam, quae, quod ipsi in perquam paucis, iisque eximiis amicis, mirati sunt, vilissimorum in speciem hominum mentibus fortitudinem tantam, tantamque amicitiam ingeneraverit. Vide, quantis ipse Lucianus officia eiusmodi amicis praestita in suo Toxari laudibus extulerit! Qui fit, ut, quae in aliis admirantur, in aliis rursus rideant & exsibilent? summique heroës videantur, qui amico in carcere adsint malorum participes; Christiani, eadem aut maiora praestantes, dementes habeantur? His autem lectis, quis vecordiam nuperorum quorundam hominum satis mirari possit, qui inter alias multas eiusdem farinae calumnias, hanc operi suo inseruerunt, *Quod Christiana religio nullibi ad amicitiam hortetur?* Vetulae autem, quas memorat, *Diaconissae* videntur fuisse, de quibus consule G. Cavum in libro, quem *de primis Christianis* scripsit, quique omnium manibus merito teritur, pag. 246. Adde Orig. c. Cels. II, pag. 141 & 144. SOLAN.

ead. l. 15. Δεῖπνα ποικίλα) Quas coenas vocat varias? an dapsiles, opiparas, & quas Terentianus parasitus, &, post illum, Horatius, dubias appellat? Nil tale. Δεῖπνα ποικίλα nil aliud sunt, quam quod primi Christiani ἀγάπας vocitabant: *coenas sacras* recte, opinor, dixeris. Cur autem sit ita intelligendus hic locus, perquam facile potest demonstrari vel hoc uno argumento, quod mox subiungit, καὶ ἱεροὶ λόγοι αὐτῶν ἐλέγοντο, *sacras ibi conciones habitas fuisse*. Notandus hic locus ab iis fuerat, qui de nascentis Ecclesiae temporibus scripsere. Ridicule vero Baronius, qui, dum de Peregrino ageret, vertit, *omnis generis coenas dubias*. FABER. De Christianorum Agapis haec vulgo intelliguntur: merito; si simul observetur, oratorem illum Lucianeum, seu Lucianum ipsum sub larva illa, in malam id trahere partem, quippe cui non satis perspecta Christianorum instituta essent. Ar-

repta ergo *epularum* occasione, in *comessationes* mox, qui carpendi erat animus, vertit; & nimis laute habitum ab iis Peregrinum palam narrat. Quod a Baronio rite observatum qui carpunt, nae illi in clara luce caecutire censendi sunt. Frugi, omnino, sobrii, minimeque luxui dediti primaevi illi Christiani fuere; quis dubitet? At hic, quisquis est, nimis lautos fuisse etsi falso asserat, ut non asseruerit, nemo efficiet. Non secus ac si castam aliquis, homo nequam, stupri insimulaverit; probam, pudicamque esse evincas, mendacii arguas hominem: non ideo efficies, ut ille pudicam castamque dixerit. Tertullianus (ad Martyr. cap. 1.) alimenta memorat a fidelibus ad eos missa. Quin Iulianus ipse Apostata (apud Sozom. V, 16.) Epistola ad Arsacium Sacerdotem Galatiae, *αἰσχρὸν γὰρ, εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ, τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοῖς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους.* (Cit. Vinding. p. 12.) SOLAN. Agapas, afferente unoquoque aliquid, quod una consumerent: hinc *ποικίλα*, non a luxu. GESN.

ead. l. 16. *Λόγοι ἱεροὶ αὐτῶν*) Latius haec verba patent; nec sermonem tantum aut inter familiares solitas confabulationes notant, sed cultum religiosum Luciano alibi etiam designant. (V. de Dea Syr. c. 11, ubi *mysteriosum.*) De Christianis itaque hoc loco dicta, sermones primo connotent necesse est, quibus spem vitae melioris alunt, patientiam, fortitudinemque iis dignam, quos Deus suos agnoscat, ingenerent. Deinde preces, hymnos, verbi Divini meditationes, ceteraque, quibus, orationis ope, cultus continetur divinus. His solabantur scilicet Christi causa vinctos; his taedium carceris fallebant. Quo quid praestantius aut laudabilius excogitari potuit? Quid insignius Socratis habuit carcer, Paganismi totius admiratio? Quod ergo huic unico philosopho eximium fuit, id a Christianis vulgo factitatum videmus; tantoque praestantius, quanto quae hi de immortalitate animae, beatitudineque futura afferebant, certiora iis & maiora, quae ille in hanc rem differebat, fuerunt. At eodem loco habet ridetque Epicureus & Socratem, & Christianos. Adde, quod Peregrinus iste impostor erat insignis. Sed cur hoc Christianis crimini detur, nulla ratio est. Quasi vero nunquam alias bonis verba dederint callidi & scelesti homines? Nec diu tamen eos, ut ex sequentibus patebit, fefellit. SOLAN.

Pag. 280. *l.* 1. *Ἔτι γὰρ τοῦτο ἐκαλεῖτο*) Postea enim Pro-

teus pro Peregrino dici coeptus, & adoptivo cognomine venerabilior factus, & quodammodo θειότερος. FABER.

ibid. Καινὸς Σωκράτης) Vix quisquam factum credet, qui Christianos illius aetatis norit, qui suos martyres confessoresve longe philosophis praestantiores ducebant. Sed viro alioquin erudito & eloquenti in mentem non potuit hic non venire Socrates; cuius comparatione apud Ethnicos homines haud magno conatu risum erat in Peregrinum conflaturus. SOLAN.

ead. l. 2. Τῶν ἐν Ἀσίᾳ πόλεων) In Syria erat Peregrinus in vincula coniectus, ut liquido patet ex cap. 4 & 11, & mox a Syriae Praefecto emissum audies: quod ideo observo, ne quem itineris ab eis ea causa suscepti fugiat magnitudo, utque, quae deinde de Christianorum celeritate & in universum cura adduntur, melius intelligantur. SOLAN.

ead. l. 4. Ἀπὸ τοῦ κοινοῦ βοηθ.) Nihil sane magnificentius de Christianorum caritate praedicari potuit, cuius cura ac sollicitudo non corpori tantum, etsi corporeis etiam necessitatibus subvenit, sed animo potissimum consulit; quem ratione & consolationibus adversus mala instruit & armat. Quin, quod maius est, ex ore hoc audis hominis id ipsum agentis, ut cum Peregrino Christianos ludum iocumque habeat. Pausanias in vita Aristomenis eadem ferme verba usurpat pag. 236 ed. Ox. Corn. Nep. cui ea vita subiuncta est. Ἄνδρας δὲ τῶν ἐν τέλει πέμπουσι παραμυθεῖσθαι Μεσσηνίους &c. *praemissis civitatum principibus, qui socios consolarentur.* SOLAN.

ead. l. 5. Ἀμήχανον) Hoc propter susceptum ab iis iter tam longum nunc addit; ut facilitatem Christianorum, ad suam historiam magnopere facientem, ostendat. Qua in re, dum prae studio detrectandi, ut fit, res in medio positas male interpretando corrumpere enixissime conatur, eximium imprudens Christianorum decus praedicat; & *ut sapere videatur, coelum ipsum*, ut ait ille, *vituperat.* SOLAN.

ead. l. 6. Γένηται, δημόσιον) Commate haec distinxit Solan. quod aberat ab edd. REITZ.

ead. l. 7. Ἐν βραχεῖ γὰρ ἀφειδοῦσι πάντων) *Illico enim nulli rei parcunt.* Interp. Male. Vertendum enim fuerat: *Nam, ut paucis absolvam, nulli rei parcunt.* Id παιδαρίων ἕνεκα monentus, nisi tamen ipsi per se viderent. FABER. Ego commate post γὰρ addito sensui consului. REITZ.

ead. l. 9. Πρόσοδον οὐ μικρὰν ταύτην ἐποίησαντο) Corru-

ptus locus, sed qui facile potest emendari. Legi quippe debet ἐποιήσατο, referrique ad Peregrinum, qui ex Christianorum caritate *lucrum uberrimum fecit*; cuius causam mox affert, πεπείκασι γὰρ &c. Cum haec scripsissem, animadverti, non aliter fuisse in Codice veteris interpretis: vertit enim, *nec vulgarem rerum proventum lucrifaciebat*. Viden' tu, interpolatio quid faciat? FABER. Corrige ἐποιήσατο. GUYET. Ἐποιήσατο) Emendationem T. Fabri ut necessariam in textum admisimus. Quid enim est, quod omnes libri nostri praeferunt, ἐποιήσαντο; SOLAN.

ead. l. 10. Πεπείκασι γὰρ &c.) Christianorum dogma. GUYET. Christianos hucusque levi quasi armatura adortus, totis iam viribus cominus aggreditur; quippe quos primo dementes ac furiosos, mox callido & nequissimo cuique ad fraudem patentes facit. Incipit iam hinc totius antiquitatis Ethnicae gravissima in speciem Christianorum insectatio, re ipsa praestantissimum testimonium. Quae enim duo ut dementiae stultitiaeque summa proponit argumenta, ea ipsa, rem recte putantibus, summa laus & eximia videbuntur merito sapientia. Prius enim illud de fide Christianorum quantum sit vide; quos ait *mortem ideo contemsisse*. Non id agam sane nunc, ut fidei nostrae sanctissimae certissimaeque fundamenta, quam solide iacta sint, ostendam: maioris id, quam harumce notarum, est molis, neque huius instituti; id modo mecum observes velim, nihil a nostris magnificentius de fide, patientia, ac fortitudine suorum unquam dici aut praedicari potuisse, quam ea sunt, quae huic veritatis extorsit vis, cum dicit, *adeo mente captos, ut mortem immortalitatis spe contemnerent, eique ultro fere sese offerrent*. (Huius constantiae meminit & Plinius ad Traianum X, & Antoninus etiam Imper. apud Euseb. IV, 13. Nostros enim hic non allegabimus. *Vinding*. p. 13.) SOLAN.

ead. l. 13. Ἑκόντες ἑαυτοὺς ἀποδιδόασιν) Martyres nostros designat, quos Epictetus vel Arrianus aiebat id facere ὑπὸ μανίας ἢ ὑπὸ ἔθους· quos enim ibi Galilaeos vocat, nullus dubito, quin sint Christiani, lib. IV, cap. 7. FABER. Ἑκόντες) Non itaque verbis tantum, ut vani Sophistae, & ipsi graviores philosophi, contemtum mortis prae se ferebant; quorum pauci, cum in rem praesentem ventum est, erectum illum atque imperterritum obtinuerunt animum. Non ita, inquam, Christiani; apud quos mortis contemtus ex ipsa morte conspiciebatur, non ex sermonibus orationibusve ad

pompam fere & a periculo procul habitis: quibus scilicet inimicorum insana & impotenti prorsus rabie, supplicia omnisque generis tormenta imminebant. His non delati solum ac deprehensi cervices alacriter subdebant; facile, si libuisset, abnegando Christum subtracturi; verum reperti etiam, qui sese morti ultro, ut hic vere ait, offerrent. Cuius rei exempla apud Christianos, qui illius aetatis historiam proximi ipsi scripsere, invenias non pauca: unum tamen in his eximium, ad quod respexisse hunc nostrum putem, narrat in Apologia priore, (anno uno aut altero ante hoc opus edita) Iustinus Martyr, quem vide. De eodem argumento consule etiam M. Aurelium Anton. XI, 3, & in eum locum Gatakeri notas, qui ex Clemente Alex. allato loco probare nititur, hoc ab iis factitatum, quos Ecclesia ut temerarios respuebat. Sed caute hic, si usquam alibi, iudicandum censeo: ut enim temeritatis culpa absolvi non posse arbitror, qui se ultro, nulla cogente necessitate, morti offerant; ita, ut heroicam quorundam non possum quin suspiciam fidem, qui se palam Christianos, nullo cogente, professi ad supplicia mox rapti sunt. SOLAN.

ibid. Ἔστιτα) Quemnam voluerit *primum Christianorum legislatorem* esse, qui verba hic facit, aut sub eius persona Lucianus, haud multum sane nostra interest; cum utrique parum nota fuerit Christianorum disciplina. Sive enim *Mosem* sive *Christum* innuere voluerit, quos solos legislatores agnovere unquam Christiani, aut imperitum se prodiderit, aut sibi non satis constabit. Moses enim *pro fratribus habendos* eos solos sancivit, qui ex eodem genere oriundi, aut, per circumcisionem aliosque Christianis iam abrogatos ritus, insititii essent: Christus autem huius dogmatis verus auctor, idem ille est, qui adorandus Christianis proponitur; cum ille diversos faciat. Unde & nonnullis Paullum designare visus est. Sed frustra laborant, qui, quod nescivit, qui dicebat, facere volunt ut sciverit. Sed pergamus. Christianorum eam fuisse dicit disciplinam, ut se pro fratribus mutuo haberent, idque legislatoris sui, quisquis demum ille fuerit, caritatis mutuae iactum fundamentum. Hoc qui ait, fando inaudierat; ut fors tulit, verissime. Quid dixerit, vides: quid veri subsit, minime monendus, quisquis Christianus haec legis. SOLAN.

ibid. Ὁ νομοθέτης ὁ πρῶτος) Quis hic primus legislator Christianorum? ipsemet Christus, inquies. At non ita sentit

Lucianus. Quippe legislatorem hunc alium esse vult ab ἀνεσκολοπισμένου ἀνδρὸς, quod sane in primis considerandum videtur. Paullum Apostolum designari existimo, rationibus iis adductus, quae neminem latent, hac etiam non leviter commotus, quod toties apud Paullum fratrum appellatio, qua de hic agitur, occurrit. Aliud si intelligat Lucianus, fortasse alluserit ad aliquod Pseudo-Evangelium, ex eorum numero, quorum nomina, & aliquando testimonia, memini me apud Epiphanium legere. FABER.

ead. l. 15. Παραβάντες) Quid facias homini sibi tam turpiter obloquenti? En tibi Lucianum illum, tam acrem Deorum suorum in omnibus opusculis insectatorem, nunc subnescio cuius persona Christianos in invidiam summam idem ob factum adducentem. SOLAN.

ead. l. 16. Ἀνεσκολοπ. — σοφιστὴν) Duplex his verbis crimen continetur, quod *Sophista*, quod *ut maleficus crucifixus*. Ad prius quod attinet; toto coelo, quod aiunt, errat orator iste, qui *Sophistae* titulum Christo affingat, ab iis artibus alienissimo, quibus Sophistarum natio hominibus imponit: nec doctus, nec eruditus, humanave facundia spectandus noster Iesus fuit, ut in invidiam hac de causa adducatur. At id cum ignorarent isti, simulque Christianis orbem iam plenum conspicerent, nec qua ratione tot hominibus persuaderi doctrina, a recepta immane quantum abhorrens, intelligerent, ad id, quod promtum erat, decucurrere, ut dicerent auctorem illius doctrinae *Sophistam insignem*. Quibus si notior paulo fuisset, miracula potius, quibus fere suam invexit religionem, carpenda fuissent: carpendae prophetiae, quarum implemento se Messiam esse, tot ante seculis humano generi a Deo promissum, demonstravit: carpenda praeceptorum sanctitas, quae, lenociniis verborum procul, mentes hominum suo splendore illustrat & trahit. Haec Celsus, aliique, sed frustra, tentarunt, a Christianis doctoribus solidissime, & a rebus ipsis refutati. SOLAN.

Pag. 281. *l.* 3. Κοινὰ ἡγοῦνται) Etsi verti potest, eo significatu accipiendo κοινὸς, quo locis aliquot novi foederis usurpatur, mihi tamen sese probat emendatio, nempe κενὰ ἡγοῦνται, *vana & futilia esse existimant*. Neque enim Graeci, quod quidem commeminerim, ita usurpant κοινός. FABER. Huius loci sensum, scripturaeque huius veritatem iam pridem in dissertatiuncula asserui, quam *de stilo novi Testamenti* in Academia Franequerana editam, aliis eiusdem argumenti

assuere dignatus est Iac. Rhenferdius in eo syntagmate, quod eius opera an. 1701 prodiit. Quo cum amandare lectorem possem, ne tamen hac in parte operam nostram desideret, in pauca conferam, quae fusius illic a me sunt iam dudum observata. De emendatione, ut vides, cogitavit Tan. Faber; quibus inductus rationibus, vix satis assequor: nihil enim huic loco voce κοινὸς convenientius. Misso namque priore illo accusationis capite, ad posterius se iam accingens, a legislatore monet edoctos Christianos, sese mutuo *pro fratribus* habere. *Idcirco*, inquit iam, *omnia contemnunt*, (sua bona, scilicet, suas facultates) & eadem illa omnia *COMMUNIA habent* vel *ducunt*, (ut inter *fratres* decet.) Egregium sane encomium, primis illis Ecclesiae temporibus debitum, & ab infensissimis Christianae religionis hostibus vi veritatis extortum. Agnoscis iam germanam eorum progeniem, quos in Act. Apost. II, 44, *omnia habuisse communia* legis. (Inter Ethnicos primus Pythagoras κοινὰ τὰ τῶν φίλων esse pronuntiavit, & reapse inter suos comprobavit. Vide Porphyr. N°. 33.) At in sequiorem id mox partem insectator trahit Noster, cum continuo ait: *si itaque transeat ad ipsos impostor, callidus, versutus, quique foro sciat uti & suis consulere rebus, repente dives fiet, usus hominibus facilibus, largis, & simplicibus.* Quae cum ita sint, & omnia usque adeo liquida & aperta, quid emendatione opus fuit, qua depravatur textus, non iuvatur? Fuit etiam repertus, qui vocem κοινὸς hoc in loco de *impuritate* contenderet intelligendam. Quo quid absurdius aut inscitius excogitari possit, non video. In G. tamen Pasoris Codice, qui forte ad manus pervenit meas, notatum video, κοινὰ *impura*. Huius discipulus Pfochenius arripuit. Sed, his missis, de re ipsa vide Iust. Mart. dial. cum Tryph. 308. Solan. Propter spem immortalitatis, propter amorem mutuum, *contemnunt reliqua*, opes, divitias, & *communia putant*, ut aquam, ut aërem. Nimis nota est vetus illa bonorum communio, nimis aperte eodem referuntur sequentia, quam ut vel de illa Hellenistica notione τοῦ κοινοῦ, h. e. *profani*, vel de emendatione in κενὰ, in mentem venire nobis debeat. Gesn.

ibid. Ἄνευ τινὰς ἀκρ. πίστ.) Christianorum tam effusam in suos beneficentiam cum elevare aliter non posset, stultam fuisse ex eo ostendere conatur, quod quaestoribus aerarii sui temere pecuniam publicam committant, nec satis sibi ab eorum fraude caveant. Qua in re quamquam a Christianis

peccatum fuisse nullibi lego, cavisse tamen videntur Apostoli, ne committerent, ut huic crimini unquam ipsi paterent, cum, mensarum a se ablegata cura, verbi sibi solius ministerium reservarunt; Ecclesiisque, ut sibi viros quam probatissimos in eam rem quaeque praeficerent, auctores fuerunt. V. Act. VI. V. Cels. apud Orig. I, 8, & Cav. Praef. a 3. SOLAN.

ead. l. 6. Αὐτίκα μάλα ἐν βραχεῖ) Nemo non videt, istud ἐν βραχεῖ posse esse glossema τοῦ αὐτίκα μάλα· sed ut Graeci dicunt αὖ πάλιν, & βάσκ' ἴθι &c. ita hoc quoque stare potest. FABER.

ead. l. 7. Ἰδιώτας ἀνθρώποις ἐγχανὼν) *Simplicibus hominibus inhians*, ait interpolator, sed plane simpliciter. Vertere enim debuerat, *simplices homines illudens.* Ita Aristophanes ἐν Νεφέλαις, Μάτην ἐμοὶ κεκλαύσεται, σὺ δ' ἐγχανὼν τεθνήξει· quo loco quia, si satis memini, nil Graecus Scholiastes dixerat, turpiter vero se dedit Nicodemus Frischlinus, *tum neque a me flebitur, tu vero morieris ore hianti.* Bis peccat. Verte: *frustra ego tum flevero, tu enim me illuso morieris.* Locum ipsum adire operae pretium erit. Eum si legisset H. Stephanus, non credidisset Lexicographis quibusdam male conciliatis, immo eos refutasset. Ceterum non hic tantum ea vox est ab Aristophane usurpata, sed in Ἱππεῦσι quoque tribus ante act. V versibus: — ἐγχανεῖται τῇ πόλει, — *urbem illuserit;* ubi Schol. ἐνυβρίσειεν. Iterum ἐν Σφηξίν· Κ' οὐκ ἐγχανεῖται — Scholiastes ἐγγελάσει. Ita enim usurpasse τὸ ἐγχάσκειν arbitror. Locus non succurrit. Ceterum interpretem depravavit interpolator; ille enim sensum viderat. *Quippe qui*, ait, *hominum idiotarum simplicitate abuti queat.* Eat nunc iuventus, & speciosae librorum fronti credat. FABER.

ibid. Ἐγχανὼν) Credebam olim, eodem sensu hic usurpasse, quo N. Δ. VI ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε dixit, & hic ἐπιχανὼν scribendum esse; sed emendatione opus non est. Vide, quid ex Aristophane ad eam rem attulerit T. Faber, & confer Μισθ. cap. 14, ἄπεισί σοι πλατὺ ἐγχανὼν, emuncta scil. pecunia. SOLAN.

ead. l. 11. Οὐδὲ τῆς κολάσεως) Humanitati Praesidis tribuit, quod fortasse rescripto Imperatoris referri debuit. Consule Euseb. IV, 13, qui mihi ad manum nunc non est. SOLAN.

ead. l. 12. Οἰκίαν) In Ms. Cod. Bibl. Reg. legitur planissime, οἰκείαν, *patriam*, scil. γῆν. FABER. Οἰκείαν) Ex Ms.

Reg. G. In impressis enim omnibus erat οἰκίαν. Vid. cap. 30. SOLAN.

Pag. 282. *l.* 4. Παριανῶν πόλις) Στέφανος· Πάριον, πόλις ἐν Ἑλλησπόντῳ &c. τὸ ἐθνικὸν Πάριος. ὁ πολίτης Παριανός. GUYET. Peregrini haec itaque patria, quod & Athenagoras confirmat, quem vid. p. 72 & 73, & Scaligeri notas ad Euseb. Chron. p. 220 & 221. Ubi errat vir summus, dum oblatam eam Apologiam M. Aurelio & L. Vero adstruere conatur; eo ipso, quo se Peregrinus combussit, anno. Vid. Ἀλεξ. c. 2. Optime autem hic ridet magnitudinem summae a Theagene dictae, quae, ut supra monitum est, ad decies ferme centena millia librarum Anglicanarum redibat; cum verus eius census octo ad summum millia efficeret. SOLAN.

ead. l. 14. Παριανῶν) Πάριον urbs in Hellesponto; vid. Stephan. περὶ πόλεων. LA CROZE.

ibid. Ἐκόμα δὲ ἤδη) Corrupta esse haec verba existimo. Reliqua enim omnia Cynicum sapiunt, sola illa *coma* abhorret a reliquo cultu. In descriptione autem cetera huic simili ἐν χρῷ κουρίας diserte dicitur, Δραπ. cap. 27; cui statim additur ἐν γενείῳ βαθεῖ. Mox ibidem cap. 28 additur ἐκόμα δὲ καὶ τὸ γένειον ἐτίλλετο· sed ego levi mutatione scrupulum illum sustuli, dum, ut illic ostendam, doceo legendum esse ἐκόμα δὲ τὸ γένειον, καὶ ἐτίλλετο. Certe apud nullum scriptorem κομᾶν simpliciter prolatum de barba, quod hic oportuit, dictum invenietur. Apud Xenoph. quidem, quod huc apprime facere mihi videtur, haec verba exstant p. ed. Steph. 516, l. 15, πρὶν ἂν τὸ γένειον τῇ κεφαλῇ ὁμοίως κομήσῃς. Et hic itaque de barba aliquid additum oportuit, quod sine Mss. ope ut coniicere non adeo difficile est, ita cum aliqua audacia coniunctum, si frequenter id fiat, videri possit. De locis ex Cynico ad hanc rem spectantibus vide nos ad illius opusculi cap. 1. SOLAN.

Pag. 283. *l.* 1. Ἀφεῖναι — τὴν οὐσίαν) Gymnosophistas aliosque, ut liberius philosopharentur, itidem interdum relinquere suas opes solitos, quod & discipuli Christi fecitarunt, ad Ev. Matth. XIX, 27, compluribus exemplis, non omisso hoc Luciani, probat I. Elsner. l. d. p. 90, 91. REITZ.

ead. l. 2. Εἶναι) Ἀφεῖναι εἶναι. Hunc pleonasmum verbi εἶναι vide etiam supra de Calum. cap. 20 & 16. Et Pseudol. cap. 6 & 25. Necyom. § 16. Eustath. ad Hom. Il. Λ, 20. Hemst. ad Iudic. vocal. fin. Diog. Laërt. vit. Plat. p. 168, φάναι — ἰατροὺς εἶναι. REITZ.

ead. l. 8. Ἐφόδια τοὺς Χριστ. ἔχων) Quam memores Christiani fuerint hospitalitatis, ex acerbissimorum hostium Iuliani & Luciani testimoniis apparere, tradit I. Elsn. in Ep. ad Hebr. XIII, 2. REITZ.

ead. l. 9. Δορυφορούμενος) Ut Nryp. c. 14, & N. Δ. VI. Sic etiam usus est Philostr. V. Soph. p. 582, in Aristid. SOLAN.

ibid. Ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν) Optime. Sed hinc emendandus locus, qui in Fugitivis (cap. 17) occurrit, ἐν ἅπασιν ἀφθόνως βιοῦντας· leg. ἀφθόνοις. FABER. Conf. infra Saturn. c. 19, ἐν οἷς εἶνν. REITZ.

ead. l. 10. Εἶτα παρανομήσας τι καὶ ἐς ἐκείνους (ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς) Impius Lucianus, & qui Christianos saepe suggillat, licet eos & eorum legem sanctissimam non noverit. Hoc loco manifeste confundit Iudaicos ritus cum Christianorum lege. Iudaei enim erant ii, qui offendebantur quodam ciborum genere; at Christianis (ut Petrus Apostolus docet) cibi nulli polluti existimabantur. PALM. Tandem ergo vanum hunc & scelestum hominem deprehenderunt Christiani. SOLAN.

ead. l. 11. Ὤφθη γάρ τι, ὡς οἶμαι, ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων αὐτοῖς) Accusat hic Tan. Faber auctorem, quod Christianorum legem non noverit, & confuderit Iudaicos ritus cum Christianorum lege. Verum ego quidem illud hic non video: quoniam per illa ἀπόρρητα τοῖς Χριστιανοῖς, quae ederit Peregrinus ille, intelligi possunt εἰδωλόθυτα, aut αἷμα, aut πνικτόν· quae primis Christianis ex decreto Apostolorum erant ἀπόρρητα. Et ab illis diligentissime sese abstinuisse Christianos primaevos, docent Patres veteres. Certe Iustinus, Minutius Felix, Tertullianus, aliique, ab εἰδωλοθύτοις sedulo sibi cavisse Christianos, tradunt. L. Bos.

ead. l. 15. Βασιλέως) Imperatorem Romanum intellige, non regem aliquem, quod quidam facit. FABER.

Pag. 284. *l.* 4. Ἀγαθόβουλον) Eundem esse existimo, cuius in Demonactis vita meminit cap. 3. Vid. Chron. Euseb. A. C. 122. SOLAN.

ead. l. 5. Ξυρόμενος) Plut. 627 f. SOLAN.

ibid. Χριόμενος δὲ πηλῷ τὸ πρόσωπον) Sic de Crescente Cynico Tatianus orat. ad Graecos: διὰ πηλίνης ὄψεως δαιμονῶντα. Sordidi enim erant Cynici. L. Bos. Meminit & Tatianus πηλίνης ὄψεως de Crescente Cynico loquens pag. 81. Quo vero consilio id egerint Cynici, non satis assequor; non enim *sordes* tantum notant. SOLAN.

ead. l. 7. Ἀναφλῶν τὸ αἰδοῖον) Qui id faciunt, Cynicam Venerem exercere dicuntur, ii videlicet, *qui pellice laeva utuntur*, ut ait hominum omnium impudentissimus Martialis. Allusio facta ad ἀναφλᾷν locum dedit ioco Aristophanis ἐν Ἐκκλησιαζούσαις, Ἀναφλύστιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον — quem optime animadvertit Graecus interpres; ait enim, Ἀναφλύστιον, παρὰ τὸ ἀναφλᾷν, παίζει. Quod equidem non video cur Meursio displicuerit. FABER.

ibid. Καὶ τὸ ἀδιάφορον δὴ τοῦτο καλούμενον ἐπιδεικνύμενος) Corrigendus interpres, sed Graeca prius. Legendum enim, καὶ τῶν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενος, *oratione habita probans*, (id enim est ἐπιδεικνύμενος) *hoc esse ex eorum numero, quae ἀδιάφορα, seu indifferentia apud philosophos vocitantur.* Quod autem in Ms. Reg. legitur ἀδιάφθορον, neminem sanae mentis morari debet. FABER. An scribendum, καὶ τῶν ἀδιαφόρων δὴ τοῦτο καλουμένων ἐπιδεικνύμενος; GUYET. Cynicum illud ἀδιάφορον ea sententia accipiendum, qua Sext. Empir. Pyrrh. I, 152: Καὶ παρ' ἡμῖν μὲν τὸ μοιχεύειν ἀπειρῆσθαι, παρὰ δὲ Μασσαγέταις ἀδιαφορίας ἔθει παραδεδόσθαι. Ceterum foedissimum illud ἀναφλᾷν ipsi habitum esse ἀδιάφορον, disertius, quam vellem, ostendit Dio ille hac parte κοπρόστομος, non *Chrysostomus*, Orat. VI, s. de Tyrannide p. 96. GESN.

ead. l. 9. Νάρθηκι) Hieronymus in Marcellae viduae Epitaphio: *nec mirum si in plateis & in foro rerum venalium fictus anolus stultorum verberet nates.* Sed hoc prorsus diversum. SOLAN.

ibid. Νευρικώτερα) Dedi *vehementiora.* Haec saepe verbi vis est, illustrata a Gevartio ad Statii Silv. I, 4, 51, s. Papin. lectt. I, 32; itemque a Io. Andr. Bosio Diss. ad 2 Tim. II, 22, s. νευτερικὰς ἐπιθυμίας. GESN.

ead. l. 10. Θαυματοποιῶν) Adi Casaub. ad Athenaeum & Theophr. Id vocat θαυμασιουργεῖν Xenophon ἐν Συμποσίῳ. FABER.

ead. l. 12. Βασιλεῖ, πρώτατον) Temporis ratio, de M. Aurelio ut intelligatur, non sinit, cui haec alioquin optime conveniant; nam octo utique anni intercesserint oportet, cum duas ante hanc Olympiades memoret praeter tempus, quod Romae ab eo actum incertum est. Antoninum ergo Pium designat, in quem etiam optime quadrant. SOLAN.

ibid. Πρώτατον) Designat Imperatorem Marcum. Alii Vespasianum esse volunt. Mihi non placet. FABER.

ead. l. 15. Φιλοσοφίαν ὑποδυόμενον) I. e. induentem, suscipientem philosophiam. GUYET.

ead. l. 16. Τέχνην) Cynicorum enim ars erat conviciari. De phrasi vide Μισθ. c. 30; Ὀρχ. 9 & 21. SOLAN.

Pag. 285. *l.* 3. Ἀπονοίᾳ) *Astutiam* interp. pessime, alioqui esset περινοίᾳ. FABER.

ibid. Ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος) *Reipublicae Procurator*, interpr. sed ridicule. Quippe vertendum fuit, *Praefectus urbis*. Si sub Vespasiano factum hoc intelligas, de Muciano loquitur. Sed mihi secus videtur. FABER. Τὴν πόλιν) Romanam rempubl. fortasse. Nam τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος, *urbis praefectus*. GUYET. Quis ille ex historia, mihi non constat. SOLAN.

ead. l. 8. Καὶ προσήλαυνε κατὰ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ) *Et tunc temporis profectus est ad Musonium* &c. interp. Sed longe a vero abit. Videlicet ignoratio τοῦ προσελαύνειν homini imposuit. Sic autem intelligendus est locus: κατὰ τοῦτο (scilicet τῆς πόλεως ἐκβληθῆναι, id est, exsilium, de quo loquitur) προσήλαυνε τῷ Μουσωνίῳ &c. *hac re fiebat, ut ad gloriam Musonii* (qui sub Nerone pulsus in exsilium fuerat) *accessisse, aut pervenisse videretur*, vel, si ita mavis, *hac re adaequabat Musonios, Dionas* &c. Ne quis autem dubitandi locus sit, constat, ea tempestate Musonium exsulem non fuisse. Testem si vis, Xiphilinum dabo, qui nominatim Musonium excipit, Καὶ πάντας αὐτίκα τοὺς φιλοσόφους ὁ Οὐεσπασιανὸς, πλὴν τοῦ Μουσωνίου, ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλεν. FABER.

ibid. Κατὰ τοῦτο) Ταὐτὸ scribend. videtur, i. e. & eodem transibat, quo Musonius, Dio, Epictetusque, & si quis alius &c. *eodem*, i. e. in eundem statum veniebat. GUYET.

ead. l. 9. Μουσωνίῳ) Apollonio Tyaneo hic coaetaneus. Vid. infra Νερ. c. 1, & Philostr. p. 125, cum notis, & 187. SOLAN. Musonius Rufus Epicteti praeceptor fuit, de quo multa Tacit. Arrian. Stob. I. I. WETST.

ibid. Δίωνι) Sub Domitiano etiam hic notus, exsul, quamvis sponte exsulasse dicatur a Philostr. p. 488. SOLAN.

ibid. Ἐπικτήτῳ) Cuius etiamnum scripta supersunt. SOLAN.

ead. l. 10. Ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν) Post iter in Italiam, in Graecia, quae mox sequuntur, gesta sunt, VIII annis ante ultimam illam, qua se combussit, Olympiadem: unde conficitur, de Antonino Pio intelligenda superiora. SOLAN.

ead. l. 13. Ἄνδρα) Herodem Atticum designat. Adi omni-

no Philostratum vit. Soph. p. 551, ubi inter alia eius opera magnifica ait, Ἀνέθηκε δὲ καὶ τῷ Πυθίῳ τὸ Πυθοῖ στάδιον, καὶ τῷ Διὶ τὸ ἐν Ὀλυμπίᾳ ὕδωρ· unde huic loco lux magna affulget. Ex Aeliano etiam discas, quam gravis Olympiae spectantibus fuerit sol; apud quem herus servo cum minari gravissima vult, spectatum se Olympiam missurum dicit, V. H. XIV, 18. Idem Philostratus disertis verbis ait, ἐπηκολούθει δὲ τῷ Ἡρώδῃ κακῶς ἀγορεύων αὐτὸν ἡμιβαρβάρῳ γλώττῃ, pag. 563. SOLAN. Herodes Atticus. Vid. Philostr. vit. Sophist. L. II, § 5, pag. 551, 13; it. ibid. § 13, p. 563. Vide notas Olearii. LA CROZE.

ead. l. 14. Ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ) Qui vertunt, *adduxit aquam in Olympiam*, poterant illi eadem ratione dicere, *venit in Romam*, *in Athenas ivit*. Delicias & lautitias hominum! FABER.

Pag. 286. *l.* 10. Τεττάρων ἐτῶν) Bene; neque enim plurium annorum est Olympias. Inde illud Agidis dictum de Eleis ap. Plutarchum in apoph. τί δὲ ποιοῦσι θαυμαστὸν, εἰ δι' ἐτῶν τεττάρων μιᾷ ἡμέρᾳ &c. Alibi autem dictum referens, καὶ τί μέγα, inquit, ἢ θαυμαστὸν ποιοῦσιν, εἰ ἐν ἔτεσι πέντε μιᾷ μόνον ἡμέρᾳ δικαιοσύνῃ χρῶνται; Ita & Pindarus Olympia vocavit πενταετῆρα ἑορτὴν, quae tu facile conciliabis, si Scaligerum in opere magno legeris. Ceterum qui Olympiadem & lustrum confundunt, peccant. FABER.

ead. l. 11. Τοῦτο ὕδωρ ἐπαγαγόντος) Leg. τοῦ τὸ ὕδωρ &c. FABER. Lege τοῦ, τό. GUYET. Τοῦ τὸ) Emendationem T. Fabri secuti sumus. In impressis omnibus τοῦτο antea erat. SOLAN.

Pag. 287. *l.* 5. Δεινήν τινα καρτηρίαν ὑπισχνούμενος) Legendum est, ἐπιδεικνύμενος, quod probari non est necesse. FABER. Hic quidem T. Fabro obsecuti non sumus, quia ratio mutationis etsi aliqua sit, non est tamen necessaria. Ferri enim vulgata potest, cum nondum in rem ipsam ventum sit. Si autem omnia sic levibus de causis apud veteres scriptores ex ingenio mutentur, quid tandem reliqui erit, quod ab iis vere profectum sit? SOLAN.

ead. l. 14. Φιλοκτήτην) Res ex fabulis nota est. FABER.

ead. l. 15. Μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσει ἑαυτὸν) *Solum non in tabernaculo torrebit se ipsum*, interp. Sed vertendum fuit, *quodammodo se* (vel *fere se*) *in theatro cremabit*. Arguit φιλοδοξίαν ventosi hominis, qui frequentem adeo panegyrin elegerat, in qua finem vitae imponeret. Cur non in solitudine potius, &

in remoto aliquo saltu, ut infra dicet Lucianus? Quid enim aliud facit Peregrinus, quam qui theatrum conscendit, ut ab omnibus videatur? FABER.

ead. l. 18. Καὶ κατὰ τοῦτο) *Hoc modo*, interp. Nescit, quid sit. Gallice diceres, *& en cette qualité il devoit être brulé il y a long temps.* Sensus est: Cremari debuisse Peregrinum, non sponte & ultro in flammas insilientem, falsa quadam philosophicae mortis imitatione, sed unco trahi in ignem, ut impium in Deos & in parentem. FABER.

Pag. 288. *l.* 2. Χανόντα) Hom. Odyss. M, 350. SOLAN.

ead. l. 4. Ὀξύτερος) Corruptam vocem opinor; forsan scripserit ταχύτερος, vide Δραπ. c. 22. Nam ὀξέως quidem usurpant *de tempore*, ὀξὺς vero raro aut nunquam probi scriptores. Vide tamen Νεκρ. cap. 5. Sed & quid ὀξεῖα ἡδονὴ sibi velit Ἔρωτ. c. 25, memento. SOLAN. Non opus erit ὠκύτερος emendare; quandoquidem ὀξὺς celeritatem saepissime notare novimus omnes. Hippocr. Aphor. I, 1, ὁ δὲ καιρὸς ὀξύς. Noster Amor. c. 25, ὀξεῖα γὰρ ἡδονὴ παραπτᾶσα φθάνει πρὶν ἢ γνωσθῆναι, πεπαυμένη. Ne plura, in re, cuius exempla ὅσα κόνις nobis obvia. At forsan quia & dolor ὀξὺς *acutus* Graecis dicitur, i. e. *vehemens*, ideo ὠκὺς hic praetulerit aliquis, ut ambiguum vitetur. Sed nihil opus est, cum seqq. satis declarent, de celeritate sermonem esse. REITZ.

ead. l. 8. Ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον) Itidem olim apud Delum factum accepimus. Thucydides lib. III. FABER. Duo hic sedulo observanda: agrum Olympicum sacrum fuisse; vid. Pausan. 202, 5, ubi nominatim ibi locus quidam ἱερὸς dicitur; 2) non licuisse illic quemquam sepelire. Clem. Alexandrinus p. 18 C. pluribus ostendit, multa templa sepulcra fuisse virorum insignium. SOLAN.

ead. l. 9. Πάλαι) Historia nota; tempus etiam notum: eo enim ipso die, quo Alexander Magnus natus est, conflagrasse hoc orbis miraculum traditur. SOLAN.

ibid. Τις ἔνδοξος γενέσθαι) Herostratum innuit, cuius nomen oblivione fuisset obrutum, nisi Theopompus in historias suas illud retulisset. Strabo. Plin. Agell. FABER.

ead. l. 12. Τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ) *Adeo inexpiabili amore gloriae tenebatur.* Interpolator pessime. Retulit enim ad Herostratum, quod de Peregrino dixerat Lucianus. Dein, quod *inexpiabili amore* dixit, fugit illum ratio; debuit enim *inexplebili* dicere. Verum imperitis Lexicographis credidit, & interpretem corrupit. Verte: *Tantus ei gloriae amor*

mest. Loquitur enim ille anonymus de Peregrino etiamnum vivente. FABER.

Pag. 289. *l.* 1. Καὶ καταφρονεῖν θανάτου καὶ κακώσεως) Interpolator, *& mortis contemtum & aerumnam, & id genus metus non horrete disceretis;* plane contra mentem scriptoris: neque enim istaec ad patres & dominos sunt referenda, verum ad liberos & servulos eorum, qui ibi aderant. Sententia est: *Vos ego, viri Graeci, lubens pereonter, non παμμίαρον illum Peregrinum, velitisne, sceleratos homines, qui usquam sint, huiuscemodi praeceptori tradi? Ah! cavete istuc dicatis; ita enim fieret, ut in iugulum vestrum involarent, nullo metu impendentis mortis a tanto scelere deterriti. Quid autem? an & ii, qui in hoc coetu patres sunt, liberos suos in disciplinam vellent tradere huiuscemodi magistro?* &c. Ceterum interpolator depravavit interpretem. *Numquid etiam,* ait, *maleficos & facinorosos, eius discipulos fieri cupiatis in eiusmodi tolerantia perdiscenda & morte contemnenda?* Paene omiseram, legi in Mſ. R. καύσεως, non κακώσεως, quod inprimis observandum. FABER. Καύσεως Mſ. R. G. quod arripio, quia nullibi κάκωσιν, quae vox in omnibus impressis erat, eo sensu a probatis scriptoribus adhibitam reperio. SOLAN. Etsi κακώσεως per se commodum sensum exhibere videtur; tamen quia sic supervacuum fere foret τῶν δειμάτων addere, meliorem lectionem inventam recipere non haesitavi. REITZ.

ead. l. 7. Τὸ πρᾶγμα) Τὴν καῦσιν. GUYET.

ead. l. 8. Δέξασθ') An δέξαισθ'; placet. GUYET. Δέξαισθ' ἂν) Εὔξαισθ' ἂν. KUSTER. Nihil emendatione opus est, quam hic offert vir doctissimus. Hoc tantum a me hic praestitum, quod cum in plerisque impressis legeretur δέξασθ', ego *B.* 2. secutus δέξαισθε restitui, quod elegantius visum est. SOLAN. Δέξασθ' ἂν) In mentem veniebat aliquando emendare hunc locum, & legere εὔξαισθ' ſ. εὔξαισθε. Blandiebatur maxima similitudo, quae inter compendia literarum δε & ευ in Mſſ. intercedit. Sed cum δέχεσθαι verbum eo intellectu saepius occurrat, qui commode ad hunc locum accidit, quod in vulgaribus quoque Lexicis annotatum, & exemplis probatum est; retineamus primam syllabam, sed in altera diphthongum admittamus optativi indicem δέξαισθε, ut modo βούλοισθε. GESN.

ead. l. 13. Παρὰ τὸν Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπιόντι) In tribus verbulis bis peccat interpolator: *Ad Herculem, ut aiunt, profecto.* Pessime. Vertendum enim fuit, *ut ipse ait, proficiscenti. Ipse,* inquam, non, *illi aiunt.* Praeterea *proficiscenti,* non *pro-*

fectio; quippe ea narrat, quae nondum evenerant. Neque enim quisquam est omnium, qui istuc ἀπιόντι ad significationem elapsi temporis hoc loco traduci postulet. Ceterum & ratio & Ms. Regii auctoritas me admonent, ut ex his verbis παυσυδαίμων καὶ συμπεσὼν ἐπὶ κεφαλῆς, eiiciam istud καὶ, & emendem versionem, *posset brevi* felicissimus evadere, se in ignem cum ipso praecipitem mittens. FABER.

ead. l. 14. Συμπεσὼν) Dele καὶ, ante συμπεσών. SOLAN.

Pag. 290. *l.* 1. Σικύνων) Corrige συκίνων. GUYET. Συκίνων) Corrupte antea legebatur σικύνων, non in uno aut altero, sed in omnibus, excepta sola *B.* 2. Ἀλεξ. c. 47, & translate Ἀπαιδ. c. 6. Apud Aristophanem Vesp. 146... p. 291, 1, δριμύτατος καπνὸς dicitur. SOLAN.

ead. l. 6. Ἴδιον γὰρ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο) Locus est corruptissimus. Quid enim? Dicit hoc loco rhetor anonymus, adstantes omnes dignos esse, qui fumo pereant. Ridiculum. Itaque adeo miror, reperiri potuisse & interpretes & lectores, quibus haec placerent. Legendum est non ὑμῶν, sed κυνῶν, id est, κυνικῶν φιλοσόφων. Lucianus philosophos Cynicos, in quibus est Peregrinus, dignos deputat, qui fumo pereant. Κύνες enim passim sunt κυνικοί. Sed, (ut semper doctus est Lucianus, &, quod de illo ait Eunapius Sardianus, ἀνὴρ σπουδαῖος ἐς τὸ γελασθῆναι,) hoc loco facetissime dicit, Cynicos dignos esse, qui διὰ καπνοῦ pereant; videlicet Attici τοὺς ἀλαζόνας καὶ οὐδαμινοὺς, quales hic describuntur Cynici, καπνοὺς vocabant. Id docebit Scholiastes Aristophanis ad Σφῆκας, & Suidas in καπνός· inde Aeschines cognomento Capnus. Vide, si te amas, Aristophanem. FABER. Ὑμῶν μόνων) An fumivendulos Cynicos esse significat? Videtur autem scribendum ἴδιον γὰρ καὶ κυνῶν μόνον ἂν γ. GUYET. Καὶ κυνῶν) T. Fabri emendationem in textum recepimus; quamvis in omnibus libris nostris ὑμῶν aut ἡμῶν, pro κυνῶν exstet. SOLAN. Ὑμῶν μόνον) Quod κυνῶν legi vult Faber, audirem, si relatio quaedam esset inter fumum, & Canes vel proprie dictos, vel metaphoricos s. philosophos Cynicos. Quidni per apostrophen quandam hic dirigatur sermo ad Theagenem & Protea? Ceterum forte ad hunc locum aliquid facit, quod de Theagene aliquo habet Suidas, ἐκαλεῖτο δὲ καπνὸς, ὅτι πολλὰ ὑπισχνούμενος οὐδὲν ἐτέλει. Quod si hic Suidae Theagenes antiquior fuit Lucianico, ratio foret in promtu, cur ei suadeatur, ut fumo se potius, quam igne, interimat. GESN.

ead. l. 8. Κενταυρίου αἵματος) Intelligit cruorem Nessi Centauri. FABER.

ead. l. 10. Ἐμβάλλει φέρων) De hac locutione confer, quae dixi ad Merced. Cond. c. 24. Vel potius, (quod illic nondum resciveram) Hemsterh. ad Dial. Mort. VI, § 3. REITZ.

ead. l. 11. Καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες — Κάλανον κᾳόμενον) Cic. Tusc. D. V, c. 27: *Quae barbaria India vastior aut agrestior? In ea tamen gente primum ei, qui sapientes habentur, nudi aetatem agunt, & Caucasi nives hiemalemque vim perferunt sine dolore; cumque ad flammam se applicaverunt, sine gemitu aduruntur.* Consule ibi Davis. p. 360, qui & Valer. Max. III, 3, 6 ext. & Luciani hunc locum, item de Fugit. c. 6, ac Plutarch. T. II, pag. 499, cum Philone pag. 680, aliosque similia confirmantes adducit. REITZ.

ead. l. 12. Βραχμᾶνες) De Calano vide, quid Cicero scripserit Tusc. II, 21, & Davisii not. & de Brachmanis c. 27. Adde & Δραπ. cap. 7. Magi autem, ut id obiter moneam, cum Brachmanis minime sentiebant. Vid. Iambl. N°. 154, & Diog. Laërt. 2 D. SOLAN.

ibid. Ἐκείνοις γὰρ ἑαυτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν) Falsum est. Neque enim se Theagenes cum Hercule & Aesculapio comparavit, sed Peregrinum, quod ex superioribus patet. Emenda ἐκείνοις γὰρ αὐτόν. Interpolator non viderat, interpretemque corruperat, a quo hic locus ita fuerat conversus, *illis enim praeceptorem suum assimilare contendit.* FABER.

ibid. Ἑαυτὸν ἠξίου) Αὐτὸν scribendum videtur, i. e. Peregrinum. GUYET.

ead. l. 15. Ὀνησίκριτος) Is est, quem in hac narratione secutus est Plutarchus & Strabo in XV. Quae enim ab illo in vita Alexandri de Calano Indo scripta fuere, his plane ἀδελφὰ sunt. Erit itaque operae pretium locum ipsum apponere. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, κατακλιθεὶς, καὶ συγκαλυψάμενος, οὐκ ἐκινήθη τοῦ πυρὸς πλησιάσαντος, ἀλλ' ἐν ᾧ κατεκλίθη σχήματι, τοῦτο διατηρῶν &c. Id est, *Ita cum esset locutus, decubuit, seque operuit, neque, appropinquante igne, sese movit, sed eum servans habitum, quo decubuerat* &c. quem Plutarchi locum si quis diligenter considerabit, facile ei fuerit intelligere, quid sibi hoc Luciani velit, κατὰ σχῆμα καίονται, quod ignoravit interpolator, cum scripsit, *deinde ordine dignitatis ingressi uruntur.* At non ita vertendum fuerat, sed, *cremantur immoti & corporis habitu servato;* quod Plutarch. dixit de Calano, ἐν ᾧ κατεκλίθη σχήματι, τοῦτο διατηρῶν. Sed ne quis dubitet, adscribam

Luciani ipsius locum ex libello sequenti, ubi de his ipsis Brachmanibus agit. Ἀκούω δὲ, inquit, (c. 7) τά τε ἄλλα περὶ αὐτῶν, καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες, ἀνέχονται καιόμενοι, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. FABER. Egregias hic agnosce interpretationes. Obsopoeus: *veluti Onesicritus classis Alexandrinae gubernator ait, cum Indum ardentem, sicut fama est, conspexisset.* Benedictus: *at Onesicritus Alexandri gubernator, cum Calanum, ut aiunt, conflagrantem vidisset.* Vidit ergo Benedictus, Obsopoeum largiorem esse, quam patiuntur Graeca, & verbum φησὶν notare non nisi alterutrum posse, vel *ait*, vel *sicut fama est.* Quid decrevit ergo is ipse? nempe accepit pro *ut aiunt*, pravo sane iudicio. Non enim magis aiunt, Calanum conflagrasse, quam Onesicritum id vidisse. Sed & vide, unde comparativa locutio pendeat. Scribit Benedictus, *illi enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus Alexandri gubernator*, quasi vero & Oneficritus insiluisset. Quin immo Lucianus Oneficritum unum auctorem hujus historiae citat, & ideo non potest imperfecta multitudinis ac rumoris citatio locum habere, & plane sufficere debet, si vertas, *ut Onesicritus Alexandri gubernator viso Calano ardente refert.* Maxime miror, Benedicti istam versionem placuisse Tan. Fabro, tam minute singula haec quondam recognoscenti. GRON.

ead. l. 17. Φησὶν) Hanc vocem vir doctissimus dum oscitans legere omittit, mortis genus Onesicriti doceri hic affirmat not. ad Diog. Laërt. p. 151 B. SOLAN.

ibid. Ἐπειδὰν νήσωσι) Ἐπειδὰν πυρὰν νήσωσι, ut supra, legend. videtur. Τὸ νήσωσι solitarium non placet. GUYET.

Pag. 291. *l.* 1. Εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα, καίονται) Aliena videntur & insititia, ut ex praecedentibus & seqq. videre est. GUYET.

ead. l. 2. Ἐντρέψαντες) Ex iis, quae modo attulimus, legendum ἐκτρέψαντες. FABER. Ἐντρέψαντες) I. e. immutantes. An ἐκτρέψαντες legendum? Infra Fugitiv. c. 7 de iisdem: οὐδὲν τοῦ σχήματος, ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. Vide locum. GUYET. Ego cum Tan. Fabro malim ἐκτρέψαντες, ut Δραπ. c. 7 in omnibus recte scribitur. SOLAN. Ἐκτρέψαντες) Ita quoque correctum inveni in marg. *B* 1. Sed & firmatur emendatio, quod Dial. seq. Fugit. c. 7, οὐδὲν τοῦ σχήματος ἐκτρέποντες, constanter legitur. REITZ.

ead. l. 3. Οὗτος δὲ τί μέγα) Locus mire depravatus videtur. An sic rescribendus? Οὗτος δὲ τί μέγα ποιεῖ; εἰ ἔμπε-

σὺν οὐ τεθνήξεται, συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός· οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ὢν ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸς καὶ ἡμίφλεκτος. GUYET. Commate appofito fenfum adiuvi, ut intelligatur, *quid magni* fcil. *eft*, veluti τί θαῦμα; *quid mirum?* Tumque non opus erit cum Guyet. ποιεῖ infercire. Sed nec in reliqua eius emendatione acquiefco; nec Gronovianum μεταναπηδήσεσθαι fatisfacit, nifi auctoritate verbum firmetur. Tamen verum eft, *fpem exfiliendi* requiri, & negationem abundare; nifi μὴ hic valeat *numquid*, ut in interrogandi formulis folet, vel pro *quin* valere poffit, i. e. *non defperabat, quin exfilire poffit.* Quod pluribus indagare temporis anguftia prohibet. REITZ.

ead. l. 4. Οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν καὶ ἡμίφλεκτον) *Non a fpe non refiliturum ipfum & femiuftum.* Interpol. Hoc quid fit, intelligere arbitror hominem natum neminem. Interpretandum fuerat, *cum extra fpem non fit, quin femiuftus quoque* (aut, *quin vel femiuftus*) *ex igne fit refiliturus.* Mihi tamen Graeca oratio magis facta magifque elegans videretur, fi legeres μὴ οὐκ ἀναπηδήσεσθαι. FABER. Certe Benedictus, etfi in priorum fententia aberrarit, in poftterioribus voces, prout funt, expreffit, quod Tan. Faber prorfus non facit, cuius verfio plane par foret Graecis ita conceptis οὐκ ἀπ' ἐλπίδος ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν, cum extra fpem non fit, quin ex igne fit refiliturus. Nedum ut admitti poffit, quod tentat, gemina negatio ante verbum ἀναπηδήσεσθαι. Sed ut habeas expedita omnia, apparet errorem fcripturae corrigendum effe, & pro μὴ ἀναπηδήσεσθαι, reponendum μεταναπηδήσεσθαι. Nam in fententia verbi μεταβάλλεσθαι idem Faber toto coelo errat, cum rectiffime Benedictus reddiderit. GRON.

ead. l. 5. Μὴ ἀναπηδήσεσθαι) Δὴ ἀναπηδήσεσθαι. GUYET. Μὴ ἀναπηδήσεσθαι) Phrafin apud Noftrum huic fimilem fruftra quaefivi. Vid. Μισθ. cap. 33, οὐκ ἀνέλπιστον ὡς ἂν καὶ ἄλλῳ ταυτὸν συμβαίη. SOLAN.

ead. l. 7. Μεταβάλλεσθαι) *Mutatum iri.* Interpolat. male. Vertendum fuit, *mutare fententiam.* De re praefenti loquitur: iam enim tergiverfabatur Peregrinus. FABER.

ead. l. 8. Διηχεῖσθαι) An fcribendum διηγοῦνται; GUYET. Placet coniectura. REITZ.

ead. l. 10. Ἢ μὴν) Lege ἡμῖν. GUYET. Nihil muto: nam disiunctim apud Noftrum aliofque fcribi amat, licet parum interefle putem, utro more fcribas, (vid. fupra Toxar. c. 50) & pro lubitu fcribas modo ἢ μὴν, modo iunctim ἤμην dediffe; quare vulgatum fervandum: fed ne ὀξυτόνως quidem, ut

Guyetus voluit, apud Nostrum alibi reperio. Periz. ad Aelian. II, 7, ridet eos, qui iungunt, & ab Hebraeo ἀμὴν derivant, exemplaque τοῦ ἦ μὴν, in iurandi formulis usitati, quaedam affert. Apud Hom. Il. I, 57, Ἦ μὴν καὶ νέος ἐσσὶ, recte edd. licet Seber. ἡμὴν indicet. REITZ.

ead. l. 11. Ἀποθάνοι) Sic plerique impressi. *H.* & *P.* ἀποθάνει prave. SOLAN.

ead. l. 12. Ἀναδῦναι) *Emergere*, interpol. Non potuit peius: hoc enim loco ἀναδῦναι est *subterfugere*, *tergiversari*, ut ii faciunt, quos promissi poenitet. Quod vel Homerus docuisse potuit Iliad. H: ἀλλ' οὔπως ἔτι εἶχεν ὑποτρέσαι, οὐδ' ἀναδῦναι ἀν' λαῶν ἐς ὅμιλον. — Ita in Odyss. ἁπλῶς· μή τις μοι ἀναδύῃ. — Itaque dixit Eustathius, τὸ, ἀναδῦναι, ἐν ἴσῳ εἶναι τῷ, ἀναποδίσαι, εἴτουν, ὑποχωρῆσαι, idem esse, atque ἀναποδίσαι seu ὑποχωρῆσαι. Hesychius autem vertit μεταβουλεύειν, *consilium mutare*. Ceterum interpolator corrupit interpretem, qui sic verterat: *Neque promtum iam illi est a proposito regredi*. Eat itaque corrector, quo dignus est. FABER.

ibid. Συνόντες κύνες) Cynici, quod supra dicebam. FABER.

Pag. 292. *l.* 4. Παλαιοὺς δὴ) Τὸ γέλοιον est in hac particula δή· innuit enim, non esse antiqua illa oracula, sed εἰρωνικῶς. FABER.

ibid. Δαίμονα νυκτοφύλακα) Haud dubie adversus terrores nocturnos, lemures, larvas, spectra &c. Est quidem apud Plautum Deus Nocturnus in Amphitryone, & passim apud veteres Nox Dea; sed nil ad hanc rem. FABER.

ead. l. 5. Βωμῶν — χρυσοῦς) Ex Athenagora patet, statuas ei erectas; cuius locum infra adduximus ad c. 41. SOLAN.

ead. l. 6. Χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων) *Et aureas sibi erectum iri*, interpolator. Ridicule. Existimavit videlicet, χρυσοῦς esse casus quarti, quod εὐθείας est. *Sperat Peregrinus, fore ut aureus stet*, id est, ut aurea statua sibi ponatur. Quod ita tritum est, & tralatitium, ut paene pudeat exempla proferre. Sed a Luciano ipso non abibo: in Tim. circa med. δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ χρυσοῦν ἀναστῆναι τὸν Τίμωνα, *Senatui populoque placuit aureum Timonem statuere*, id est, auream Timoni statuam ponere. Virgilius: *Nos te marmoreum pro tempore fecimus*. Et Horatius: *Albanos prope, te, lacus Ponet marmoream*. Qui autem χρυσοῦν legi debere dicat, nae is suam peritiam aperuerit. FABER.

ead. l. 13. Προπάτωρ τοῦ ὀνόματος) Scio quidem, ὄνομα sumi quandoque pro persona; sed nihil hic tale. Ingeniosa Lu-

ciani facetia est. Debuerat dicere, Proteus ille Deus προπάτωρ fuit nostri Protei; sed quia ille Sophistes κυρίως vocabatur Peregrinus, non Proteus, maluit dicere προπάτωρ τοῦ ὀνόματος, *nominis progenitor*, vel *nominis primus auctor*. Nam quid sit *propater*, ignorare me fateor. FABER.

ead. l. 14. Μαστίγων) Ut Cybeles galli. Καυτηρίων autem quod additur, videri potest favere sententiae eorum, qui inustam hederae folii figuram statuunt a Ptolemaeo Iudaeis. Qua de re vide nostram notulam ad Humphredi Prideaux Gallicam versionem T. III, p. 178 & seq. Meminerint, qui hinc, ad confirmandam suam hac de re sententiam, argumentum petere volent, Lucianum *aliquid novi cruciatusque talis herois sacerdotibus dignos* comminisci; & aliunde firmiora proferant, quibus vero saltem similis fiat ea, quam tuentur, opinio, a Palmerio si non eversa, certe concussa graviter & ruinam minata. SOLAN.

ead. l. 17. Δαδουχίαν) Quae de futuro oraculo iam dicta sunt, Alexandri Abonotichitae oraculum respicere mihi videbantur: nunc cum δαδουχίαν etiam memoret, res certa est. Hincque liquido conficitur, ante annum Chr. CLXV institutum hoc solemne. Vide Ἀλεξ. c. 38. SOLAN.

Pag. 293. *l.* 1. Σιβύλλαν) Sibyllina oracula vides iam obtrudi coepta, quae pro re nata ex sua iam obscuritate a callidis hominibus eruebantur, aut potius fingebantur, quae quantum ipsis Christianis fraudi fuerint, non nostrum nunc est inquirere; & a viris iam doctissimis abunde praestitum est; quamvis non desint inter Christianos, qui eis aequam cum sacris ipsis voluminibus fidem, incauti sane & superstitiosi homines, adhibeant. Consule eruditissimi H. Prideaux, quae post haec scripta prodiit, Historiam toto iam Christiano orbe notissimam. SOLAN.

ead. l. 11. Βάκιδος) Tres Bacides fuisse, docet Aelianus V. H. XII, 35. Hinc autem colligere est, totam hanc Anonymi orationem, a Luciano aut prorsus fictam esse, aut, si quae fuit, recusam: talia enim ex tempore fundi carmina verisimile non est. Quamquam cum dies aliquot intercesserint inter prolatum a Cynico Sibyllae oraculum, & hanc orationem, potuit etiam hoc Bacidis oraculum interea factum iam tum expromi. SOLAN.

ibid. Ὁ Βάκις) Huius χρησμολόγου meminit aliquoties Aristophanes, ut ἐν ὄρνισιν & ἱππεῦσιν. Scholiastes tres eius nominis commemorat, ut & Suidas, qui Scholiastae locum in

sese transtulit. Eiusmodi hominem aetas patrum nostrorum vidit, Nostradamum. Ceterum duas aut tres ex eius praedictionibus apud Herodotum legas in VIII. Sed multo plures apud Pausaniam. FABER.

ead. l. 15. Κυναλώπεκας) Convicium Aristophanicum. Intelligit Lucianus impostores. FABER.

Pag. 294. *l.* 5. Ἐν καλαῖς Πάτραισιν) Intelligit Theagenem Cynicum, quem infra (c. 36) designat, ὁ γεννάδας, ὁ ἐκ Πατρῶν· inde enim domo erat. FABER.

ead. l. 9. Ταῦτ' εἰπόντος) Hucusque anonymi continuata oratio est. Cetera Lucianus veluti ex sese. FABER.

ead. l. 11. Κατέβη) Ut supra de eodem concionem habituro dixerat ἀνέβη, c. 7. SOLAN.

ead. l. 12. Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ) Locus ex Homero ad Theagenem translatus. Est autem primus versus τῆς ξῆ ῥαψῳδίας. Huius loci venustas ei non apparet, qui versum integrum non legit, propter ἀκροτελεύτιον, quod mirifice ad ridiculum facit. Sic autem se habet: Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχὴ πίνοντά περ ἔμπης, id est, etiam si biberet Nestor, eum tamen clamor non latuit. FABER. Homer. Il. Ξ, 1. SOLAN.

ead. l. 14. Οὐ γὰρ οἶδα) Miror sane, rem huiusmodi curiositatem Luciani effugisse; quin potius ipse Lucianus sub eius persona latere voluisse censendus est. SOLAN.

Pag. 295. *l.* 1. Ἑλλανοδίκαι — Ὀλυμπίαν) Consulendus hic Pausanias in Eliacis, ut topographiam huius Dramatis recte assequens. SOLAN.

ibid. Πλεθρίῳ) Circo, interp. Retinendum fuit, *in Plethrio*; locus erat in Gymnasio Eleorum. Pausanias: (202, 6.) ἔστι δὲ ἐν γυμνασίῳ τὸ καλούμενον Πλέθριον. ἐν δ' αὐτῷ συμβάλλουσιν οἱ Ἑλλανοδίκαι τοὺς &c. FABER.

ead. l. 2. Ταῦτα μέν σοι) Leg. ταῦτα μέντοι. FABER. Vulgatam contra Fabrum multis exemplis, ubi σοι sic abundat, defendit Iens. in Lect. Lucian. pag. 62, occasione verborum in Timone T. I, c. 52, τουτὶ μὲν οὖν σοι. At vix mihi persuadeo, vulgatissimum illum pleonasmum latuisse Fabrum; sed τοι hic elegantius ei visum, ac melius respondere sequentibus, in quo me non habebit adversantem, ut primum auctoritas Codd. accesserit; sed cum & vulgatum probum est, quod recte contendit Iensius, nihil movendum. REITZ.

ead. l. 3. Ὀπισθόδομος) Credibile est, fuisse magnum aliquod atrium, aut quid tale, Iovis templo annexum. Eodem in loco Herodotus olim suas recitavit historias, ut auctor est

Lucianus alibi. (Ἡρ. c. 1.) Ceterum ὀπισθόδομος & προναὸς opponuntur. Diodorus XIV: οὐ μόνον γὰρ ἐν τοῖς προναοῖς καὶ τοῖς ὀπισθοδόμοις τῶν ἱερῶν &c. Legendus autem tibi omnino Lucianus in Fugitivis, (cap. 7) ubi historiam hanc ἐκκορυφοῖ. Ibi de Cynicis dicitur: καὶ βοῆς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες. FABER. I. e. posterior pars templi Iovis Olympici. GUYET.

ead. l. 7. Κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος) Qui sint κήρυκες & Εὐμολπίδαι, norunt omnes, praeter illum, qui Luciani Pseudomantim (cap. 39) convertit. Cum enim simpliciter interpretandum esset, *Ceryces & Eumolpidae*, (quemadmodum passim, praecipue autem apud Aemil. Probum in Alcibiade) homo meus *praecones & egregios cantores* esse maluit. Hoc autem loco nil nobis cum eiusmodi κήρυξιν. Non esse autem hunc locum de iis intelligendum, qui ἐν κύκλοις κηρύττουσιν, ludam, opinor, operam, si probem. Nec etiam de praeconibus ludorum placet accipi. Deinde quid sit *retro praeconum certamen?* Verum quidem est, ἀγὼν significare non *certamen* tantum, sed & *locum certaminis*, apud Homerum, notante Eustathio: quemadmodum οἶνος vinum, & locum, in quo venditur; ἔλαιον oleum, & locum, in quo venundatur, ex Polluce, & χορὸς apud Homerum in Od. Θ, pro loco τῆς χορείας, ita δεῖγμα duplicem significationem habebat notante Schol. in orat. contra Polyclem: sed quid fiet τῷ κηρύκων; Sane locus hic a doctis examinari debuerat, quod quia nondum fecere, dicam, quod mihi videtur. Legendum hic puto non κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος, sed κατόπιν τῆς Κερκυραϊκῆς ἀγυιᾶς. Audi, quaeso, Pausaniam in Eliacis: τῇ στοᾷ δὲ, ἔνθα οἱ Ἑλλανοδίκαι διημερεύουσιν, ἐστὶν ἐγγὺς ἄλλη στοὰ, τὸ μεταξὺ αὐτῶν, ἀγυιὰ μία· ταύτην ὀνομάζουσι Κερκυραϊκὴν οἱ Ἠλεῖοι. Nemo non videt, quam recte huic Luciani loco conveniant, quae a Pausania dicuntur. In huiusmodi autem locorum appellationibus, vicorum, platearum &c. quam saepe peccent exscriptores librorum, nimis multa exempla probant. Haec nostra est de hoc loco sententia, donec aliquis meliora protulerit. FABER. Hunc locum sollicitavit vir doctus, & contendit legendum esse κατόπιν τῆς Κερκυραϊκῆς ἀγυιᾶς. Ignoscat, si non possum accedere suae sententiae: locus enim Luciani sanus est, nec minimam recipit mendi suspicionem. Κηρύκων ἀγὼν locus erat, ubi praecones de artis excellentia & vocis contentione certabant. Testis Diodorus lib. XVIII, ubi de epistola regis Alexandri,

quam miserat, ut in Olympica celebritate recitaretur, sic ait: *ταύτην δὲ προσέταξεν ἐν τῇ πανηγύρει διὰ τοῦ νικήσαντος κήρυκος ἀναγνωσθῆναι*, id est, *eam autem iussit in publico coetu legi a praecone, qui victoriam obtinuisset.* Iulius Pollux lib. IV, c. 12: *πρότερον δ' Ὀλυμπίασι τῶν ἐπιχωρίων κηρυττόντων, οἱ ταῖς ἱερουργίαις ὑποδιηκονοῦντο, πρῶτος τῶν ξένων ἠγωνίσατο τὰ Ὀλύμπια Ἀρχίας Ὑβλαῖος· καὶ τρεῖς ἑφεξῆς Ὀλυμπιάδας ἐνίκα, καὶ Πυθοῖ δὲ ἐνίκα, καὶ εἰκὼν τις ἦν αὐτῷ Πυθικὴ· καὶ ἐπίγραμμα*

Ὑβλαίῳ κήρυκι τόδ' Ἀρχίᾳ Εὐκλέος υἱῷ
Δέξαι ἄγαλμ' εὔφρων Φοῖβ' ἐπ' ἀπημοσύνῃ,
Ὃς τρὶς ἐκήρυξεν τὸν Ὀλυμπίας αὐτὸς ἀγῶνα
Οὐθ' ὑπὸ σαλπίγγων, οὔτ' ἀναδείγματ' ἔχων.

Id est, *Primum autem Olympiae, cum soli eius regionis praecones, qui in sacris ministrabant, admitterentur, primus exterorum certavit Archias Hyblaeus, qui tres continue Olympiadas vicit, & Delphis etiam Pythia vicit, & exstat eius quaedam imago Pythica:*

Hyblaei praeconis hanc Archiae Euclei filii
Accipe statuam lubens, Phoebe, ob eius incolumitatem,
Qui ter ipse certavit praeconio in agone Olympico,
Nec tubulum in ore habens nec circa collum ligacula.

Ex his patet, praecones etiam de voce certasse, & inde sequitur, fuisse illi certamini locum assignatum, de quo hoc loco fit mentio apud Lucianum. Videndus Georgius Syncellus pag. 208, post Olympiadem 88, ubi inveniuntur haec verba ex Africano: *σαλπικτῶν καὶ κηρύκων ἀγὼν προσετέθη ἐν Ὀλυμπίᾳ*, id est, *tubicinum & praeconum certamen aliis certaminibus additum est Olympiae.* Videsis Iosephi Scaligeri epistolam numero 448. Ceterum de interpretatione vocum *ὑποσαλπίγγων* & *ἀναδείγματα* non contendam, si quis certiora docuerit: nam ex sola nostra coniectura eas interpretatus sum sine auctoritate, nisi quod Hesychius habet *ἀναδείγματα ἡνίας περὶ τραχήλοις*, quod satis firmat nostram interpretationem: scilicet collum fasciis comprimebant, ne rumperentur nimia contentione arteriae, & ut sonus vocis elatior fieret. De voce *ὑποσαλπίγγων*, quam ex sola coniectura interpretatus sum, exspecto, qui me doceat: alibi enim non reperitur. Hesychius in voce Σάλπιγξ haec habet: *σιγηνοσάλπιγξ ἀντὶ τοῦ κήρυξ*. Unde conieci, praecones usos fuisse quodam tubulo argenteo vel aereo tanquam tuba, ut eorum vox maior & clarior audiretur. PALM. No-

tavit pater quoque hic coniecturam liberam & indoctam T. Fabri, & ut ab ea caveretur, iussit inspici Ciceronis epistolam ad Lucceium. In schedis notavit videndum Scaligerum in Graeca Eusebii pag. 420. Fabrum priorem in Agonistico pag. 293 & 294. Et sane quomodo latuerunt illa in extremo Demonacte, εἰπὼν πρὸς τοὺς παρόντας τὸν ἐναγώνιον τῶν κηρύκων πόδα, Λήγει μὲν ἀγὼν τῶν καλλίστων ἄθλων ταμίας, Καιρὸς δὲ καλεῖ μηκέτι μέλλειν; GRON. Ὀπισθόδομον Iovis Olympii fuisse auditorium, vel ex Herodoti Lucianei principio itemque Fugit. cap. 7 satis apparet. Nec ergo dubium, praeconum ibi etiam certamina potuisse institui. Ἀγὼν etiam ὁ τόπος, καὶ τὸ πλῆθος τῶν θεατῶν apud antiquos Lexicographos. Porro κατόπιν tum ad locum tum ad tempus posse referri, tralaticium est. Itaque *post agonem praeconum* significat, vel, postquam certarunt praecones; vel, post s. pone eum locum, ubi certare solent. Utrum hic verius, difficile dictu est, & parum ad sententiam refert. GESN.

ibid. Κηρύκων ἀγῶνος) Non satis firma & liquida T. Fabri mihi videtur emendatio, ut recepta scriptura ideo mutetur; quamvis corrupta esse possit. Integram itaque rem aliis relinquo, id tantum moniturus, in inscriptione a Palmerio ex Polluce allata legendum videri ἀναδήματα, quod longe ad rem aptius, quam ἀναδείγματα. De certamine praeconum vid. Nostrum Δημων. c. 65. SOLAN.

ibid. Ἀγῶνος) Τόπου τινός. GUYET.

ead. l. 14. Μακρὰ χαίρειν) Cur hoc praeferam, vid. ad Navig. cap. 2, Rhet. Praec. cap. 10, Bis Accus. cap. 21, Gall. cap. 23. REITZ.

ead. l. 15. Πλὴν τότε τοσοῦτον ἐπήκουσα) *Tunc magnum hoc audivi*, interpol. quod ridiculum ἐς τὸ ἄκρον. Neque enim hoc loco τοσοῦτο *magnum hoc* significat, & qui ita existimant, nae illi haud dum etiam multa Graece legerunt. Quid cum Graeci dicunt, τοσαῦτα εἰπὼν ἐπαύσατο, & καὶ ταῦτα εἰπὰς ἐπέσχε, & τοσαῦτα ὁ Κέμμοδος εἰπὼν εἰς τὴν αὐλὴν ἐπανῆλθεν, & Ioseph. in II ἀρχαιολογ. καὶ τοσούτου δεησόμεθα &c. sub finem cap. 111, quomodo verteres? Videsis, haec una vocula sensum pervertit. Nimirum non animadverterat interpolator, τοσοῦτο nil esse aliud in huiusmodi loquendi generibus, quam τοῦτο. Cuius rei pudet citare testes; tamen si vacat, adi Suidam & Stephanum. Interpretem corrupit interpolator. FABER. Plane non necessaria temporis illa definitio, & opinor scripsit πλὴν τόγε τοσοῦτον. Sic alibi. GRON.

ead. l. 16. Χρυσῷ βίῳ) Ita Pindarus χρυσοῦς ἵππους vocavit eximios. Ita Catullus *aureolos pedes* puellae, & alia ὅσα κόνις. Sed non modo χρυσοῦς pro pulchro, verum & ἀργυροῦς. Ita plerumque exponit interpres Homeri, quem ineruditum vulgus Didymum vocat. FABER.

Pag. 296. *l.* 1. Ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι) Quod supra dixerat ἐξαερωθῆναι. FABER.

ead. l. 9. Προήσεσθαι τῷ πυρὶ) *Nec eum in ignem mitterent.* Interpolat. falso. Non metuebat Peregrinus, ne in ignem ab adstantibus mitteretur, (nil quidquam tale in toto libello) sed non arbitrabatur permissuros unquam, ut sese in ignem sponte & ultro coniiceret: qui sensus longe alius est. Interpretem sequi noluit corrector. FABER.

ead. l. 10. Δεδογμένα, ἀδόκητον) Restitue, ut in Ms. R. δεδογμένα, πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ &c. FABER.

ead. l. 11. Ὠχριᾷν μᾶλλον) Rectius & elegantius in Cod. Ms. Bibl. Reg. ὠχριᾷν ἔτι μᾶλλον ἐποίησε. FABER.

ead. l. 16. Τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται) *Hac poena exagitantur.* Interp. Sed vertendum fuit, *hac Furia exagitantur.* Ποινὴ enim hoc loco Furia est: res notior, quam ut probari debeat. Inde supra dixit Lucianus (c. 30) δόξης ἐριννύϊ. FABER.

Pag. 297. *l.* 6. Τετράκις) Olympias, qua se Peregrinus vivum cremavit, incidit in annum aerae Christianae CLXV. Vid. Euseb. Chron. cum Scaligeri notis. Quartam eandem viderat Lucianus. Si continuas spectasse ponas, in Graeciam appulerit post annum Chr. CL: si quando vero peregre fuisse, cum celebraretur, quod vero proprius abest, malis; paucis ante CLum annis in Graeciam primum venerit. Iuniorem autem, necdum clarum, venisse constat ex Δικ. c. 27. Ex quibus omnibus anno circiter CXX natum colligo; Rhetoricae CLX valedixisse; hunc denique librum ante quinquagesimum aetatis annum scripsisse. SOLAN.

ead. l. 8. Νύκτα — προειρήκει) *Noctu praemonuit.* Interpolator, male. Νύκτα enim hoc loco non est pro νυκτὸς, seu νύκτωρ· sed προειρήκει νύκτα dixit Lucianus, quemadmodum Iuvenalis, de Statio, opinor, *promisitque diem.* Apud Ciceronem est, & apud Varronem & Livium, *prodixit* seu *praedixit diem.* Interpres proxime ad verum, *noctem ei rei destinavit.* FABER.

ead. l. 11. Ἁρπίνης) Quid sit Harpina seu Harpinna, docebit Pausanias in Eliacis. FABER. Pausaniae locus est Eliac. 2, p. 200, 18 Wechel. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἁρπιννάτης καλού-

μένος ποταμὸς καὶ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ πόλεως Ἀρπίνης ἄλλά τε ἐρείπια, καὶ μάλιστα οἱ βωμοί. Οἰκίσαι τε Οἰνόμαον τὴν πόλιν καὶ θέσθαι τὸ ὄνομα ἀπὸ τῆς μητρὸς λέγουσιν Ἀρπίνης. Eadem Stephanus, qui v. Ὀλυμπία eandem urbem facit Pisam, Arpinam, Olympiam. Nempe in eadem proxima vicinia fuere, ut tamen distincta & Pisae & Arpinae rudera possent illa adhuc aetate ostendi. Fluctuant libri inter Ἀρπίνα & Ἀρπίννα. Etiam Straboni esse restituendam pro Ἔπινα, videre Casaubonus, & Berkelius ad Steph. GESN.

ead. l. 15. Ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος) Βάθος de altitudine, f. dimensione a solo ad auras assurgente, (ut Obsop. convertit) aeque dici ac de profunditate, nihil quidem est novi; sic βάθος ἀέρος, de summo coelo, quique ibi opponitur tartaro, Eurip. Med. v. 1297. Sed unius orgyae altitudo non est tanta, ut alta inde praedicetur pyra; nec repetitio illa ἐν βάθει, τὸ βάθος valde arridet. Interim βάθος de latitudine, f. densitate hic accipi potest, ut βαθὺ λήϊον Homer. Il. B, 147, atque alibi passim, de segete densa, & βαθεῖα ὕλη. Il. E, 555. Et Aelian. V. H. XIII, 1. Χόρτοι καὶ θάμνοι βαθεῖαι, *gramina ac frutices profundae* convertit in Diod. Sic. Rhodom. L. II, c. 49, satis ad verbum, cum *densae* potuisset; licet & Virgil. *nemus profundum* eodem significatu dixerit, ut notavi in Ambiguis. Sic de densitate phalangis, sive latitudine, Arrian. Exp. Al. I, p. 7, ac Thucyd. frequenter. REITZ.

ibid. Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ) Interpres sic vertit, longe certe ab auctoris mente, qui pyrae formam & materiam describit. Putavit interpres, δᾷς non aliud significare, quam *fax*. Sed est arboris species, quae Latinis *taeda* dicitur, de qua Plinius passim, & ideo vertendum erat, *e taeda ut plurimum constabat*. PALM. An δᾷδες ἑστήσαντο πολλαί; sic certe mallem: nam etsi vulgatum probe Graecum, minus tamen huc conveniens videtur, prae altero illo. REITZ.

Pag. 298. *l.* 1. Ἡ σελήνη ἀνέτ.) Media de nocte profectum audisti: Lunam nunc demum ortam legis: extremus hic celebritatis dies; ergo aut post XIum lunaris mensis diem coeptae erant Olympiae; aut ultra dies quinque ei solemnitati concedas necesse est: quorum neutrum a viris doctis facile impetrabis, quos Potterus secutus est. SOLAN.

ead. l. 4. Ὁ ἐκ Πατρῶν) *Ille Patranus*, interp. Stephanus; seu Hermolaus ἐν τοῖς ἐθνικοῖς agnoscit Πατρεύς, at Πατρανὸς non agnoscit. Itaque dicendum fuerat *Patrensis*, ut usur-

pavit Cicero. Ceterum locus hic de Theagene est intelligendus. FABER.

ead. l. 10. Ῥόπαλον) Alibi docet, quanti postea vaenierit; Ἀπαιδ. cap. 14, quem locum, si non memineris, omnino adi. SOLAN.

ibid. Ἔστη ἐν ὁδόνῃ) Pontius in passione Cypriani. LA CROZE.

ead. l. 13. Ἡ μεσημβρία) Versus meridiem nempe Zodiaeus, solis & Planetarum via, templum peculiare Deorum. Item meridie quiescunt daemones, facile, si turbentur, irritandi. Vid. Theocr. Idyll. 1, 15, & illa μεσαμβρινὰ ἀσυχία apud Callim. in Lav. Pall. 72. Huc forte pertinet τὸ μεσημβρινὸν δαιμόνιον, quod dederunt οἱ ὁ, ψ. 91, 6. GESN.

ead. l. 14. Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι) Deme Tragicam magnificentiam, & erunt, quos invocat, Daemones, ipsi Manes animae felices maiorum. Hierocles ad A. C. 3, p. 38 Needh. Τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἀληθείᾳ καὶ ἀρετῇ κοσμηθείσας Δαίμονας καλεῖ, ὡς δαίμονας καὶ ἐπιστήμονας κ. τ. λ. Sed ipsum hoc indicant, quae statim sequuntur. GESN.

ibid. Δέξασθέ με) Sic apud Sophoclem Orestes in Electra p. 66: ἀλλ' ὦ πατρῷα γῆ θεοίτ' ἐγχώριοι Δέξασθέ μ' εὐτυχοῦντα ταῖς δὲ ταῖς ὁδοῖς Σύ τ' ὦ πατρῷον δῶμα. SOLAN.

ead. l. 16. Περιεσχέσθη) Περιεσχέθη a περιέχομαι, ut ἐσχέθην ab ἔχομαι, sine litera serpentina in medio usitatius, quam ἐσχέσθην, quod tamen cum ab σχήθω possit esse formatum, expungere non sustinui contra edd. optimas. REITZ.

Pag. 299. *l.* 8. Ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς) *Odore malo affectus*, interpres; sed nil tale. Ubi enim, quaeso, odor ille malus in ἀποπνίγεσθαι; Quid autem? αὐτοῖς ad quid refertur, nisi ad Cynicos περιστάντας τὴν πυρὰν, ut a Luciano describuntur? Sed ignoravit interpres, quid sit ἀποπνίγεσθαι ἐπ' ἀνθρώπῳ, aut quid tale, praesertim vero apud Atticos, quos hic Noster studiosissime imitatur. Exempla sunt passim apud Aristophanem, & Demosthenem, &, (quis interp. indiligentiam non miretur?) apud ipsummet Lucianum in dialogis ἑταιρικοῖς. Est autem ἀποπνίγομαι ἐπὶ τούτῳ πράγματι, quod Latini dicunt, *ea res me urit*, *me enecat*. Terent. *uro hominem*. Horat. *uror seu tibi candidos* &c. Aristophanes κάομαι. Sed in re ita perspicua sit φειδὼ τῶν παραδειγμάτων διὰ τὸ πλῆθος. FABER. Quae de vi verbi ἀποπνίγεσθαι hic Faber disputat, dubitatione carent: & tamen malim hic dixisse Lucianum causam aliquam Physicam sui discessus. Ridere se horum hominum stultitiam profitetur; vix ergo est, ut eo-

dem spiritu dicat, se ab illis s. propter illos ἀποπνιγῆναι, prae indignitate paene suffocatum. Itaque opto in aliquo libro bono inveniri ὑπ' αὐχμῆς vel ὑπ' ἀτμῆς, ut dicat, cum molestus sibi esset suffocans ille vapor vel fumus, discessionem se parasse. Interpretationem dedi, quae utrique sensui sic satis convenire videtur: nam *ea res* potest esse affectata illa Cynicorum tristitia, potest esse fumus & nidor ustulati Protei. GESN. Sic distinguendum: ἀποπνιγεὶς, ἐπ' αὐτοῖς ἀπίωμεν φ. ὦ μ. i. e. *post haec, his peractis.* GUYET. Non inepta videtur Guyeti distinctio, eamque amplecterer, donec melius quid suppeditent libri. Ἀποπνιγεὶς autem sine effectu recte intelligitur, pro *paene suffocatus sum*, ut in fab. Aesop. 41, μύρμηξ ὑπὸ τοῦ βεύματος ἀπεπνίγετο, mox addito ἐσώθη. Sic *moriens* pro morti proximo, qui tamen sanatur. Phalar. Epist. 21, ὅτι καὶ θνήσκοντά με — ἔσωσεν. Iterum Epist. 52, ὅτι πρότερον τρὶς ὑμᾶς ἀποθνήσκοντας ἐν σιτοδείᾳ σέσωκα. Cic. 2 de Divin. cap. 66, *cum — telo venenato ictus esset, eoque vulnere* MORERETUR; eundem tamen sanatum esse, eodem capite narrat. Plura dedi in libro de Ambig. Tit. *Facio.* Addo Diod. Sic. IV, cap. 63, pag. 307 m. ubi μετέπειθεν ait de Theseo aliter suadere conanti, at sine successu. REITZ.

ead. l. 14. Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν) *Ad fustes venerunt*, interpol. Istud verbum non ita vertendum fuit, quia aliter scribendum, scilicet ἦξαν, *irruerunt, involarunt* &c. Estque Attica syncope ab ἀΐσσω, ut apud Aristophanem linguae Atticae canonem legitur ἐν Πλούτῳ· Ἐξηξάτην οὖν δύο δράκοντ' ἐκ τοῦ νεὼ, *Exsiluerunt e templo dracones duo.* Ita alibi Aristophanes, & ei synchronos Euripides. Atque ita legisse interpretem, fidem fecerit eius versio. Sic enim habet: *A nonnullis quoque eorum ad fustes concursum est.* Vides, lector, quantum interpolatori debeat interpres. Quid si libellum aliquem absque ullo duce interpretandum suscepisset? FABER. Ἐπὶ τὰς βακτηρίας ἦξαν) Sic edidi ex *l.* & Fabr. Nam est ab ἀΐσσω. Conf. supra Bis Accus. c. 6, ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες. Nam etsi vulgatum ἦξαν, quod verterant, *ad fustes concursum est*, omnino defendi potest, & *venire ad manus*, *tela*, Latinis ac Graecis usitatum fateor: tamen quia aorist. ἦξα ab ἥκω mihi quoque suspectus, eo magis alterum arripui. Ἧκον & praeterit. ἧκα frequentissimo quidem in usu, at ἦξα nondum notavi. Taceo, quod maiorem impetum atque iracundiam significet ἀΐσσω, quam ἥκω, adeoque hic aptius. Eandem ob causam Perizon. ad Aelian. V. H. III, c. 42 f.

ἐπὶ τὰς ἐξ ἀρχῆς ἧξαν recte praetulit ex Ms. cum alii quoque ἧξαν ab ἥκω haberent. Confer infra Fugit. c. 6. Supra Demon. c. 4 pr. ἀνίπτοις γε ποσὶ πρὸς ταῦτα ἧξεν, ubi certe ἧξεν locum vix haberet. Sed punctum subscript. & illic operae male omisere: quod in talibus addendo lectionem emendare, non meretur nomen mutationis; adeoque nihil criminabuntur vulgatae patroni. REITZ.

ead. l. 15. Ἧιξαν) T. Fabri emendationem lubens amplector, mendose in *Amst.* ed. impressam: cum enim in omnibus suis Luciani impressis ἧξαν inveniret, ἧξαν restituit ab ἀΐσσω· quod in *I.* ed. nisi me oculi fallunt, etiam exstat. Vid. apud Nostrum ipsum Δικ. cap. 6, ἐπὶ τὴν πήραν ἀΐξαντες· & Νεκ. c. 3; quin Δραπ. 6 ita etiam in *V.* 2. legitur; ubi vide notam nostram. SOLAN.

Pag. 300. *l.* 9. Πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος) Legendum est voce unica προσανίσχοντα, id enim postulat τὸ ἀσπάζεσθαι. Προσανέχω & προσανίσχω, *orior.* Prius illud apud Suidam, qui προσανέχοντι vertit per ἐξέχοντι, qui locus a Porto male intellectus est. Vertendum enim fuerat προσανίσχοντι, id est, *orienti*, ut ἔξεχ' ὦ φίλ' ἥλιε. Apud eundem Suidam linea sequenti lego unica voce προσανίσχοντα ἥλιον, ἀνατέλλοντα. Quem locum esse Luciani puto, hunc ipsum, inquam, qui nunc nobis in manibus est. FABER. Iubebat Solan. conferre Menip. cap. 7, ubi quidem lego, — ἕωθεν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον ῥῆσίν τινα μακρὰν ἐπιλέγων, videoque edd. nonnullas προσανατέλλοντα coniungere; sed male profecto. Utrum vero hic προσανίσχοντα cum Fabro connectendum sit, dubito. Non saltem illico id facio: etsi phrasis hic paulo alia, & ἀσπάσασθαι πρὸς ἥλιον sine subiecto, quod quis adorat, salutatve, insolentior videtur; tamen προσανίσχων aeque hic incommodum videtur ac προσανατέλλων, dum ratio duplicis compositionis nulla apparet: alioqui id admitterem, ubi auctoritas accederet; quia ἀσπάζεσθαι πρὸς τινὰ minus Graecum videtur, quam verbum compositum, cuius exempla non habeo; sed analoga προσαναπίπτω & similia obvia. REITZ.

Pag. 301. *l.* 1. Χαρίεντα) *Gratum*, interp. Satis prodit, nescire se, quid sit χαρίεις. Est enim praeter significationes vulgares *doctus, peritus, eruditus.* Id fuse ostendit Casaubonus in commentariis ad Athenaeum, doctis, Iuppiter, & laboriosis. Sed, ne ἀσύμβολος abeam, addam loca aliquot. Lucianus in libello, cui titulus est, πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, ita scri-

bit (cap. 16:) πλὴν ἀλλὰ μετριώτερός γε ὁ ἰδιώτης οὗτος ἦν, αὐτὸς μὲν αὐτίκα δῆλος ὢν οἷος ἦν, ἄλλῳ δέ τινι χαρίεντι καὶ δυνησομένῳ ἱστορίαν μεταχειρίσασθαι πεπονηκώς. Vide, τὸν χαρίεντα & τὸν ἰδιώτην inter se opponi. Sed is locus Luciani pessime conversus est. Apud Plutarchum cum Periander quidam, medicinae arte clarus, laudaretur, verum mala poëmata scriberet, ei Archidamus, τί δή ποτε, inquit, ὦ Περίανδρε, ἀντὶ χαρίεντος ἰατροῦ κακὸς ποιητὴς καλεῖσθαι ἐπιθυμεῖς; Ubi iterum videre est, κακὸν ποιητὴν opponi χαρίεντι ἰατρῷ. Hunc locum male intellexit Raphaël Regius. FABER. Conf. supra Iov. Trag. cap. 48, & Quom. Hist. c. 16, quaeque utroque loco notata. Adde hic, non semper tamen viros *literatos* intelligendos; sed generaliter omnes *honestiores* & *gratiosos*, quo sensu ap. Diod. Sic. frequens, ut L. XI, cap. 86 f. χαριέστατοι τῶν πολιτῶν, atque alibi non semel. REITZ.

ead. l. 2. Ψιλὰ ἂν ὥσπερ σοὶ τὰ πραχθέντα διηγούμην) *Eorum, quae gesta erant, vel tenuissima, quemadmodum tibi, exponebam.* Interpolator. Ubi, quis ritum vel indignationem teneat? Hiscene licere hominibus bonos scriptores attingere? & quae optime ab interprete erant conversa, depravare? Sic enim plane & diserte interpres: *illi rem omnem nude & simpliciter, ut acta erat, quemadmodum tibi, commemorabam.* FABER.

ead. l. 3. Βλάκας) Hos Dial. Alex. s. Pseudom. vocabat παχεῖς. BOURD.

ead. l. 7. Γὺψ ἀναπτάμενος) Non opus est, ut cum Lemonio proleg. ad Var. Sac. fol. 11, suspicemur, rideri hic Christianorum, de columba e Polycarpi rogo evolante, fabellam; aut in totum adeo Polycarpum eadem opera perstringi, qui ignis supplicium appetierit. Satis, quod vel ex hoc libello apparet, audacter & petulanter insultat Christianis: nec causa, cur nomini parceret a se contemtissimo. Quid erat porro vulgatius, quam aquilam emitti in consecratione Romana? Vultur *canis* instar inter aves, ut inter homines *Cynici.* Facile ergo haec in mentem venire scurrae nostro poterant. Et quid si fabella ipsa Christiana est recentior? s. gratis conficta, s. ex corruptione actorum martyrii orta, quae ipse emendare conatur Lemonius? GESN.

ead. l. 8. Ἔλιπον γᾶν) Ex tragicorum aliquo. Sed cur opus fuit dicere γᾶν potius, quam γῆν; Facit ea res πρὸς τὸ σεμνὸν, novaeque apotheosi magis convenit. Somnium, inquies. At audi Eustathium ad Iliad. Quo loco ait Athenienses praetulisse τὸ, ὦ Δάματερ Doricum, τῷ, ὦ Δήμητερ, quod commu-

ne erat & Atticum etiam. Locum ipsum praestat apponere: Ἀθηναῖοι δὲ προελόμενοι τοῦ, ὦ Δήμητερ, κοινοῦ ὄντος καὶ Ἀττικοῦ, τὸ, ὦ Δάματερ, Δωρικὸν, ὅτε τι θαυμαστικῶς λέγουσι, μαρτυροῦσι καὶ αὐτοὶ σεμνὰ τῇ φωνῇ τοῦ Ἄλφα. Possem addere Hermogenis locum lib. 1 περὶ ἰδεῶν, cap. 6, ubi agit περὶ τῆς σεμνότητος· sed non vacat transcribere. FABER.

Pag. 302. *l.* 2. Ἐπταφώνῳ στοᾷ) Pausanias in Eliacis auctor est, dictam quoque fuisse ποικίλην, (cave cum Attica eandem esse putes) & a nonnullis Ἠχοῦς Στοὰν appellatam. Rationem addit, βοήσαντι δὲ ἀνδρὶ, ἑπτάκις ὑπὸ τῆς ἠχοῦς ἡ φωνὴ ἐπὶ τάδε καὶ ἐπὶ πλέον ἔτι ἀποδίδοται· p. 170 editionis Sylburgianae. FABER. Addit cl. Bel. de Ball. Plutarchum de garrul. pr. τὴν μὲν γὰρ ἐν Ὀλυμπίᾳ στοὰν ἀπὸ μιᾶς φωνῆς πολλὰς ἀνταναχλάσεις ποιοῦσαν, ἑπτάφωνον καλοῦσι.

ibid. Κοτίνῳ) Videlicet corona Olympiaca. FABER.

ead. l. 5. Ὃν ἐγὼ μικρὸν ἔμπροσθεν ἀφῆκα πέτεσθαι) *Quem ego paulo ante volare omisi*, interpol. quo quid potest esse deterius? Luciani facetissimum dictum aperiam. Dixerat supra χαριέστατος scriptor, se, dum Peregrini mortem fatuis quibusdam & κεχηνόσιν ἀνθρωπαρίοις narrat, paucula quaedam ἐπιτραγῳδῆσαι· inter cetera autem evolasse vulturem e rogo &c. Quae res cito in plures sparsa est, ut est *humanum genus avidum auricularum*, ait Lucretius. Itaque adeo hic senex, credulus & religiose mendax, vidisse se dicit vulturem illum; & tamen, ait Lucianus, memor eris, optime Croni, me auctorem fuisse illius fabellae, neque τῷ ὄντι quidquam tale factum fuisse; nam, nesciens ne sis, vulturem ego illum ἀφῆκα πέτεσθαι, illum e sinu emiseram, id est, mendaciolum illud deridendis istis fungis asperseram &c. Interpres corruptus ab interpolatore scripserat: *Quem ego paulo ante volantem dimiseram.* FABER.

ead. l. 6. Καταγελῶντα τῶν) Lego καταγελῶν τῶν, alioqui διὰ σχήματος dictus fuerit vultur καταγελᾷν τῶν ἀνοήτων. FABER. Καταγελῶντα) Καταγελῶν. GUYET. Καταγελῶν τὰ) Καταγελῶν necessario cum Fab. legendum duxi; sed ne periret syllaba, (risum teneatis amici) καταγελῶν τὰ meliore iure mihi coniicere licere, dein cogitabam; cumque coniecturam meam a *Fl.* adiuvari deinde cognoscerem, quae καταγελῶν τα dispescuit, etsi accentu in τὰ omisso, (quod seqq. edd. occasionem praebuit ea connectendi) nil dubitavi sic edere. Nam licet non absurdum sit καταγελῶντα ad vulturem referre, qui fin. c. 39 etiam humana voce loquens in-

ducitur, id tamen non amplius hic agitur; sed manifestum est, risum esse hominis. Non videtur intellexisse Solan. qui adiecerat, Flor. lect. malam esse, & Fabro semel obsecutus forsan obnubilata mente invenire non potuit, qui τὰ τὸν τρόπον cohaererent. Sed non opus ista connectere, cum τὰ τῶν ἀνοήτων scil. ἀνθρώπων πράγματα, καὶ βλακικῶν (κατὰ) τὸν τρόπον, optime procedant. REITZ. Igitur καταγελῶν etiam accusativo iungitur? GESN. *in Addend.* Iungitur accusativo apud LXX, Syr. VII, 12, μὴ καταγέλα ἄνθρωπον ὄντα ἐν πικρίᾳ. Sic multa similia a κατὰ composita & genitivo & accusativo iunguntur, ut observat etiam Abresch. in anim. ad Aeschyl. Sed quia Lucian. alias perpetuo utitur gignendi casu, ut patebit ex Indice maiore, iam nihil muto; sed veniam oro, quod Solani mentem festinans non viderim, & recte sentientem castigarim. REITZ. *ibid.*

ead. l. 9. Τίνας δὲ κορώνας οὐκ) Ae. Menagius in animadversionibus ad Diogen. Laërtium (p. 148) multis scriptorum testimoniis confirmat legendum esse τίνας χελιδόνας, quae verissima & maxime congruens lectio est. ALM. Nihil mutandum esse, monet Kuhnius ad Pausan. p. 787, quem vide. SOLAN. Si Menagius ad Laërt. 6, 78, ex libro, quod non indicat tamen, protulit χελιδόνας, audiendus forte fuerit. Ceterum non dicit, quis praeterea hirundines ad sepulcrum Hesiodi congregarit: ac videtur totum hoc ἅπαξ λεγόμενον. Itaque temerarium fuerit mutare aliquid, idque tanto magis, cum κορώνη, Apollinea avis, prophetam proinde decens, longaevitatis porro & famae loquacis symbolum esse possit. Quid si etiam lusit hic Lucianus, & rapaces volucres voluit Cynici sepulcro addere? quid si ad νυκτοφύλακα retulit? noctuis certe noctem turbantibus & terrentibus, infestae cornices. Quidquid eius sit, nihil profecto nos cogit, ut dicamus, Hesiodi sepulcro certum genus avium ab Luciano hic assignatum. Hoc tantum cogitur ex illius verbis, similem olim de Hesiodi tumulo fabellam percrebuisse: quod genus avium eum celebraverit, nescio an alias, hic certe non refertur. GESN.

ead. l. 10. Τὸν Ἡσιόδου τάφον) De loco vide Thucyd. III, 96. Vid. Men. ad Diog. Laërt. pag. 148 F. qui pro κορώνας, χελιδόνας reponit. SOLAN.

ead. l. 11. Εἰκόνας) Luciani coniecturam eventus comprobavit. Athenagoram audi, p. 72 D. E. τοῦ Ἀλεξάνδρου ἔτι ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς καὶ ὁ τάφος καὶ ἡ εἰκών. Deinde parentatum

ei docet hoc titulo, ἐπικόφ θεῷ, p. 73. Τὶ δὲ Πάριον Ἀλεξάνδρου καὶ Πρωτέως (Τρῶας) Νέρυλλίνου εἰκόνας ἔχειν, ὃς αὐτὴρ τῶν καθ' ἡμᾶς. An & alibi habuerit, incertum. SOLAN. Recte coniecit Lucianus. Athenagoras Legat. p. 107 Dechair. Ἀνδριὰς τοῦ Πρωτέως, τοῦτον δὲ οὐκ ἀγνοεῖτε (alloquitur M. Philosophum, eiusque L. Verum fratrem) ῥίψαντα ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ περὶ τὴν Ὀλυμπίαν, καὶ αὐτὸς λέγεται χρηματίζειν. GESN.

ead. l. 12. Οἷς καὶ ἐπεσταλκέναι) Hoc ad S. Ignatii imitationem factum putat Pearsonus Vindic. Ignat. P. I, c. 2, p. 261 ed. Cler. Temporis certe illius morem fuisse, cyclicas quasi epistolas dimittere, satis constat. Huc etiam referendi, quos appellasse ait Lucianus Protea suum νεκραγγέλους καὶ νεκροδρόμους, quos cum θεοδρόμοις illis Ignatianis recte vir summus comparabat. Exstat erudita commentatio Erdm. Rud. Fischeri edita Coburgi 1718 de θεοδρόμοις veteris ecclesiae legatis, ubi nec huius loci mentio omittitur, pag. 119. GESN.

ead. l. 13. Ἔλεγον) In impressis omnibus ἔλεγεν. Sed quis? lege ἔλεγον, ut referatur ad sequentia. SOLAN.

ead. l. 15. Διαθήκας) *Testamenta*, interp. Διαθήκας καὶ παραινέσεις, verte, *praecepta & admonitiones*. Alludit ad Pythagoreos, a quibus sua praecepta ita vocitabantur. At fortasse, dixerit quispiam, alluserit ad καινὴν διαθήκην Christianorum Lucianus, ut est semper derisor. Et si id concederem, non tamen inde sequeretur, vocem hanc verti per *testamentum* debere. Nam ἡ καινὴ διαθήκη significat novum foedus, quemadmodum ἡ παλαιὰ διαθήκη vetus foedus. Quis enim ibi mortuus est, cuius ea lex dici queat testamentum? FABER.

ead. l. 16. Καί τινας ἐπὶ τούτων προσβευτὰς) Legendum est ἐπὶ τούτοις· finem enim & προαίρεσιν designat istuc ἐπί. Cum haec ad oram libelli adscripsissem, animadverti in Cod. Reg. legi ἐπὶ τούτῳ. Cuius lectionis sententia eadem plane est. FABER.

ibid. Τούτῳ) Sic Ms. R. & G. In impressis omnibus τούτων. SOLAN.

Pag. 303. *l.* 9. Ἧκον) Si de reditu Peregrini ex Aegypto intelligas, incidet necessario in primum Luciani in Graeciam adventum; cum XV aut XX fere intercesserint anni. De voce ἧκον monendus es, nostram esse *l.* edit. emendationem; in reliquis enim libris est ἥκων. SOLAN.

ead. l. 12. Τινὰ Ἀλκιβιάδην) Amores & παιδικὰ Socratis,

ut vulgus ſcriptorum exiſtimat; ſed quam ab hac foeditate remotus fuerit Socrates, omnium, quotquot unquam fuere, hominum optimus & ſanctiſſimus, ſatis ſuperque oſtendunt divina illa Xenophontis ὑπομνημονεύματα; tum praeterea ipſius vita nuper a viro doctiſſimo, & linguae Graecae peritiſſimo D. Carpentario conſcripta. Hoc itaque auſim aſſerere: *Si quis morte obita ſenſus tellure ſub ima eſt, Socratici gaudent Manes, & grandior Umbra Ambulat Elyſium, tanti ſcriptoris honore.* FABER.

ead. l. 14. Γνόφου καταβάντος καὶ κῦμα παμμέγεθες ἐγείραντος) *Caligine oborta & fluctum ingentem excitante.* Interpol. peſſime. Γνόφος enim hoc loco *turbo* eſt. Idque ſatis oſtendit nomen appoſitum καταβάς. Deinde, qui quaeſo fieri poſſit, ut *caligo attollat mare*, quod diceret Lucianus, καὶ κῦμα παμμέγεθες ἐγείραντος; Rem vero terribilem, caliginem noctu fuiſſe. Videlicet ſunt haec aegri ſomnia. Intelligit enim Lucianus turbinem illum, qui vulgo dicitur ἐκνεφίας, de quo Apuleius in libello de Mundo, & alii. Euſtathius enim vocem hanc (γνόφος) deducit a νέφος. Pleriſque omnibus dici videtur δνόφος, quaſi παρὰ τὸ δονεῖν τὰ νέφη. Quae tu paſſim reperies: neque iuvat tranſcribere. FABER.

in Schol. col. 1. *l.* 3. Εἰ καὶ ψυχρὰ τῇ συγγνώμῃ) Quid hoc ſit, ignoro. SOLAN.

Pag. 304. *l.* 1. Θανάτου κρείττων) *Morte potior.* Interp. Quid ſit ἀνὴρ θανάτου κρείττων, omnes, opinor, norunt; quid ſit *vir morte potior*, non item. Vertendum itaque fuerat, *vir morte ſuperior, quem mortis metus non deprimit, non frangit*, ut e contra ἀνὴρ θανάτου ἥττων is eſt, qui mortis pavore debilitatur, proſternitur & plane abiicitur. FABER. *Fortior, robuſtior* ipſa morte, ſ. *victor mortis*, vel qui eam contemnit. Ita χρημάτων κρείττων habuimus ſupra de Merced. Cond. § 19 f. θυμοῦ κρείττων, Hermot. cap. 12 f. Et φθόνου κρείττων, ibid. c. 76 &c. REITZ.

ead. l. 7. Ψυχρὸν) Subaudi ὕδωρ, ut νεαρὸν, pro νεαρὸν ὕδωρ, ἐλλείψει, Etymol. in νεαρόν. A νεαρὸν eſt Νερὸ Graecorhomaïcum. GUYET. Supple ὕδωρ ellipſi. Ut νεκρὸν, pro νεκρὸν ὕδωρ. Vide Etymologicum Magnum in νεκρόν. A νεκρὸν, eſt Graecorhomaïcum νερό. MENAG.

ead. l. 8. Καίτοι) Forſan καί γε. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν) Ordo: ἐγὼ αὐτὸς οὐδὲ πρὸ πολλῶν ἡμερῶν. Sed forte ſic legendum:

Ἐγὼ δ' αὐτὸς, οὐδὲ πρὸ π. ἡ. &c. GUYET. Quae versio haec est, quam nobis offert Benedictus & sequitur Faber? *ceterum ego neque ipse ante paucos dies vidi.* Ergo aut nunquam vidit, aut ante valde multos dies vidit. Quod quid est? aut quomodo ad Graeca? multo melius & rectius Obsopoeus, *ceterum ego quoque illum non ita multos ante dies conspexi.* GRON. Emendationem Guyeti non reiicerem, si auctoritas accederet; nam quamquam exempla haud pauca constructionis immutatae vidimus, ut de Calumn. cap. 19, ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τειχῶν γένωνται; item Philops. cap. 22, Parasit. c. 16 & 3, Bis Accus. c. 34, Rhet. Praec. c. 18, de Imag. c. 11; sic tamen pro lubitu transponere negandi particulam, periculosum est; verum & infra Tragopod. v. 313, Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας. Et Homer. Il. E, 150, Τοῖς οὐκ ἐρχομένοις ὁ γέρων ἐκρίνατ' ὀνείρους, ubi οὐκ ad ἐκρίνατο pertinet non ad ἐρχομένοις, & Scholiast. atque Eustathius amphibolian pronuntiant. Clarkius vertit, *quibus non, ad bellum proficiscentibus, senex interpretatus est somnia*, sive, *quibus nequidquam, cum ad bellum proficiscerentur, interpretatus est somnia.* Eoque minus, cum & in Dial. Meretr. XII, p. hui. ed. 254, οὔ sic transponitur, quando ait, οὐχ ἑώρων τὸ ἄγαλμα ἐν· ubi οὐχ omnino pertinet ad ἐν, nam non negat se vidisse, sensisse, sed non unum fuisse affirmat. Propter talia iam nihil mutarem. Confer & infra Sat. cap. 8 pr. REITZ.

Pag. 305. *l.* 1. Τῷ δακτύλῳ) Τοῦ ποδός. GUYET.

ead. l. 2. Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος) Huius loci venustatem corrupit interpolator. *Quid tibi*, inquit, *videtur facturus fuisse Democritus, si haec vidisset? merito virum irrisisset.* Interpres autem, antequam interpolatus fuisset, quanto melius? *Quid tibi*, inquit, *facturus fuisse videtur Democritus, si horum spectator contigisset? numquid pro dignitate virum derisisset?* Sensus est. Cum tanta in Peregrino gloriae sitis fuerit, censen' tu, Croni, satis unquam & κατ' ἀξίαν δοξάριον τοῦ ἀνθρωπίσκου derisurum fuisse Democritum? Dii boni! unde illi tantus risus suppetere potuisset? Haud dubie prius ei fuisset emoriendum, quam hominem pro virtutibus, ut diceret Terentius, exagitare potuisset. FABER.

ead. l. 4. Πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα) Quod de risu Democriti dixit Lucianus, idem de lacrimis Heracliti scripserat Iuvenalis; *Mirandum est, unde ille oculis suffecerit humor.* FABER.

IN FUGITIVOS.

Pag. 306, *l.* 1, ΔΡΑΠΕΤΑΙ) Dixi antea, hunc Dialogum non esse Luciani. BOURD. Non videtur esse Luciani. MARCIL. *Lucianeum non videtur.* Nihil est in hoc Dialogo Luciano indignum; sive stilum, sive rem ipsam spectes. Quare miror, cur Bourdelotius & Marcilius dubitent, eum esse Luciani. KUSTER.

ead. l. 2. ΑΠΟΛΛΩΝ) Personarum colloquentium nomina Graeca addidi ex *B.* 1. quae Ἀπόλλωνος, Ζευὸς &c. Latina adscivi ex *P.* Inscriptio enim illarum tam Graeca, quam Latina, aberat ab cett. etsi in medio Dial. inserta personarum dimidiata nomina. REITZ.

Pag. 307. *l.* 3. Ὀπτωμένων ἀνθρωπίνων σωμάτων) Corrige ὀπτωμένων. Est enim ab ὀπτάω, *asso.* Recte id observatum in Epist. Saturnalib. c. 23, καὶ τὸν ἔλαφον, καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτωμένων &c. In Necyomant. cap. 14, οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων. IENS. Ὀπτωμένων recte scribitur in sola *V.* 2. ut Μεν. c. 14, Ἱστ. Β, c. 29, Κρον. c. 23 & 35. In reliquis enim prave est ὀπτεμένων. SOLAN.

ead. l. 8. Τὴν κηλῖδα) *Foeditatem.* GUYET. Quis ante aut post hunc *odoris* sibi *maculam* finxit? SOLAN.

ead. l. 12. Ἢ τί τὸ ἀγαθὸν) Scribendum vel puer videat, etsi Ms. sileret, ἢ τί τὸ ἀγαθὸν ἀπαγθρακωθῆναι ἐμπεσόντα εἰς τὴν πυράν; *quid prodest in pyram insilientem conflagrare?* In vulgatis est contra τῶν γραμματικῶν canones ἐμπεσών. GRAEV.

ibid. Ἐμπεσὼν) An ἐμπεσόντ' εἰς; &c. GUYET. Ἐμπεσόντα legendum vel puerum videre, ait Graevius. Fateor, ad Grammaticam usitatius ita dici, ut supra Iov. Conf. c. 7 f. οὐ γὰρ ἀποχρῆσαι αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶναι. Gall. cap. 26, ἐμοὶ — ἀμάξαι ἐντεμόντα. Ibid. c. 4, ὑσεβηκέναι φαγόντα. Rhet. Praec. cap. 1, ὡς ἄμαχον εἶναι, scil. σε. Et Evang. D. Marc. IX, 47, δύο ὀφθαλμοὺς ἔχοντα βληθῆναι εἰς τὴν γέενναν τοῦ πυρός. Herodian. L. II, c. 8 f. (Νίγρος) ἠμέλει — δέον ἐπιφοιτῆσαι τὴν ταχίστην, καὶ φθάσαι εἰκειωσάμενον αὐτά. Verum & similia vulgatae alibi occurrunt, ut non velim quidquam immutare. Nemo quidem dubitat, quin infinitiv. cum nominandi casu in alia constructione sit usitatissimus, idque Grammatici satis tradidere, & exemplorum occurrunt myriades; sed nominativo personae praemisso,

vel intellecto, tantum locum habere alterum illum nominativum, volunt. At in quibusd. modo nominativo, modo accusat. utitur Noster, ut, μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι δοκεῖν, in Bis Accus. cap. 2 f. Contra vero, δοκεῖ σοι εἶναι πολυπραγμοσύνην. In Parasit. c. 5. Nominativo Polyb. (notante Iensio in marg. Lect. Lucian.) pag. 655 ed. *Amst.* ἐπισφαλῶς εἶχον, διὰ τὸ γυμνοὶ κινδυνεύειν. Et sic p. 1434; nec non p. 963, ἑτοίμως εἶχον πρὸς τὸ μὴ τοῖς ἐχθροῖς ὑποχείριοι γενηθῆναι. At in his Polybii, nominat. personae praecedit, ad quem etiam referri dicetur aliquo modo nominativus sequens. Vitiosum autem esse vulgatum ἀλλὰ κακοῦργοί τινες φῆς εἶναι, — καὶ μοιχεύουσι, docuit Iens. in Prometh. T. I, c. 16 pr. (qui multa de infinitivi structura, in Lectt. Lucian. p. 72 — 83.) assentiente Hemsterhusio, nec tamen omnia, ob nimiam copiam, inserente, & frustra improbante Gesnero ad Philopatr. nam non modo κακοῦργοί τινες improbarat Iensius, per se, sed εἰσὶ pro εἶναι requiri, bene monuerat, propter illico adiunctum καὶ μοιχεύουσι, καὶ πολεμοῦσι &c. Sed Homeri locus Il. B, 350, quem Gesn. affert, ubi φημὶ κατανεῦσαι — Κρονίωνα Ἀστράπτων &c. huic nostro Fugitivor. probando convenit, aeque ac infra Philopatr. c. 4, ἀλλ' ὑποβεβρεγμένος καθεδεῖσθαι. At quod Gesn. etiam affert ex Dial. Marin. IX, σῶσαι δεήσει χαρισάμενος, id iam nihil probat; nam χαρισαμένους ex Codd. ibi restituit Hemsterhusius. Verum addi posset Dion. Halic. VII, p. 473, 10, quem iam adduxi ad Rhet. Praec. c. 24, δι' αἰσχύνης λαβεῖν, ἀνὴρ αὐτουργὸς καὶ γέρων — ὀνείρατα ἐκφέρειν. Et Xenoph. p. 458, οἴονται δεῖν φρόνιμοι καὶ μέτριοι φαίνεσθαι, aliaque, quae afferuntur a Maittaire de Dial. p. 82, quae cum Polybianis modo adductis pro vulgata facere nonnullis videbuntur; sed quia & in iis ad nominativum personae respicitur, illa huc detorquere nolim; magis enim huc facit, quod nominativum & accusat. simul infinito adiunctum alibi iam dedimus, ex Ep. ad Ephes. IV, 1 & 2, ubi παρακαλῶ οὖν ὑμᾶς — περιπατῆσαι ἀξίως — ἀνεχόμενοι ἀλλήλων, ubi & Elsner. duo alia addidit. Notumque vel ex Grammaticis vulgaribus, illud Xenophontis, πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι· & ex eodem, Ὁ δὲ Ἀσσύριος — ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν ἄξειν, pro τὸν δὲ Ἀσσύριον. Addo rursus Aret. Capp. vers. fin. L. I, p. m. 92, καὶ τόδε μέντοι προευκρινήσας — πρήσσειν, pro προευκρινήσαντα δεῖ πρήσσειν· cum tamen ἀποσχάσαντα — ἀφαιρέειν ibid. paulo ante dixerit. Iterum L.

II, c. 4, p. 104, οἶνος γὰρ ὠκὺς — ὡς ῥᾳδίως χυθεὶς ἐρρῶσθαι, pro χυθέντα· in quo posteriore exemplo tamen ad nominat. praemiss. potest esse relatio, aeque ac in hoc Herodiani I, 10, 8, ὠήθη δεῖν μέγα τι δράσας κατορθῶσαι. Sed Luciani vulgatae propius accedit hoc Diod. Sic. XII, c. 25 f. ἐὰν δὲ οἱ δήμαρχοι μὴ συμφωνῶσι πρὸς ἀλλήλους κύριοι εἶναι τὸν ἀνὰ μέσον κείμενον· ubi κύριοι pro κυρίους. Sed Gronovii in Polyb. exempla ad L. V, p. notar. 430, paulo aliam habent rationem, pertinentque ad nominativum illum usitatissimum, de quo prius diximus. Sed satis est ostendisse, vulgatum Luciani non temere movendum; etsi nec dissimulandum, saepe a scribis peccatum esse in pervertendis verborum modis, ut vid. in Dial. Meret. XII, p. huius Tom. 529, not. penult. Plura ad Fugit. c. 2. REITZ.

ead. l. 15. Ἥλατο) Adspirate ἵλατο in fab. Aesop. CXV, & Homer. Batrach. 248. Cumque ἅλλομαι certe adspiretur, ut patet ex compositis ἐφάλλομαι, καθάλλομαι, adspirationem contra edd. vett. assumsi. REITZ.

Pag. 310. *l.* 9. Ἐντειλάμενος ἐπιμελη θῆναι) Verto, *dato negotio, ut eos curarem*, vel *sanarem*. Verbum enim ἐπιμελεῖσθαι, κατ' ἐξοχὴν de Medicis usurpatur, qui saucios curant & sanant. Auctor mox pro eo bis utitur verbo ἰάσασθαι. Sic etiam in Symposio cap. 47, Διόνικος ἐπεμελεῖτο· de quo paulo ante dixerat, ἀκεσαμένου τὸ τραῦμα. Hinc ἐπιμέλεια & ἴασις ut synonymae ponuntur Proverb. III, 8: Τότε ἴασις ἔσται τῷ σώματι σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς ὀστέοις σου· & v. 22, ἔσται δὲ ἴασις ταῖς σαρξί σου, καὶ ἐπιμέλεια τοῖς σοῖς ὀστέοις. L. BOS.

ead. l. 15. Ἰάσασθαι) Vid. supra dicta ad Gall. c. 28. REITZ.

Pag. 311. *l.* 7. Ἧξα) Sic *V.* 2. nisi quod iota non erat subscriptum. Recte; non ut in reliquis, ἧξα. Confer Δημ. c. 4. SOLAN. Conf. paulo supra Mort. Peregr. c. 37 f. Nec dubitabis & ita hic scribendum, cum de volante sit sermo. Sic & mox ἑρμήσασα utitur. REITZ.

ead. l. 10. Ἐργάσασθαι) Ἐργάσασθαι hic legendum, non, ut edd. εἰργάσασθαι, alia occasione monet lens. scilicet ad Hermot. c. 71 pr. ubi e contrario vulgatum ἐργάσω in εἰργάσω recte mutat, & Codd. addicebant. Sed eorum fidem hic exspectasse nihil etiam opus; adeo res est manifesta: neque enim significatio τοῦ εἴργω *prohibeo*, hic locum habet, neque si haberet, εἰργάσασθαι, sed εἴρξασθαι in aor. dicendum foret. REITZ. Iensii emendationem firmat Ms. R. 3011.

ead. l. 12. Τῷ ζυγῷ) Αἴρειν ζυγὸν pro doctrina mandatisque observandis poni tradit I. Elsner. in Evang. Matth. XI, 29, ubi & haec Luciani eodem modo exponit. REITZ.

ibid. Ὁρμήσαρα εἰς Ἰνδοὺς) Erudita & verissima haec philosophiae historia est. SOLAN.

ead. l. 13. Ἐν τῷ βίῳ) I. e. *in mundo.* GUYET. Conf. supra Tim. § 25, Amor. c. 20 pr. & c. 33, Gall. c. 5. Et Gesn. ad Icarom. f. Berglerumque ad Alciphr. I, p. 120. REITZ.

ead. l. 15. Οἱ Βραχμᾶνες) Steph. περὶ πόλεων. GUYET.

ibid. Βραχμᾶνες — πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες) Confer supra notata ad Mort. Peregr. c. 25. REITZ.

ead. l. 16. Νεχραίοις) Quaenam ista gens? Quid si Arachosios reponas? SOLAN. Νυσσαίοις coniiciebat cl. Bel. de Ball.

Pag. 312. *l.* 6. Ἡ τῆς καθέδρας) Καθέδρα hic ipse sedentis habitus atque situs, ut κατάκλισις supra de morte Peregr. c. 25 f. οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐντρέψαντες τῆς κατακλίσεως. Etiam alias καθέδρα non ipsam sedem, s. id, in quo sedetur, notat, sed sessionem, moram desidendi &c. V. g. Thucyd. II, 18, ἐν τοιαύτῃ ὀργῇ ὁ στρατὸς τὸν Ἀρχίδαμον ἐν τῇ καθέδρᾳ εἶχεν, *propter moram.* Ostendit ibi Wassius, synonymon esse καθέδραν ἐπιμονῆς, ἐπισχέσεως, ἕδρας, διατριβῆς, ἀναβολῆς, μονῆς, κ. τ. λ. Neque obliviscitur loci Plutarchi, Camillo p. 260 H. Steph. ἥτε πρὸς τῷ Καπετωλίῳ καθέδρα καὶ σχολὴ γενομένη χρόνιος. GESN.

ead. l. 12. Τὸν ὀπισθόδομον) Ne cui forte Scholiastae auctoritas imponat, non est hic sermo de illo Palladis in arce Athenarum opisthodomo, sed de postico templi Iovis Olympii, quod auditorium fuisse praeconibus, philosophis, & qui agere cum multitudine vellent, ad superiorem de morte Peregrini libellum satis ostensum est. Vid. ad c. 32. GESN.

ead. l. 14. Αἱθιοπίαν) Quinam ibi philosophi memorantur? SOLAN.

in Schol. col. 1. *l.* 2. Μέρος τῆς ἀκροπ.) Non vidit Scholiastes, de opisthodomo Olympico hic agi. Quam supine! SOLAN.

Pag. 313. *l.* 11. Ἑταίρους καὶ μαθητὰς) Honestiores discipulos ἑταίρους vocari, vid. apud I. Elsner. ad Evang. Matth. XXVI, 50, ubi & Iudae ait Servator: ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει; sed hoc in vulgus notum. REITZ.

ead. l. 12. Καὶ ἄλλον) Ephesius ille Heraclitus est, Abderitanus Democritus, quem & Milesium quidam tradidere. V. Diog. Laert. In Scholiis impressis perturbatissima haec antea erant omnia. SOLAN.

in Schol. col. 2. l. 5. Ἐξ Ἀβδήρων) Hic omissum Δημόκριτος. CLER. Quod in C. reperitur. Sed non vidit editor, deesse hic Ἀβδηρόθεν, cuius Scholium est ἐξ Ἀβδήρων. SOLAN.

Pag. 314. *l.* 7. Ἄν. οἱ δὲ) Sic forte legendum: ἢ σκιὰν ἐνιότε ἰδόντες, ᾤοντ' ἂν ἀκριβῶς &c. vid. Codd. vett. GUYET. Nihil varietatis in vett. libris invenio, nec desidero. Οἱ δὲ enim non semel sic πλεονάζει vel ἐπανόδῳ inservit. Vid. Asin. cap. 30 sub init. ὁ δὲ οὐδὲ κατῆλθεν. Et Hermot. cap. 28, ὃς δέον — κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἔτεμε. Herodian. II, c. 8 f. (Νίγρος) ἠμέλει τοῖς τε Ἰλλυρικοῖς στρατεύμασι δέον ἐπιφοιτῆσαι — ὁ δὲ οὐδὲ τῶν πραττομένων τι αὐτοῖς ἐδίδου. REITZ.

Pag. 315. *l.* 4. Ὤφελον) Ὄφελον Th. Mag. Nosterque ὡς ὄφελον Amor. c. 41. Et alii ubivis, item Homer. frequentissime, prima correpta, sive potestate interiectionis, sive augmento verbi ὀφείλω abiecto dicas, perinde erit; sed quia re vera est aor. 2 verbi ὀφείλω, nihil prohibet ὤφελον etiam scribere, & ita Stephan. T. II, p. 1560, ex Demosth. παθόντων, ἃ μή ποτ' ὤφελον, aliaque ita scripta exhibet. Quare in vulgato Luciani nihil mutassim. REITZ.

ead. l. 14. Ἐκεῖναι στρ.) *Filer de la trame au rouet.* GUYET.

Pag. 316. *l.* 9. Τέχναι δὲ γλίσχραι) I. e. *tenues, ieiunae, egenae.* GUYET.

ead. l. 12. Ἀγκύραν ἱερὰν) Proverb. de quo in Iove Tragoedo. BOURD.

ead. l. 15. Ἀμαθίαν) Vid. supra Ῥητ. c. 15. KUSTER.

Pag. 317. *l.* 5. Αὐτοὺς εὖ μάλα) Lege αὐτούς. GUYET.

ibid. Καὶ πρὸς ἐμὲ) Intellige ποιοῦσι. GUYET.

ead. l. 6. Τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον) Vid. supra Ἀναβ. c. 32, ubi eandem fabulam tangit, uti & Ἀποφρ. c. 3. SOLAN.

Pag. 318. *l.* 15. Ἐθέλης) Praeeunte Ms. Regio 3011. ita emendavimus, quod vulgo perperam legebatur ἐθέλοις. Sic mox ante ἢν — ζητῇς.

ead. l. 16. Ἐμπέπλησται — ῥαδιουργίας) Th. Mag. v. Ῥαδιουργὸς haec afferens, πᾶσα omittit, (saltem in ed. Blankardi) qui hinc emendandus, si quid opus. REITZ.

Pag. 319. *l.* 3. Οἱ — οἷον) L. οἱ illud habet, quod recte a *S.* erat pro vulgato ἢ restitutum. Οἷον, quod sequitur, ex *Fl.* est, quod etiam recte habet *S.* cum ante eam editionem omnes, excepta *Fl.* οἱ haberent. SOLAN.

ead. l. 6. Λιχνείαν) Sic scribi satius est, quam quod in omnibus impressis antea erat λιχνίαν. SOLAN.

ead. l. 14. Ἀφθόνοις) Sic iam emendare iusserat ad Περ. c. 16 T. Faber, quod in omnibus hic reperitur ἀφθόνως. SOLAN. Peregr. cap. 16, ἐν ἅπασιν ἀφθόνοις ἦν. REITZ. Ἀφθόνοις Mſ. Reg. 3011. teſte cl. Bel. de Ball.

Pag. 320. *l.* 2. Τὸ μέλι αὐτὸ ἐς τὰ στόματα ἐσρεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ) A Chriſtiano Iudaeove ſcriptum dicas, qui de Manna cogitaverit. *Mellis* quidem *rivos fonteſve* apud hunc (ut Κρον. c. 7) & alios legimus; ſed hiſce ſimilia nullibi. SOLAN.

ead. l. 11. Πλάτωνός τι δόγμα) Plat. Πολ. V. pag. 459 E. SOLAN.

Pag. 321. *l.* 3. Γναθωνίδην — Στρουθίαν) Inſignium aſſentatorum nomina. GUYET.

ead. l. 16. Χρυσίον μὲν &c.) Μίμησις. GUYET.

Pag. 322. *l.* 3. Οὐκ ὀβολοὺς — ἀλλὰ πλούτους) Sic apud Heliod. lib. II, καὶ ἐμοὶ δοκεῖτε τοιοίδε ὄντες οὐκ ἀκόλους, ἀλλ' ἀοράς τε καὶ λέβητας αἰτήσειν. BOURD.

ibid. Ἀλλὰ πλούτους) Plurale πλοῦτοι frequentius occurrit, quam initio putaram ad Hermot. c. 9. Sed conf. ad Icarom. c. 4, ubi plura dedi. Adde Diod. Sic. V, c. 20, πλούτους μεγάλους ἤθροισαν. REITZ.

ead. l. 5. Πλήσειεν) Corrupta vox, pro qua forte reponendum πλουτεῖεν, vel pro τοσοῦτον, legendum τὴν ναῦν. SOLAN. Πλουτήσειεν legend. videtur. *Guyet.* Parum abeſt, quin ſic edam. Sed quia & Scholiaſt. vulgatum habet, & aliquis ineſt ſenſus, contextum immutare non ſuſtinui. REITZ.

ead. l. 9. Συνοικίας) *Vicos.* GUYET.

ead. l. 14. Πολλοῦ) Subaudi διά. GUYET.

ead. l. 16. Τὸ τῆς Πηνελόπης) Homer. Od. B, 94. SOLAN.

Pag. 323. *l.* 1. Ὁπόσον γὰρ δὴ ἐγὼ ἐξυφήνω, τοῦτο ἐν ἀκαρεῖ αὖθις ἀναλύεται) Opinor, Lucianum ſcripſiſſe τοσοῦτο. Ratio clara eſt. IENS.

Pag. 324. *l.* 2. Παρὰ — δοκεῖ) Diſplicet utrumque: nam & παρὰ καιρὸν alienum ab eius mente eſt, & δόξει dictum oportuit. In libris noſtris nihil eſt ſubſidii. SOLAN.

Pag. 325. *l.* 12. Ὑποπεπταμένον) Ita ſolet praeteritum πέπταμαι pro πεπέταμαι formari Homero; vid. Il. Φ, 531, ubi πεπταμένας πύλας Scholiaſt. interpretatur ἀνεῳγμένας, & ſaepe alibi ap. eundem. REITZ.

Pag. 326. *l.* 5. Ἕβρος μὲν οὗτος &c.) Cum paulo ſupra dixerit de eadem hac urbe, καὶ τινας λόφους τρεῖς πάνυ καλοὺς ἀνεστηκότας, non eſt difficile divinare, de qua urbe loquatur: nimirum de Philippopoli, quae & Trimontium, & an-

tea Poneropolis, & Pulpudena, & Eumolpias, sita ad Hebrum inter Haemum & Rhodopen, quae Trimontium vocata est eo, quod tres montes suorum murorum ambitu complectebatur. PALM.

ead. l. 11. Ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων) An legendum, ὥστε τί οὐκ ἂν φθάνοις κηρύττων; GUYET. Non eget locus emendatione, & recte ceperunt interpretes. Vid. supra ad Vit. Auct. c. 26, & Gron. ad Diss. cum Hes. c. 8. Infra Conviv. c. 2, ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἑστιῶν ἡμᾶς. Sed cum & ipse Guyetus lectionem prioris istius loci isthic probarit, non videtur ignorasse phrasin, sed hic tantum interrogative voluit addito τί legi; cuius nullam necessitatem video. Verum & alibi etiam a se dissentit Guyetus; vid. mox ad c. 29. REITZ.

Pag. 327. *l.* 2. Κτήσωνας) Posidonios... aut possifundos Gron. AG. X, 220 E. SOLAN.

ead. l. 8. Καί τινα γυναῖκα ἐν χρῷ κεκαρμένην εἰς τὸ Λακ.) Exposuit hunc locum Meursius Miscellan. L. I, c. 16. ALMEL. Vid. Meurs. in Misc. Lac. I, 16, p. 76. (Respexit ad Laconum morem, quo & virgines matrimonium initurae, ut amiculo virili a pronuba induebantur, ita quoque ad cutem *usque, sicut viri, radebantur.* Plut. in Lyc. vid. not. ad B. πρ. 20, & Ἐτ. δ. XII.) SOLAN.

ead. l. 9. Εἰς τὸ Λακωνικὸν) Σχῆμα subaudi, aut simile quid. GUYET. Ἔθος commode intelligitur. Phrasin eandem habuimus Navig. c. 30, ἐς τὸ Περσικόν. REITZ.

ead. l. 12. Πῶς τὰ ὑμέτερα; δραπέται γὰρ) An, Πῶς τὰ ὑμέτερα; ΦΙΛ. Δραπέται γάρ. MARCIL. ΦΙΛ. Δραπ.) Perturbata hic erant omnia, &, ut puto, corrupta; nam nec Mercurio praeconium, nec ceteris suae cuique satis recte partes assignantur. Medicinam aliquam fecit Marcilius, dum ΦΙΛ. ponit ante Δραπέται, quod in reliquis deerat, quod exemplum sequi *S.* editorem decuerat. SOLAN. Cum illud ΦΙΛ. abesset in omnibus, praeter *Par.* admittere nolui. Et sane contra quam Marcilius sentio. Melius enim cohaeret, eosdem sua investigantes rationem addere, cur alii nullum ius in suos sit fugitivos, quam alium haec subiicere: idque ex addito γὰρ patet. Quin ita vel ΦΙΛ. eiiciendum suaderem, si adesset in aliis. Et licet in Graecis adesset, in Latinis tamen etiam praetermisit Birkheimer. REITZ.

ead. l. 15. Εἰσεσθε δὲ καθότι) Obscuriusculus ab hoc inde loco libellus ob eam, puto, rationem, quod personae non satis diligenter appositae sunt: quod ut intelligatur, scopus

& oeconomia totius libelli inspicienda est. Videtur Lucianus aliquem de Peregrini s. Protei grege Cynicum odio publico voluisse exponere. Exordium petitur ab ipsa Protei morte, de qua contemtim Iuppiter loquitur. Supervenit Philosophia, ac de Pseudo-philosophorum iniuriis queritur, eorum praesertim, qui humili opificio, vel servili adeo conditione deserta ad pallium & philosophiae professionem confugiant, eamque sua humilitate atque flagitiis suis infament. Demittitur cum Mercurio atque Hercule, ad perquirenda illa dehonestamenta sui nominis, atque ulciscenda. Ut ea inveniantur, in Thraciam auriferam, nominatim Philippos Macedoniae urbem ire comites suos iubet Philosophia, & praeconio citare aliquem, qui a κτήσει vel κτήματι nomen habeat. (Substituimus *habendi* nomen in conversione nostra.) Credibile est igitur, *Ctesiam*, *Ctesonem*, *Ctesiclem*, *Ctesibium*, *Ctesippum*, *Philoctetum*, *Polyctetum*, *Euctemona*, aut simili nomine fuisse, quem perstringit Lucianus: nam de Epicteto illo nobili vix cogitare fas est; licet conditio servilis una cum nomine in ipsum conveniat; licet magnam vitae partem in Thraciae exegerit Nicopoli; licet sub Antoninis adhuc illum vixisse, Themistius Orat. 5 pr. s. pag. 63 D. & Suidas, tradiderint: qui tamen magnis argumentis refutantur ab H. Dodwello diss. 5 ad Geogr. minores Hudsoni § 9 seqq. Quare illud forte non absurdum fuerit coniicere, fuisse tum, & hic peti, Epictetum alium iuniorem, simiam forte illius maioris, servilis conditionis hominem & ipsum, sed principum virorum amicitiis opes consecutum maiores, certe maledicentia terribiliorem, quam ut nimis aperte illum tangere vellet Lucianus. Hunc forte posteri miscuerunt cum archetypo illo Epicteto: qui (ut hoc addamus Dodwelli argumentis) si ad Antoninum Philosophum supervixisset, omitti non poterat in Macrobiis nostri. Sed haec obiter. Pergamus ad emendandum locum, quem tractamus. Delati Philippos Hercules, Mercurius, Philosophia, incidunt in viros quosdam, qui suos aliquot fugitivos quaerunt, & ita describunt, ut agnoscat Philosophia, esse in iis etiam illum suum, quem interea Epictetum vocabimus. Itaque, *Vah*, inquit, *hi quaerunt nostra*, hoc est, eundem hominem, quem nos quoque. Mirantur illi, & suos esse confirmant. Hic opportune Mercurius (vel ipsa adeo Philosophia) εἴσεσθε δὴ (non δὲ) inquit: *Statim scietis*, καθότι, quo respectu, *quo nomine* & nos *illos quaeramus*, no-

ſtroſque eſſe dixerimus. *Iam modo faciamus praeconium!* Facit deinde praeconium Mercurius. Quo facto fugitivi Epicteti (ſic enim licet interim dicere) dominus, qui eſt inter illos viros, negat ſe ex hoc praeconio intelligere, ſuum ſervum peti, & longe illum aliter deſcribit. Nempe legendum puto ΔΕΣΠ. Οὐ νοῶ, οὗτος, ὃ κηρύττεις· ſed reducitur in viam a Philoſophia, quae eundem eſſe hominem, illum docet. Exclamat herus, & miratur Canthari ſui audaciam. Sed reliqui viri, ipſius comites, bonum ſucceſſum ſuae inquiſitioni inde pollicentur, quod Philoſophia negotium hoc intelligat. Itaque ante verba, ἀμελεῖ ἅπαντας ἀνευρήσομεν, perſonam ΑΝΔΡῶν ponendam arbitror. Hanc ſententiam noſtram interpretationi intexere non dubitavimus, non quo libellum ita interpolare audeamus, ſine auctoritate Codicum; ſed quod ita melius intelligi eum putamus. Qui Graeca poſſunt conferre, illis fraudi non erit haec noſtra licentia: quam pudenter ſumtam, uti demonſtremus, ſupereſt. Nempe prima duo elementa nominis Ἑρμῆς, ΕΡ. coaluiſſe poſſunt cum literis ει, a quibus incipit εἴσεσθε· ut ſaepiſſime literae bis ponendae ſemel omittuntur. De reliquis ſuo loco. GESN.

Pag. 328. *l.* 2. Ἐν χρῷ κουρίαν) Emendavimus antea interpretationem huius loci. BOURD. A nominativo ἐν χρῷ κουρίας. GUYET. Occurrit tam frequenter apud Noſtrum, ut hoc, nedum plura, addere pigeat. REITZ.

ead. l. 4. Λοίδορον) Τὸ αὐτόνομον poſt τὸ λοίδορον ſubiungendum videtur. Interpres ita legiſſe videtur. GUYET.

ibid. Μηνύειν ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ) Primo notandus infinitivus, pro imperativo poni alias etiam ſolitus. Vid. Lexiph. princ. in herilibus ad ſervum imperiis cap. 2 ſeq. it. c. 3 extr. Deinde verborum ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ hanc puto ſententiam, quam indicat verſio: promittitur generatim, accepturum indicem, quidquid ipſe ſtipulatus ſibi fuerit: ῥητὸν, de quo dictum vel condictum eſt potius: αὐτόνομον, quod in poteſtate vel ſub lege quaſi noſtra eſt. Probat hanc interpretationem eventus in Orpheo. GESN.

ibid. Ἐπὶ ῥητῷ αὐτονόμῳ) Pro αὐτονόμῳ legendum μηνύτρῳ. Aliter, qui fit, ut mox Ὀρφεὺς, quaſi dictum arripiat? Deinde nihil hic αὐτόνομον, niſi forte legere malis τῷ τοῦ νόμου. SOLAN.

ead. l. 6. ΔΕΣΠ. Οὐ νοῶ) Quomodo excidere potuerit negatio οὐ, ſic imaginabar. Cum ſcriptum eſſet, Δεσ. οὐ

νοῶ· legit librarius Δεσπ. νοῶ. Quanta similitudo fit in Mss. quibusdam inter π literam, & inter υ, norunt, qui vel libros antiquos, vel certe Montefalconii Palaeographiam trivere. De appellatione Canthari s. scarabaei vid. supra ad Ἀποφρ. cap. 3. Et quid si ad eandem rem ac turpitudinem respicitur? GESN.

ibid. Νοῶ οὗτος) Νοῶ, ὦ οὗτος. GUYET. Idque admisi, cum invenirem in *Bas.* Sed negationem sine auctoritate nondum addo, quia nimia videtur licentia: addendam tamen, Gesnero maxime concedo. REITZ.

ibid. Ὃν κηρύττεις) Etsi ὃ ad praemissum ἀνδράποδον, vel per se, recte habet; melius tamen ὃν, quia nova haec persona eum nomine masculo incipit appellare, ut vides ex Κάνθαρος & καθήμενος &c. REITZ.

ead. l. 7. Ἐκόμα) Vid. B. πρ. c. 20, ubi Cynicus philosophus ἐν χρῷ κουρίας dicitur, & quae illic annotata sunt. Hic vero, ut supra Περ. c. 15, κομᾷν cum iidem Cynici dicantur, de barba intelligendum est, & aliquid excidisse videtur, quo illud designabatur, vel potius levi mutatione sanandus hic locus, legendumque ἐκόμα δὲ τὸ γένειον καὶ ἐτίλλετο, quod iis optime conveniet, quae infra de eo dicentur, cap. ult. Mirabitur forsan aliquis, qui factum sit, ut qui barbam radere nollent, comam alere recusarint; dicam: in contraria omnia ituros certum est, quibus morosa ista ratio placebat. SOLAN.

ead. l. 9. Περιττὸν τοῖς ἱματίοις) Legend. Casaub. ad Theophrast. cap. de adulat. BOURD.

ead. l. 11. Ἐκεῖνος αὐτὸς) Hoc interrogative pronuntiandum fortasse: ἐκεῖνος αὐτός ἐστιν ὁ οἰκέτης ὁ σός; an legendum, ἐκεῖνος αὐτὸς ἦν ὁ οἰκέτης ὁ σός· talis erat servus tuus antea, sed nunc &c. sine interrogatione. GUYET.

ead. l. 15. Ἀμέλει ἅπαντας) Literae ἀν. quae Ἄνδρες notare debebant, mixtae cum primis verbi ἀμέλει, & sic omissae, ut paulo ante ἐρ. ante ει. GESN. *Bas.* 4. sic: ΑΝΔ. Ἡμῶν δὲ οὐδεὶς λόγος. ΕΡΜ. Ἀμέλει ἅπαντας ἀνευρ. — ὥς φησιν, αὕτη.

ibid. Ἅπαντας ἀνευρήσομεν) An ἅπαντας ἂν εὑρήσομεν, & subaudito τοὺς δραπέτας. GUYET.

ibid. Ξυνίησι γὰρ ὥς φησιν αὕτη) An ξυνεῖσι, i. e. simul sunt? Locus obscurus, nec integer videtur. Sed insititia & spuria videntur. GUYET.

Pag. 329. *l.* 2. Ὁ τὴν κιθάραν;) Subaudi ἔχων. Sed τὸ ἔχων

librario excidit fortasse. Vid. libb. vett. GUYET. O Guyete! Credatne quis, te Lucianum perlegisse? Perlegisti tamen, & probasti alibi ellipsin, nec meministi, perpetuo ἔχων in hisce omitti, aeque ac apud alios. Vid. supra notata ad Mort. Dial. X, § 4. Et Gall. c. 14, ὁ τὰ πινακὰ, Bis Accus. c. 9, ὁ τὴν σύριγγα. Ibid. c. 20, ἢ τὰ ποικίλα. Et iis locis plura ex aliis allegata. REITZ.

Pag. 330. *l.* 2. Ἐκποδὼν) *B.* 1. habere ἐκ ποδῶν appinxit Solan. male. Nam & illa, aeque ac *Fl.* & aliae, habet ἐκποδών. Et licet ἐκ ποδῶν malim; tamen quia sic fere ubique adverbii more iungitur in vett. edd. earum scripturam servo. Ac nihil interesse, quidquid differentiae statuant alii, vid. supra ad c. 29 pro Imag. Adde Iov. Trag. c. 24, ubi ἐκποδὼν ποιήσασθαι, *e medio tollere.* Et Xenoph. Cyr. p. m. 146 m. ἐκποδὼν ἐβούλοντο ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον γενέσθαι. Sed & καὶ ἐκ ποδῶν forsan legendum, eiecto ὑμῖν, adiecerat idem. At quae necessitas, quaeso? REITZ.

ead. l. 5. Τῶν Ὁμήρου) Iliad. Γ, 312. Od. Ξ, 156. SOLAN.

ead. l. 7. Ἐχθρὸς) Ex Iliad. 9. Cetera sunt ex Iliad. 1, 2, & 5. BOURD.

ibid. Ἀνὴρ) Τὸ ἀνὴρ eiiciendum, ut versus stet. GUYET.

ead. l. 10. Κάνθαρόν σοι μισητέον) Ταῦτα πρὸς τὴν γυναῖκα τὴν ῥαψῳδοῦσαν ὁ Ἑρμῆς λέγει. GUYET.

ead. l. 11. Ξεινοδόκον) Il. Γ, 354. SOLAN.

ead. l. 12. ΥΠΟΔ.) *Maritum* vocarunt hanc personam interpretes: non male. Est enim ὑποδεξάμενος s. hospes philosophorum, cui uxorem boni viri abduxere. GESN. ΥΠΟΔ.) I. e. ὑποδοχεύς. GUYET. Immo ὑπόδικος, si inscriptio Dialogi vera. REITZ.

ead. l. 14. Οἰνοβαρὲς) Homer. Il. A, 225. Cetera sunt ex Il. B, 202, 246 & 214. SOLAN.

ead. l. 16. Εἰνὶ) Quia sic metrum constat, servavi lectionem Parisinae. Sed posses apostropho neglecta legere: Οὔτε ἐνί. Sed in Hom. B, 202, legitur Οὔτε πότ' ἐν πολέμῳ. REITZ.

Pag. 331. *l.* 1. Πανάριστε) Πανάριστε ἐριζόμεναι. GUYET. Bene. Itaque ut haec iungenda appareat, punctum post κοκοιῶν sustuli. REITZ.

ead. l. 3. Εἰκότως τοῦ καταράτου τὰ ἔπη) Puto, hanc esse verborum heri indignabundi sententiam, Commode cadunt in ipsum hunc fugitivum nebulonem versus, quos cantillat, Homerici. Nempe introducit Lucianus ῥαψῳδοῦντα, & convicia Homerica meditantem Fugitivum Cynicum, quasi

usurum illis in concionibus: sed talia, quae in ipsum quoque convenirent; & quae proinde in hunc suum inimicum ipse revera iaculatur Lucianus. GESN.

ead. l. 4. Πρόσθε κύων, ὄπισθε δὲ λέων, μέση δὲ χίμαιρα &c.) Versus hic ita legendus: Πρόσθη κύων, ὄπιθεν δὲ λέων, μέσση δὲ χίμαιρα. IENS. Depravate antea in omnibus praeter *P.* legebatur ὄπισθε pro ὄπιθεν, & μέση. Exstant etiam hi versus apud Hesiod. Θ. 323, quos, ut quid mutarit perspicias, exhibebo: Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, Δεινὸν ἀποπνείουσα πυρὸς μένος αἰθομένοιο. SOLAN. Homer. Il. Z, 181, paulo aliter, scil. Πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα. Sed studio ab Luciano mutatum est, ut philosophos Cynicos tangeret. REITZ.

ead. l. 6. Τρίτου κυνὸς) An τριπλοῦ; i. e. τοῦ Κερβέρου. Τὸ τρίτου hic non placet. GUYET.

ead. l. 7. ΥΠΟΔΕΞΑΜΕΝΟΣ) Sic integre scribenda haec vox; non, ut in aliis fit, contracte ΥΠΟΔ. SOLAN.

Pag. 332. *l.* 2. Τοιγαροῦν — μιαρὰς ὦν) Frigida sunt ista, & suspecta videntur. GUYET. Nullum iocum video in voce Κλεάνθην, nec ullam allusionem ad vocem κρεμήσεται. Ideo suspicor, non ita scripsisse Lucianum, & forte Χρέμητα scripserat, ad quod alludebat κρεμήσεται, ut paulo supra, eo quod multum auri habebat in pera, ἀπὸ τοῦ χρυσοῦ Χρυσίππειον eum vocavit. PALM. Κρεμάντην emendabat cl. Bel. de Ball.

ibid. Κλεάνθην) Clarus hic Stoicus. At in eo errare auctor huius opusculi videtur, quod suspensum innuat, cum inedia vitam finiisse ab aliis tradatur. Vid. Μακρ. cap. 19. SOLAN.

ead. l. 12. Ὑποσάθρων) I. e. vetulus, senex, vetustate putridus, marcidus. GUYET.

ead. l. 14. ΕΡΜ. Ἡρακλεῖ — τὰ μετὰ τοῦτο) Haec omnia inepta & obscura sunt; nec Luciani esse videntur. GUYET. At si hoc non est urere & secare, quidvis licet amputare. Et si sic grassari velimus in scriptoribus vett. quid tandem sani relinquetur? REITZ.

Pag. 333. *l.* 4. Τρικάρανος) Huius nominis drama fecerat Varro, in quo Iulius, Crassus, Pompeius. BOURD. Τρικάρανος βιβλίον) Nisi librum intelligat, ab altero horum nebulonum eo titulo conscriptum, quo tendat non assequor. Vid. Ἀποφρ. cap. 29. SOLAN. Est inter Theopompi Comoedias deperditas Τρικάρανος. Ac vix dubito, quin Var-

ro, cuius inter titulos *Tricipitina* est, ad hanc Graecam appellationem respexerit. GESN.

ead. l. 5. Τριφάλλης τῶν κωμικῶν εἶς) Si haec verba bene habent, sequitur, Triphallem fuisse Comicum. Sed nusquam comparet hoc nomen: nec hominis hic nomen requiritur, sed libri. Porro τριφάλης, ητος, fabulae Aristophanicae nomen celebre, saepius laudatum Athenaeo, Pollucí, aliis. Τριφάλης, inquam, non τριφάλλης, quod hic pariter & in quibusdam Pollucis libris vitiosum puto: sive capitis, aut coni adeo in galea, notionem tribuas thematis, ut propius ad τριχάρανον accedat; sive cum *phallo* cognatum putes, qui etiam φάλης est. Sic Schol. Aristoph. Lysistr. 772, itemque Eustath. ad Od. A, pag. 50, 52, τὸν φαλητὰ interpretantur αἰδοῖον ἀνδρός. Quo sensu Τριφάλητα acceperit Aristophanes, e fragmentis fabulae vix est ut colligas. Titulus Satirae Varronianae, ab ipso forte Aristophane acceptus, ad posteriorem rationem magis videtur accedere: est enim apud Non. Marc. p. 131, 29, (Goth. 2, 484.) duplex titulus h. m. *Varro Tripallo*, (Goth. *Triphalo*) περὶ ἀῤῥενότητος. Hinc etiam lascivo carmini reddere volunt Scal. in Priap. pag. 211, & Scioppius. Hoc manet, Τριφάλλης, s. Τριφάλης potius, non est τῶν Κωμικῶν εἷς. Supereſt, ut aut intelligamus τῶν Κωμικῶν λόγων εἷς λόγος, aut pro εἷς legamus ἐστὶ, eadem sententia. Prius in interpretando sum secutus. GESN.

ead. l. 7. ΗΡΑΚ.) Nomen Herculis reposui pro Δραπ. quod in omnibus libris nostris reperio. SOLAN.

ead. l. 12. Τὸν Λικυθίωνα) Atqui fullonis mercenarius aut servus Cantharus c. 28; ergo cum Gallico interprete, viro acutissimo, legendum τὸν μὲν Κάνθαρον ἀποπλύνειν τ. ῥ. τ. ὁ. τὸν Λ. δὲ αὖθις ἀ. τ. ἱ. τ. δ. &c. nec opus est, ut Myropnus nominetur, nisi Codices meliores praeeant; satis enim per καὶ τοῦτον intelligetur. SOLAN.

ead. l. 15. Καὶ τοῦτον) Τὸν Κάνθαρον. GUYET.

ibid. Παραδοθῆναι τοῖς πιττωταῖς) Attigi hanc poenam supra ad Mort. Peregr. c. 9, ex Interp. Aristoph. ad Nubes. Coniunxit haec omnia Lapith. c. 32, καὶ καταληφθεὶς τὰ αἴσχιστα ἔπαθες. BOURD.

ead. l. 16. Παρατιλλόμενος τὰ πρῶτα) Παρατιλλόμενος τὸν πρωκτὸν admitterem, si quis liber praeiret. Sed quia subsequuntur προσέτι & εἶτα, quibus τὰ πρῶτα bene respondet, nihil immuto. Ceterum res ipsa satis nota. Conf. cap. 9

de morte Peregr. atque de adulterorum hac poena Voss. ad Catull. p. 41. REITZ.

ibid. Τὰ πρῶτα) Male haec scriptura habet. Suspicor, scriptum fuisse τὸν πρωκτόν. De παρατίλλομαι dictum est ad Μισθ. c. 33. SOLAN.

Pag. 334. *l.* 1. Γυναικείᾳ τῇ πίττῃ) Nondum inveni πίττην γυναικείαν, quae forte deterior pix fuerit, ut *tus masculum* est praestantius, neque apud Dioscoridem, neque apud Plinium, aliumve. Itaque forte eam intelligemus, quae iam adhibita est ad turpes usus in femina. GESN.

ead. l. 4. Τῶν τραγικῶν σὺ διαλόγων) Videtur ad librum & locum eius, quem traducit, respicere, tragicis eiusmodi lamentationibus ridiculum. GESN.